M.S. pergamino, bien tratado, con 235 hojas

Commentaria in octo libros phisicorum Aristotelis.

aut. P. Joan. Cardenas. anno 1616.

Rotulata

Phisica de Cardenas.

IHS MA

PHYLOSOPHIA

COMMENTARIA IN OCTO libros PHysicorum, ARISTOTELIS Stagiritæ PHylosophorum Principis, quos Acromaticos, idest, Auscultatorios seu de physico auditu vocare consuescunt.

Exposita a P. Ioanne de Cardenas, & Mendieta. C.R.M. in Divæ Annæ Castrillensi Collegio PHylosophiæ lectore =

* * * * * * * * * * * * *

Pro cursu ab anno Dni. 1675 = adusque 1676

* * * * * * * * * * * * *

PROŒMIUM

Nomen Phylosophiæ a Pitagora inventum fuisse testatur Leontius Phlyasiorum Rex, namque interrogatus a Leontio Pitagoras, quisnam esset? aut quæ profiteretur scientiæ? se Phylosofum esse testavit. unde Pitagoras veterum Græcorum arrogantiæ corexit, qui isti absolute Sophi, idest Sapientes proclamavantur. Et ille Phylosophum idest amatorem scientiæ se profitetur esse. quæ vox tum a Pitagoricis tum a Platonicis, tum a Peripateticis, tum denique ab alijs omnibus communi plausu fuit recepta. unde rerum naturalium speculationum inquirentes, Phylosofi consueverunt appellari, ut testatur D. Aug. lib. 19 de Trinit. cap. 1. et Cicero Tuscul. cap. ultim.

Cæterum notandum venit quod si nomen Phylosophus pro eodem ac amator scientiæ usurpetur tamen Phylosofia non in habitu voluntatis consistit, sed in habitu intellectus, unde Phylosofia non in amore, sed in contemplatione rerum naturalium est sita, ut testatur noster Arist. 3. Met. cap. 1. etenim Phylosofus ex principijs, et causis, in agnitionem rerum naturalium pervenit, qui progrediendi modus proprie est doctrina intellectiva, et speculativa. Et

Ex varias omnittendo Phylosofiæ divisiones et subdivisiones solam Physicam, seu naturalem Phylosofiam sellegimus enodandam et explicandam de qua per octo libros Physicorum disserit noster Aristoteles, qui libri, de Physica auscultatione, seu de Physico auditu communiter nuncupantur eo quia Auris attentionem exposcunt, unde vos attentos auscultatores desidero in his libris Physicorum disserit noster Arist. de ente naturali, ut pote ens naturale est obiectum phylosofiæ, unde etiam disserit, de entis naturalis principijs, causis, et affectionibus seu proprietatibus. ut de motu, loco, tempore, infinito, et de vacuo, nec non et de primo motore. unde iuxta diversas diversorum motuum species, in diversos disecatur Physica seu Phylosofia naturalis tractatus. quæ species motus cum tres sint, scilicet, motus localis, motus augmentationis, et motus alterationis, ideo post hunc tractatum de ente naturali in communi, qui octo libros physicorum amplectitur, instituimus tractatum de Cælo, et Mundo quibus proprie convenit motus localis, et alij motus alterationis, et augmentationis

reperiant

repugnant, = Ulterius instituitur tractatus de generatione, & corruptione, seu de ortu, & interitu, etenim generabilibus & corruptibilibus convenit alterationis motus, Cui tractatui reducitur alter de Metheoris, idest de generatione, seu formatione mixtorum imperfectorum, qualia sunt mixta imperfecta, quæ metheora, idest excelsa vocantur, ut sunt, nix, grando, glacies, fulgura, tonitrua, fulmina, procellæ Cometæ, quibus adiunguntur alia mixta imperfecta, metheoris opposita; quæ proinde inferius gignuntur, ut sunt metalla, mineralia, terræmotus, fontes, lapides, & quæ in visceribus terræ continentur. = Denique instituitur tractatus de Anima, seu de ente naturali animato, qualibet vita, scilicet sive sit animatus vita vegetativa, sensitiva, seu rationali, quibus unice convenit augmentationis motus, unde sic absolutam tradidit nobis Aristoteles totam Philosophiam naturalem. Qui de hac ultima parte plures tractatus seu libri nobis tradidisset, ut sunt libri de somno, & vigilia, de memoria, & reminiscentia, item libri de Historia animalium quos Græci vocant libri octoginta talentorum eo quia, eam summam expenderit Alexander Magnus ad exploranda animalium naturas ut quotquot animalia pertotum orbem erant diffusa ad Aristotelem deportarentur ut quidquid observatu dignum inveniret, perpotaret. quo circa scripsit libros de partibus Animalium, item de animalium generatione, & de eorum incessu, & motu & de illorum varietate, forma figura, ingenio, & de alijs affectionibus admirandis etc.

Insuper perpotatur ab Antiquis philosophis, tum alijs qui hac tempestate scripsere quod Consuetum fuit Aristoteli tempus matutinum deputare ad Acroamaticam, idest auscultatoriam seu de Physico auditu disciplinam in Lycæo tradendam, ad Exotericam autem idest ad illam quæ omnibus est communis, vespertinum tempus adaptavit. facilior enim erat captu popularis doctrina, ut poeseos, retorica, ac simplex animalium notitia, unde ad hanc tempus vespertinum ut minus aptum subtiliori doctrinæ adaptavit. = Nos ergo hanc methodum insequendo quantum poterimus Aristoteli adhærere conabimur. & post expositionem horum octo librorum Physicorum, tractatum de generatione, & corruptione, & libros de anima exponemus, ut sic nostram absolvamus artium Lecturam

SVMMA TEXTVS IN GENERALI.

Igitur opus nostrum, doctrina de Physico auditu in 8 libros diseravit Arist. in quorum 1o de ente naturali, eiusque principijs disseruit, cum primum tradidisset methodum insequendam in progressu scientifico; scilicet quod prius de ente naturali in communi est in hac scientia disserendum quam de eodem in particulari. quia ab universalioribus est incipiendum ut pote notioribus nobis.

In 2o autem libro docet ea quae praesupponi debent in hac scientia, scilicet subiectum et principia, illud est quod habet natura et ista sunt causae, unde de quidditate naturae et causarum et earum divisione disseruit.

In 3o progreditur ad explicandas passiones seu proprietates huius entis naturalis eo quia in progressu scientifico post cognitionem quidditatis restat ut de obiecti proprietatibus diseratur. unde de motu agit, et de his quae motum commitantur ut sunt Actio, et Passio, et demum disseruit de infinito, cum infinitas seu finitudo consequantur motum ratione continuitatis.

In 4o de Affectionibus extrinsecis motus instituit sermonem, unde de loco, et tempore disputat, necnon et de Vacuo, ut pote loco opposito.

In 5o post considerationem eorum quae extrinsece motum commitantur agit de motus divisione, et ostendit disecari, et partiri in tres species scilicet, in lationem, alterationem, et augmentationem. unde et de unitate et contrarietate motus disputat.

In 6o considerat motum penes eius partes unde de divisibilitate motus ratione temporis, et spacij agit, et docet quomodo spacium continuum, motus, et tempus ex solis indivisibilibus non componantur.

In 7o considerat motum ratione subiecti mobilis, unde docet quod omne quod movetur ab alio movetur. ex quo deveniendum esse ad unum primum motorem, qui omnem motum omniaque moveat, ne detur processus in infinitum, docet, unde et considerat conditiones exactas ad motum, scilicet, quod movens et motum debent esse simul.

In 8o prosequendo eandem tractationem docet denique quod primus motor est sempiternus, unde et de aeternitate primi motus disputat, et de aeternitate mundi, et denique demonstrat quod primus motor sit infinitae virtutis, et carere magnitudine quantitativa. unde demonstrat esse in corporeum.

Summa

SVMMA TEXTVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

Vsus praevaluit ut libros physicorum Aristotelis in diversa capita dividantur quamvis Aristoteles librum quemlibet, in nullas subdivisiones partiatur. igitur liber Primus Physicorum in novem dissecatur capita quorum primum continet prooemium totius scientiae naturalis et methodum insequendam in progressu scientifico.

Summa textus capitis primi.

Initium sumit hoc caput a textu 1º et divagatur ad usque textum 2 et 5. inclusive, et in eo elucidando instituit Angelicus Magister Lectionem primam. duo ergo docet in communi Aristoteles in hoc nostro 1º capite prooemiali, Primum docet oportere incipere a cognitione et consideratione principiorum. Secundo manifestat quod inter principia ab universalioribus est in cognitione scientifica incipiendum, quod et manifestat triplici exemplo. primum probat ex eo quod in omnibus scientiis debet procedi ex causis, et principiis cum scire sit rem per causam cognoscere, sed Philosophia naturalis est scientia de natura, ergo in ipsa oportet incipere a cognitione et consideratione principiorum. Secundum a ex eo quod nobis innatum est ut a notioribus nobis ad notiora secundum se et minus nota quo ad nos procedamus, sed universaliora principia sunt nobis notiora, seu sunt notiora quoad nos, ergo inter principia est ab universalioribus in cognitione scientifica procedendum.

(et hoc in generali. 3 ad ipsum in particulari accedens Philosophus)

Rursus denique noster Aristoteles probat hoc ipsum triplici exemplo, 1um desumitur ex toto integrali sensibili, 2um desumitur ex toto definibili et tertium in modo procedendi in cognitione pure naturali non scientifica. etenim in toto integrali prius percipitur domus, v.g. quam cognoscantur eius partes. scilicet. ligna, lapides, et alia huiusmodi. = similiter in toto definibili prius cognoscitur genus quam species inferior vel differentia, unde prius cognoscitur animal, et hoc animal, quam quod tale animal sit homo vel leo, et prius homo, quam hic homo, scilicet Petrus, et denique in cognitione pure naturali et non scientifica, videmus quod pueri primum apellant omnes homines patres, et omnes feminas matres, et postea eius determinant horum unumquodque unde prius percipit puer rationem communem hominis, vel mulieris, quam rationes particulares et differentiales seu individuales, ergo etiam in cognitione scientifica est ab universalioribus incipiendum. et haec de tota littera textus capitis 1i, tam in generali quam in particulari.

SVMMA TEXTVS CAPITIS SECVNDI.

Capud istud secundum initium sumit a textu sexto et protenditur ad usque textum vigesimum secundum et circa istud capud 2m instituit D. Thomas lectiones 2q, 3q, et 4q, igitur 2o facit noster Arist. 1o refert quasdam veterum Philosophorum opiniones circa principia entis naturalis. 2o in speciali de quadam opinione disserit. et haec in generali

ad litteram in particulari accedens circa 1um reducit ad duo capita veterum Philosophorum opiniones quae circa principia entis naturalis extabant, quod probat ex eo quia vel principia entis naturalis sunt plura, vel est unicum, ergo ad duo capita reduci possunt Philosophorum opiniones.

Circa 2um docet quod eorum qui posuerunt unum principium quidam dixerunt esse immobile, quidam autem mobile, = Parmenides, et Melisius illud posuere immobile, ex aliis autem Philosophis qui illud mobile posuerunt, aliqui dixerunt esse aerem, ut Diogenes dixit, alij autem esse aquam, ut Thales, alij autem dixere esse ignem, ut Heraclitus, alij vero dixere illud principium esse quoddam medium inter aerem et aquam, ut vaporem, et notat insuper Arist. M. quod nullus Philosophus dixit, illud principium entis naturalis esse solam terram propter eius grossitiem et crasitudinem. Hi autem omnes Philosophi qui unicum principium entis naturalis posuere, et illud mobile esse dixerunt, unde per rarefactionem, et condensationem alia entia naturalia fieri existimabant.

Ex Philosophis autem qui plura entis naturalis principia posuere, quidam finita esse dixerunt, quidam autem infinita, qui finita entis naturalis principia posuere, alij duo esse dixerunt, ut ignem, et terram, alij tria, scilicet, ignem, aerem, et aquam, et hi Philosophi, terram compositam existimabant, unde et principiatum esse asserebant, et non vero principium. alij autem quatuor elementa dixere esse quatuor principia entis naturalis; alij autem praeter quatuor elementa alia duo principia assignabant, scilicet amicitiam, et litem, unde sex enumerabat ista sententia entis naturalis principia.

Qui vero infinita dixerunt esse entis naturalis principia, etiam diversimode sunt opinati, nam quidam posuere infinita indivisibilia corpora, quae Athomi dicuntur, ex quibus omnia entia naturalia fieri dicebant, ut docuit Democritus, igitur Democriti sententia fuit praedictos athomos esse unius generis secundum naturam, ceterum secundum figuram et formam distinguebantur.

quebantur, unde assignabant tres contrarietates inter ipsos athomos, scilicet secundum figuram, prout corvum, & rectum, aliam, prout ordinis prioris, & posterioris, aliam denique prout positionis, & situs scilicet ante, retro, sursum, deorsum, dextrorsum sinistrorsum, & alia huiusmodi,

Anaxagoras autem, quietam posuit infinita entis naturalis principia, dixit, quod etiam secundum naturam discriminabantur unde posuit infinitas, & minutissimas partes carnis, & ossis, & aliorum huius modi.

Et insuper notat div. Th. quod nullus ex antiquis filosofis qui plura entis naturalis principia posuere, ea discriminavit penes mobilia, & immobilia, etenim cum omnes inter principia entis naturalis ponerent contrarietatem, & contraria nata sint alterari, inde oritur ut immobilitas secludatur ab entis naturalis principijs.

Rursus disputat Noster Aristoteles contra illos qui unicum, & immobile posuerunt entis naturalis principium, & asserit quod contra hos non licet philosofo naturali disputare, pertinet enim ad aliam scientiam, scilicet, ad metaphysicam, vel logicam principia cuiuslibet scientiae, explanare, & defendere, sicut, & ad Geometram non pertinet inducere rationes contra negantem sua principia, sed Arismeticam asserit pertinere disputare contra negantes principia Musicae, igitur qui negat multitudinem tollit principia naturalis scientiae, unde non debet contra hanc positionem disputare naturalis

Denique comparat rationes Parmenidis, & Melisij, & asserit utriusque rationem esse fatuam, idest minus rationi ~~[illegible]~~ consonam, contra quos etiam capite sequenti disserit; verum in hoc nostro capite specialiter disserit, contra Melisium, & Parmenidem, qui asserebant esse unicum entis naturalis principium, nam vel accipiunt ens pro ordine ad substantiam, rationem vero Melisij asserit esse magis onerosam, & fatuam, idest minus rationi consonam, contra quos etiam cap. sequenti disserit,

Verum in hoc nostro capite specialiter disserit contra Melisium & Parmenidem qui arbitrabant

esse unicum entis naturalis principium. Utrum vel accipiunt ens pro eodem, ac substantia, vel pro eodem ac qualitas, vel denique pro quolibet ex alijs generibus?

Et respondet quod qualitercumque dicatur concluditur contra ipsos, nam si sumitur ens pro substantia, cum ista dividatur in primam, et secundam, et rursus per multas species sequitur quod ens non est unum, sed plura; si sumatur ens pro accidenti, implicat, cum accidens nequeat esse sine substantia, ergo similiter ens non est unum sed plura, ergo sequitur quod principium entis naturalis nequit esse unicum. Et haec de toto hoc capite tamquam generali, quae in particulari dicta.

SVMMA TEXTVS capitis TERTIJ.

Exordium sumit hoc caput 3um a textu 23. usque textum 35. et circa istud caput 3um instituit D. Thomas lectiones 5a. 6a. et 7a.

Postquam ergo noster Aristoteles improbavit capite praecedenti opiniones Parmenidis, et Melissij, circa principia entis naturalis, per tres partes disecat hoc praesens caput, primo ostendit quomodo rationes Parmenidis, et Melisii sunt solvendae, = secundo solvit specialiter rationem Melissij = et denique tertio solvit rationem Parmenidis = et haec in generali.

Circa primum docet quod ex duobus capitibus peccant rationes Parmenidis, et Melissij, primo quia uterque assumit falsum, secundo, quia sunt eorum rationes sophisticae, unde non concludunt, proindeque solvendae sunt, et negando suppositum, et deinde negando illationem, quia debita forma syllogismi non servatur.

Circa secundum solvit rationem Melissij ex duplici capite, primo negat assumptum Melissij, et docet rationem Melissij esse valde fatuam, et onerosam, et non rationi consonam, igitur ratio Melissij haec erat: Ens non est factum, neque generatur; sed quod non est factum non habet principium; ergo ens non habet principium, minorem probat hoc ratiocinio: quod factum est habet principium; ergo quod non est factum non habet principium.

Rursus

Rursus probat conseq. quod non est factus non habet principium, et per consequens neque finem, ergo est infinitum. Rursus quod est infinitum est immobile, ergo ens est immobile, sed ulterius quod immobile est est unum, ergo ens est unum, ergo ens est unum, infinitum et immobile.

Hoc Melisii ratiocinium improbat Arist. primo negando assumptum, negando scilicet quod ens non generetur et subinfert Arist. quod non est grave quod dato uno inconvenienti alia sequantur.

Rursus improbat Arist hoc Melissi ratiocinium ex quatuor deffectibus, in illationibus factis, primo quartum. ad hoc quod dicebat * quod factum est habet principium, ergo quod non est factum non habet principium, * est enim mala consequentia, namque habet falaciam consequentis, arguit enim a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, qui modus falax est, ut constat ex libris Perihermeniarum namque consequentia enim solum tenet ex destructione consequentis ad destructionem antecedentis.

Secundo improbat illationem secundam quam facit. haec enim erat: * non habet principium, ergo est infinitum * quod sic probat Aristoteles, quod Melisius accipit principium uno modo, cum principium duobus modis dicatur, namque et est principium temporis, et generationis; et est principium rei et magnitudinis, igitur et si sequatur quod illud quod non habet principium rei et magnitudinis seu perfectionis sit infinitum, non tamen sequitur quod illud quod non habet principium temporis, vel generationis sit infinitum. ut patet in substantijs separatis quae non dependent a tempore cum fiant sine motu, et tamen sunt finita.

Rursus 3o improbat tertiam illationem quae talis erat * est infinitum, ergo est immobile * quam illationem improbat ex eo quia si aqua v.g. esset infinitum corpus, eius partes moverentur et si non quo ad locum extrinsecum, tamen moverentur ipse in ipsis, per congregationem, vel disgregationem,

Secundo improbat praedictam tertiam illationem, in motu alterationis, quia

nihil prohibet infinitum alterari, in toto, vel in parte. Rursus Arist. improbat quartam illationem, scilicet: est infinitum, ergo est unum: quia forte non sequeretur esse unum secundum speciem, sed secundum materiam, sicut quidam Philosophi naturales posuerunt omnia esse unum, secundum materiam, non autem secundum speciem, et haec de impugnatione Melissi.

Circa tertium solvit rationem Parmenidis, quae hoc pacto procedebat: quidquid est praeter ens est non ens; sed quod est non ens, est nihil, ergo quidquid est praeter ens, est nihil, sed ens est unum, ergo quidquid est praeter unum est nihil, ergo tantum est unum ens. unde rursus infert Parmenides quod esset immobile, quia non haberet a quo moveretur

Hanc Parmenidis ratiocinationem solvit noster Arist. eodem tenore ac rationem Melissi, primo quia falsum assumit Parmenides, secundo quia deficit in illatione = verum notat Arist. quod ratio Parmenidis, et si assumat propositiones falsas, tamen aliquomodo sunt verae, seu probabiles, quia semper admittunt distinctionem, et sub uno sensu sunt verae, et sub alio falsae. unde stultior erat ratio Melissi quae ex nulla parte assumit aliquod verum

Ostendit ergo Aristoteles quod quod hoc ratiocinium Parmenidis assumit falsum, quia accipit ens uno modo, cum ens pluribus modis dicatur nam, et est ens commune substantiae, et accidenti, et ens determinate substantia, et est ens determinate accidens, ergo ratio Parmenidis assumit falsum quatenus assumit ens solum uno modo. unde si loqueretur Parmenides de ente ut communi substantiae et accidenti, vera esset ratio, secus autem sumendo ens prout determinate est substantia ergo ratio Parmenidis non convincit, = similiter deficit ratio Parmenidis quatenus asserit quod ens est unum; nam haec propositio solum est vera, si sumitur ens determinate, pro substantia, vel pro accidenti.

Rursus ostendit noster Arist. quod ratio

ratio Parmenidis non recte concludit secundũ formã syllogisticã, quod sic probat. quia si forma esset recta concluderet in omni materia, ut dicitr in libris Periherm̃eniarum, sed in omni materia non concludit, ergo forma syllogistica non est recta, minorẽ ostendit, si loco entis sumatur album, & construatur ratio eodẽ tenore, ac ratio Parmenidis, hoc modo * quod est præter albũ est non albũ, sed non albũ est nihil, ergo quod est præter albũ est nihil. etenim min. est falsa cũ substantia, & alia præter albũ sint non albũ, & non sunt nihil.

Rursũ non recte concluditur, sed albũ est unũ; ergo omnia sunt unũ albũ, nã añs potest esse verũ, casu quo lo[...] detur unũ solũ albũ, & dentur alia plura, ut de facto dantur, quæ non sunt alba, unde concludit Arist. quod ratio Parmenidis non convincit quod entis naturalis principia, sit tantũ uniũ, & immobile. Colligc. de toto cap. tã in generali quã in particulari.

SUMMA TEXTUS CAPITIS QUARTI.

Initiũ sumit illud cap. 4. a text. 32. ad usq. text. 45. ad quam litteram explicandam instituit D. Th. lectionẽ 8. & 9.

Postquam Aristoteles capitibus præcedentibus improbavit sententia illorũ Philosophorũ, qui de principijs entis naturalis, non naturaliter fuerant locuti ab hoc cap. insurgit contra illos qui etsi naturaliter fuerint locuti de entis naturalis principiis, id est non removendo motum, tamen ex alijs capitibus averitate deviarunt. unde duo facit Aristoteles in præsenti. in prima textũ parte refert diversitatẽ opinionũ, & in 2a. textũ parte specialiter contra Anaxagorã instituit sermonem. & hæc in generali.

In speciali autem circa primũ asserit quod iuxta opinionũ diversitatẽ Philosophorũ naturaliũ, dupliciter dicuntur res generari, & corrumpi. primus modus asserendi erat illorũ qui unicũ & mobile ponebant entis naturalis principiũ, scilicet ignẽ, aerẽ, vel aquã, vel aliquod

mediu crasius igne, & Subtilius aqua, ut vaporē, igitr ex uno principio dicebant omnia generari, per rarefactionē, vel condensationē.

Alii autē ponebant plura principia, ut Plato, qui posuit magnū, & parvū, ex parte materiae, & idearū quā vocabat principiū formale. = Alij autem ponebant plura principia, quatenus omnia erant in quolibet, & si confuse, ut docuit Anaximander, verū iste dicebat quod non illa omnia, quae confuse erant in illo uno, erant principia. = Empedocles autem dixit quod sic; unde Empedocles ponebat mundū istū pluries esse factū, & pluries corruptū, quia per circulationē, iam media amicitia resultabat quaedā commixtio, & confusio. & per litem resultat segregationem. unde amicitia confundente resultat corruptio, & lite segregante resultabat generatio. =

Anaxagoras autem posuit infinitas partes Carnis, & Ossis, alias similes, alias dissimiles, inter quas erat contrarietas. unde sic concludit noster Arist. quod opiniones ponentiū principia entis naturalis naturaliter idest non excludendo motum erant diversae. & haec circa priorē partē in speciali.

Ad rē in speciali accedens disserit unice noster Arist. contra Anaxagorā. alias opiniones relinquendo postea impugnandas. = igitur ad impugnandū Anaxagorā tria facit; primo praemittit ea quae Anaxagoras supponebat. = 2° proponit ratiocinium quo utebatur Anaxagoras. & simul ponit responsionē ad quamdam tacitā obiectionē, & deniq improbat ratiocinium quo utitur Anaxagoras. quinq rationibus.

Circa 1ū Asserit qd Anaxagoras duo supponebat ut certa, primum qd *ex nihilo nihil fit.* 2°. quod * contraria fiunt ex alterutris* ex primo praesupposito arguebat sic Anaxagoras: *Ex nihilo nihil fit, & cū plura appareant de novo, necesse est omnia illa ante contineri, in aliquo principio materiali, quo alterato, vel per condensationē, vel per rarefactionē, omnia fiant * contra hoc praesuppositū arguit Aristoteles, & asserit quod Philosophi sic opinantes

opinantes decepti sunt quia non distinxerunt inter ens in actu, et ens in potentia, unde ut detur generatio non requiritur qd omnia supponantur actu in aliquo principio.

Ex 2° qd supposito arguebat Anaxagoras sic: * unum contrarium fit ex alio, ex calido v.g. frigidum, quia ex nihillo nihil fit, ergo frigidum actu continetur in calido. * Sed contra arguit Aristoteles; quia unum contrarium non continetur actu in alio, sed in potentia, id est in subiecto quod actu est calidum continetur frigiditas in potentia. unde concludit quod Anaxagoras, ignoravit distinguere inter ens in actu, et ens in potentia.

Rursus circa 2um proponit Arist. rationem qua utitur Anaxagoras, quae talis erat: * quod est, necesse est, quod fiat aut ex ente, aut ex non ente, sed horum alterum excluditur, ergo necesse est quod fiat ex ente. *

Unde sic insurgit Aristoteles, si aer fit ex aqua, ergo in aqua continetur aer actu, ut autumabat Anaxagoras, secundum infinitas partes, ergo posset aliquis obiicere: si infinitae partes cuiuslibet rei sunt in quolibet, sequitur quod res non ad invicem differant neque differre videantur. = Ad quod respondet Anaxagoras, quod res videntur differre ad invicem, ex eo qd max. superabundat in eis. 23

Circa tertium improbat Aristoteles ratiozinium quo utitur Anaxagoras, quinque rationibus quibus etiam occurrit huic responsioni. 1a ratio talis erat: * omne infinitum est ignotum, ergo si in quolibet continentur infinitae partes, illae erunt ignotae unde principia entis naturalis erunt ignota, maiorem probat ex eo quod illud quod est notum apud intellectum, comprehenditur ab ipso, hoc est, est intra intellectum terminos ergo necesse est finitum quod est notum, et omne infinitum est ignotum *. = 2a ratio talis erat: * quia si in quolibet sunt infinitae partes, sequitur qd totum non habeat determinatam magnitudinem, et quantitatem, cuius ratio est quia cum omne totum sit maius sua parte, si in toto continentur infinitae partes ergo erit totum in magnitudine, ultra

quam non potest existere & econtra in quolibet minimo erit etiam aliud totum in quantitate minori minima, ergo etiam illud totum minus continet infinitas partes.

3a. ratio talis erat: quia sequitur similiter quod detur aliquod totum minus minimo quam ratiozinationem sic construit: si ex aqua v.g. removetur caro quando scilicet v.g. ex aqua generatur caro; ergo si iterum ex minima aqua fiat alia segregatio carnis, demus illam carnem esse ita in parva mensura, ut non sit alia minor caro, hoc habito rursus sic proceditur: quando ex aqua segregatur caro & iterum alia caro, aut stabit alia segregatio aut non? si non, ergo in residua aqua non erit caro, & sic non erit in quolibet quodlibet, ut docet Anaxagoras, si stabit segregatio, ergo in residua aqua semper remanebit aliqua pars carnis, quae in secunda segregatione sit minor quam caro quae fuit segregata in prima, unde in tertia segregatione caro erit minor quam illa quae fuit in 2a. & in 4a. minor 3a. & sic in infinitum, unde cum non debeat procedi in infinitum illae ultimae partes erunt aequales & infinitae numero, unde & dabitur aliquid minus minimo, & finitum corpus non resecabitur ab alio corpore finito, quod est impossibile.

Quarta ratio talis erat: quia omne corpus, aliquo reddito fit minus; cum omne totum sit maius sua parte. ergo cum quantitas carnis sit in determinata magnitudine, & parvitate, necesse est dari aliquam carnem minimam, ergo ab eo corpore non potest aliquid segregari, ergo non continetur quodlibet in quolibet.

Quinta ratio est quia si infinitae partes uniuscuiusque sunt in uno quoque & quodlibet in quolibet est, ergo in infinitis corporibus erunt infinitae partes, carnis, sanguinis, & cerebri. rursus ergo etiam si segregentur infinitae partes carnis, & sanguinis, & cerebri eidem poterunt infinities segregari cum infinitum non exauriatur. sed hoc est irrationabile, ergo quodlibet non continetur in quolibet. concludit ergo a primo ad ultimum Aristoteles contra Anaxagoram,

quod

quod principia entis naturalis non continentur actu infinita in quolibet.

Et insuper ex propria mente docet, quod quędam generantur ex similibus, ut ex luto alia luta, scilicet ea in quę disecatur, quędam ex disimilibus, & hęc per alterationem ut lateres ex luto, quędam per compositionem, ut domus non ex domibus sed ex lignis, & ex lateribus;= Deniq in fine capitis dicit quod minus rationabile locutus fuit Anaxagoras, quam Empedocles, & hęc de toto hoc cap. tam in generali, quam in speciali.

SVMMA TEXTVS CAPITIS QVINTI.

Exordium sumit istud caput a textu 42. & protenditur usq ad textum 49. & insuper attingit hoc caput aliquam partem textus quinquagessimi. & in hoc cap. elucidando divagatur Angelicus M. per totam lectionem decimam.

Iam, iam, ergo noster Arist. ex isto cap. quinto cum supponat exclusas varias antiquorum Phylosoforum opiniones, circa entis naturalis principia, incipit veritatem inquirere, & explanare, & ad veritatem inveniendam primo utitur rationibus, & disputationibus probabilibus, unde insequentibus capitibus ostendit deniq veritatem, per modum demonstrationis;= igitur in hoc cap. 5º facit Arist. 1º quasdam veterum Phylosoforum opiniones refert.= & 2º probabilem rationem ad ostensionem principiorum entis naturalis, construit. & hęc in generali.

Circa primum in speciali iterum refert opinionem Parmenidis qui totum universum esse unum ens immobile, secundum rationem, & plura secundum sensum asseruit. unde in quantum sunt plura apposuit principia contraria.

Secunda sententia fuit Phylosoforum, qui possuerunt entis naturalis principium mobile, & asserebant, quod ex raritate, vel densitate ex illo fiebant omnia.

Democritus posuit fieri omnia ex indivisibilibus corporibus quæ ad invicem coniuncta, in ipso contactu quamdam vacuitatem inferebant. et istam vacuitatem vocabat Poros, unde ponebat omnia corpora esse composita, ex firmo, et innani, idest ex vacuo, et pleno. unde vacuum, et plenum dicebant esse principia entis naturalis;= item ponebant alia corpora indivisibilia, ut essent principia entis naturalis, quæ licet essent eiusdem naturæ tamen ex eis fiebant diversa, penes contrarietatem supra explicatam, nempe penes diversitatem figuræ, positionis, et ordinis;= in genere figuræ, est contrarietas, penes recti, et curvi;= in genere positionis, est contrarietas, loci, ut sursum, et deorsum;= et in genere ordinis est contrarietas prioris, et posterioris, de quibus antiquorum Philosophorum opinionibus iam dixerat supra.

Circa secundam partem in particulari huius textus ostendit quod prima principia sunt prima contraria, quod probat Aristoteles ex tribus conditionibus exactis ad rationem principii,= Prima conditio est quod non fiant ex aliis,= 2a quod non fiant ex alterutris, = et denique 3a est quod omnia fiant ex ipsis.= nunc sic subsumit. sed hæc tria conveniunt primis principiis entis naturalis; ergo prima principia sunt prima contraria.

Minorem subsumptam probat, quia sunt prima, ex eo quod non fiunt ex aliis, ex eo quia prima contraria; nam secunda contraria, ut dulce, et amarum, vel album, et nigrum, vel media, fiunt ex aliis prioribus contrariis, scilicet ex calido, et frigido, et ex humido, et sicco.; similiter ex eo quod sint prima contraria non fiunt ex alterutris, quia etsi ex calido fiat frigidum, tamen frigidum actu non continetur in calido, neque componitur ex calido, sed calliditas educitur ex subiecto, in quo est frigiditas, unde calliditas non fit ex frigiditate. ergo prima contraria non fiunt ex alterutris,

Denique quod omnia fiant ex ipsis probat similiter ex eodem principio, quia nempe sunt prima contraria, nam quodlibet non fit ex quodlibet ut dicebat Anaxagoras, album enim non fit ex

musico

musico, nisi forte per accidens, sed albus fit per se ex non albo, et musicum ex non musico. et notat quod album non fit per se ex quolibet non albo, et musicum ex quocumque non musico, sed ex inalbo, vel ex inmusico, hoc est ex subiecto quod natus est habere musicam, vel habere albedinem.

Rursus denique notat Aristoteles quod Phylosophi qui principia entis naturalis dixerunt esse contraria, bene dixerunt, et si rationes veritatis non invenirent, unde notat quod bene dixerunt quasi ex instinctu, vel coacti ab ipsa veritate, nam cum verus sit bonus intellectus, iste aliquando attingit veritatem, et si rationes veritatis ignoret. unde sicut res ratione carentes moventur naturaliter in suos fines absque ratione, sic aliquando intellectus absque ratione attingit veritatem. et haec de 2a parte textus. et de toto hoc cap. tam in generali quam in speciali.

SVMMA TEXTVS CAPITIS SEXTI.

Exordium habet hoc caput, a textu 50. adusque textum 51. et si istum totum, non absumat. et in eo elucidando, instituit Ang. M. lectionem. 11.

In hoc cap. postquam Arist. inquisivit contrarietatem principiorum entis naturalis, iam in isto cap. numerum indagare incipit. circa quod tria facit, 1o proponit questionem, 2o reiicit que non cadunt sub questione, et denique 3o prosequitur questionem explicando suam sententiam. et haec in generali.

Circa primum proponit questionem his verbis: *consequens autem erit, inquirere de numero eorum, utrum sint duo, aut tria, aut plura? et haec de primo in speciali.

Circa 2um duo facit primo ostendit non esse unum, secundum ostendit non esse infinita. primum probat ex eo quia ut dixerat, principia entis naturalis sunt contraria, ergo non est unum; quia unum non est contraria, cum contraria, dicant

pluralitatem, et insuper nihil est sibi contrarium, ergo non est unum. Secundum probat quatuor rationibus quarum prima ita se habet: infinitum non est scibile, et est incognitum, igitur si principia entis naturalis, sunt infinita, oportet esse incognita, sed ignoratis principiis, necesse est et alia ignorari, ergo sequitur quod nihil in mundo sit scibile. quod est falsum, cum ad minus detur scientia de hac veritate. Secunda ratio est huiusmodi; prima principia sunt prima contraria, prima autem contraria, sunt in primo genere; quod est substantia, substantia autem cum sit unum genus habet unam contrarietatem, nempe differentiarum, quae sunt sub genere; ergo non sunt infinita principia. Tertia ratio proponitur ab Arist. sub hac forma: quod potest fieri per finita, magis est ponendum quam per infinita, sed ratio omnium quae fiunt per naturam, assignantur ab Empedocle, finita principia, sicut etiam, per Anaxagoram, ergo principia entis naturalis sunt finita; Quarta ratio est huiusmodi, principia sunt contraria, ergo si principia sunt infinita omnia contraria erunt principia; sed principia solum sunt prima contraria ergo non sunt infinita. Et circa exclusionem eorum quae sunt, extra quaestionem circa tertium proponit primam conclusionem, et asserit, quod principia entis naturalis non sunt duo sed tria, et deinde apponit 2 conclusionem. et asserit non esse plura quam tria, = Primam partem primae conclusionis, demonstrat Philosophus hoc discursu. quia ostensum est quod principia entis naturalis sunt contraria, ergo adminus sunt duo,= Secundam partem sic ostendit. quia si tantum sunt duo contraria non videtur quomodo unum fiat ex alio, neque omnia possunt fieri ex illis, nam densitas non fit ex raritate, neque econtra; neque similiter calor ex frigiditate, quod et constat de omni alia contrarietate. ergo utrumque contrariorum transmutat aliquod tertium quod est subiectum utriusque

utriusque, ergo et concurrunt duo contraria, et insuper subiectum, ergo ad minus sunt plura quam duo scilicet sunt tria. ¶Rursus probat 2am partem scilicet quod non sint plura quam tria ad quod suadendum utitur duplici ratione quarum prima est sub hac forma: frustra fiunt per plura quae possunt fieri per pauciora; sed tota generatio rerum potest compleri per illa tria principia, ergo non sunt plura quam tria. maior ut nota supponit cum natura abhorreat superfluum, et non sint multiplicandae entitates sine necessitate, min. autem sic probat: quia ad omnem generationem sufficiunt duo principia formalia, et unum materiale, ergo ad omnem generationem sufficiunt tria principia. assumptum suadet, quia ad patiendum sufficit unum unde si essent quatuor contraria, et quatuor contrarietates, opporteret quod ad quamlibet contrarietatem daretur aliud, et aliud subiectum, unde sic videtur esse multiplicanda principia absque necessitate igitur non sunt ponenda plura quam tria principia contraria.

¶Rursus probat hoc ipsum sequenti discursu, quia si principia essent plura quam tria opporteret quod primae contrarietates essent plures, sed prima contrarietas, est tantum una, ergo et si plura quam tria, maiorem supponit ex eo quod prima principia sunt prima contraria, minorem probat ex eo quod prima contrarietas est primi generis, idest in praedicamento substantiae, sed primum genus est unum ergo prima contrarietas est tantum una, ac proinde non sunt plures primae contrarietates, ergo videtur quod prima principia sunt tantum tria, et non sunt plura quam tria, quam ultimam illationem efformat Aristoteles quasi epilogando totam doctrinam traditam, et haec de tota littera textus tam in generali quam in particulari.

SVMMA TEXTVS CAPITIS SEPTIMI.

Exordium habet a textu 58. adusque textum 71. et in eo elucidando

instituit Angelicus Mag. lect. 12. & 13.

Hucusque noster Aristoteles, intellectus ab erroribus, & opinionibus falsis purgavit, & insuper illus rationibus probabilibus præmunivit, & disposuit circa naturam, & numerumentis naturalis principiorum. sed iam iam ab isto capite 7º incipit determinare veritatem.

Circa quod quatuor facit. primo apponit duas differentias, alteram scilicet penes modum loquendi, & alteram penes modum concurrendi quem habent principia. = Secundo ut stabiliat numerum eorum explicat quæ principia concurrunt; = 3º ostendit quod ex istis principiis duo sunt per se, & alterum per accidens, = & denique 4º solvit dubitationes circa veritatem ortas, unde ibi loquitur in speciali de quolibet. & hic in generali.

Ad ipsam glitteram in speciali accedens docet quod primus necesse est dicere communia, & postea speculari de eis quæ sunt circa unumquodque. quod supponit manifestum ex dictis in proœmio, unde præmittit quamdam divisionem circa modum fiendi, quia in quolibet fieri, vel est fieri aliud ex alio ut contingit ad fieri secundum esse substantiale. vel est aliud fieri alterum ex altero ut contingit ad fieri secundum esse accidentale.

Probat Arist. hanc divisionem ex eo quia omnis mutatio habet duos terminos, unum scilicet a quo & alterum ad quem, ergo vel termini sunt compositi vel simplices,? si simplices ut contingit quando ex non homine fit homo, vel ex non musico musicum, hoc fieri, quantum ad modum est substantiale, & ex aliud ex alio. = Si autem termini sunt compositi, ut quando dicimus non musicus homo fit musicus homo, tunc utrumque significatur ut compositum, & in hoc contingit fieri ut alterum ex altero, & istud fieri est quantum ad modum accidentale.

Deinde asserit quod inter prædicta sunt duæ differentiæ quarum prima est penes modum loquendi, quia non semper dicitur ex hoc fit hoc, neque similiter semper dicitur hoc fit hoc, sed aliquando unum, aliquando alterum dicimus. etenim dicimus quod ex non musico fit musicus, & quod non musicus fit musicus. non vero dicimus ex homine fit musicus, sed homo fit musicus. . altera

altera differentia est genes ipsa principia quæ concurrunt ad fieri quorum alterum permanens est, alterum non, v.g. quando homo fit musicus, permanet musicus, idest terminus ad quem, & non permanet oppositus, idest non musicus, seu terminus a quo. = & assignat rationem, ex eo quia ex istis tribus, scilicet, ex subiecto, & ex termino a quo, & ex termino ad quem, v.g. ex homine, & ex non musico, & ex musico, (sive sumatur lynon, negative, sive privative, sive contrarie) solus manet subiectus, & terminus ad quem, scilicet homo musicus. & hæc de 1o.

Circa 2um docet quod in his quæ fiunt secundum naturam, seu in qualibet factione naturali, tria inveniuntur. hanc suam propositionem assumptam, probat ex eo quod in his quæ fiunt secundum naturam oportet subiici aliquid cui attribuitur fieri, & illud est unum numero, & si non sit idem ratione, nam quando homo fit musicus, homo qui erat in termino a quo, idest homo qui erat non musicus manet, & si non sub termino a quo, sed ad quem, unde est idem subiectum numero sed non ratione.

Assumptum nempe, quod in his quæ fiunt secundum naturam oportet subiici aliquid cui attribuitur fieri, non probat Phylosophus a ratione, quia inquit hoc pertinere ad metaphysicam. ad quam scientiam pertinet probare & explicare principia cuiuslibet scientiæ. quocirca illud probat. in metaphysica.

Igitur in præsenti ostendit assumptum ab inductione, 1o ex parte eorum quæ fiunt, 2o ex parte modi fiendi; nam ex parte eorum quæ fiunt, alia fiunt simpliciter ut substantia alia secundum quid, ut accidentia, quæ autem fiunt secundum substantiam nore præsupponunt subiectum simpliciter, at vero aliquomodo supponunt subiectum; ea vero quæ fiunt secundum accidentia supponunt subiectum, nam sola substantia est quæ non inest subiecto.

Ab inductione autem genes modum fiendi iterum probat assumptum, hoc discurru. quia quædam fiunt per transfigurationem, ut statua, & hæc supponit æs; quædam fiunt per appositionem ut patet

in augmentatis. ut fluvius, ex multis rivis, = alia fiunt per abstractionem, sicut ex lapid. fit Mercurij statua = quedam vero per compositionem, ut domus, ex lignis, lapidibus, et lateribus, = quedam per alterationem, ut patet in omnibus que alterantur, sive fiant per naturam, sive per artem; sed in omnibus apparet subiectum, ergo manifestum est quod omne quod fit, fit ex subiecto.

Rursus probat alia duo principia requiri, quia in subiecto, cui attribuitur fieri, et est aliquid quod permanet, scilicet ly musicum, v.g. et est aliquid quod non permanet, scilicet oppositum, nempe non musicum, unde permanet homo; sed non permanet non musicum, neque compositum, ex homine et non musico, ergo permanet homo musicus.

Ulterius ad propositum superius assumptum accedens ait, quod in non permanentibus magis dicitur ex hoc fit hoc, quam hoc fit hoc, licet utrumque possit dici; at vero in permanentibus non sic, sed econtra, unde non dicimus, ex homine fit musicus, sed homo fit musicus, et si quandoque etiam in permanentibus dicatur, ex hoc fit hoc, ut patet in artificialibus, nam ex aere fit statua; verum asserit Arist. quod hoc contingit quia ly aes, improprie, etiam sumitur pro termino a quo. idest, pro infigurato, nam si sumitur ly aes proprie, pro subiecto, non debet dici ex aere fit statua. et haec de 2o.

Circa 3um asserit quod ex his tribus principiis duo concurrunt per se, et alterum per accidens, = verum notandum est cum D. Thoma hic, quod quando in presenti Phylosophus dicit quod duo principia concurrunt per se et alterum per accidens, non loquitur de principiis in fiendo, sed de ipsis in essendo, idest non de ipsis in fieri, sed de ipsis in facto esse ut patet ex ratione probativa quam constituit Phylosophus, et constabit quando nos ipsam efformemus. = Assumptum ergo probat Phylosophus, ex eo quia illa principia dicuntur per se talia in naturalibus, ex quibus sunt, et fiunt per se, sed omne quod fit, et est, est et fit, ex subiecto, et forma, ergo subiectum et forma sunt principia per se.

minorem

minorem probat, quia unumquodque in quo resolvitur res est principium, seu sunt principia componentia illius; etenim unumquodque resolvitur in ea e quibus componitur; sed ratio eius quod fit resolvitur in subiectum, et formam, nam ratio hominis musici, resolvitur in hominem, et musicum; ergo id quod fit secundum naturam, est, et fit ex subiecto et ex forma. ergo ista duo sunt principia per se.

Quod autem privatio concurrat per accidens ostendit, quia in homine musico, v.g. et est considerare illud quod est positive, ex quo aliquid fit per se; et est considerare id quod accidit ei, scilicet privationem, ut esse non musicum, vel infiguratum; hoc enim accidit subiecto. ergo concurrit per accidens privatio.

Verum sibi opponit quandam tacitam obiectionem, nam poterit quis dicere, quod privatio non accidit; sed per se sequitur, quando subiectum, est sub forma. nam homo solum musicus habet privationem aliarum formarum;=

Cui obiectioni respondet, quod licet quando est sub una forma, sit sub privatione aliarum, tamen privatio, quae consideratur per se, est illius formae, sub qua est, unde cum ista sit exclusa est principium per accidens, idest in linea essendi, nam homini, cui accidebat esse non musicum, accidit esse musicum; unde in facto esse, idest, quando est musicus, adest subiectum, idest homo, et per se adest musicum esse, idest forma. Et haec de tertia parte in speciali.

Ad quartum denique solvit quasdam dubitationes, circa veritatem. nam quando quis dubitat quomodo principia, quandoque sunt duo, quandoque sunt tria quandoque contraria, quandoque non contraria,= solvit has dubitationes ex eo quod sunt duo, si sumantur per se, idest in facto esse: sunt autem tria si etiam sumatur principium per accidens ad essendum, quod utique ad fiendum est per se.= sunt contraria ut si aliquis sumat calidum, et non calidum, musicum, et non musicum; sunt non contraria si ista accipiantur sine subiecto, nam contraria non possunt pati adinvicem in abstracto, et sine subiecto.

Rursus solvit aliam dubitationem, quae erat penes id quod sunt contraria necessario quodammodo, et quodammodo non. Ad cuius solutionem notat, quod ut dicitur in 5° huius sunt tres species mutationis, scilicet generatio, et corruptio, et motus; motus strictus, est inter contraria, ast v° generatio est inter terminos positivos, et privativos, sicut et corruptio, solum penes distinctionem quod generatio est a non esse privativo, ad esse positivum, et corruptio e contra, unde concludit quod in omni generatione invenitur subiectum, forma, et privatio. Denique in fine, quasi recopilando loquitur de quolibet in speciali, et ait quod natura, quae subiicitur 1° mutationi est materia, et de ista dicit quod nequit sciri per se ipsam, sed per formam, unde solum scitur secundum analogiam, et per proportionem ad formam, aliud principium est ratio, seu forma; et tertium quod contrariatur formae, scilicet privatio, verum asserit Philosophus quod non dicit, quod principium sit magis substantia: forma scilicet, an materia? nam de hoc erit sermo in principio secundi. Et haec de toto hoc cap. tam in generali, quam in speciali etc.

SVMMA TEXTVS CAPITIS OCTAVI.

Sumit initium hoc cap. a tex. etiam 71. quem textum etiam pertinere vidimus ad caput antecedens, et rursus protenditur adusque tex. 78. inclusive. quo in capite explanando apposuit D. Thomas, lectionem 14. Duo quae facit Noster Arist. in praesenti. primo proponit quasdam dubitationes antiquorum Philosophorum circa principia entis naturalis, quae dubitationes, tum circa ignorantiam materiae, tum circa privationis ignorantiam, fuerunt exortae. verum in hoc cap. 8. solum proponit dubitationem circa ignorantiam materiae; et dubitationem circa ignorantiam privationis relinquit ad cap. sequens, et ultimum. Secundo solvit praedictam dubitationem, et insuper ait quod dubitationes circa formam non pertinet

pertinet ad scientiam naturalem solvere, sed ad metaphysicam, et haec in generali.

Circa 2m in particulari proponit dubitationem, seu rationem quam efformabant antiqui Phylosofi, ex qua inferebant non esse in rerum natura generationem, vel corruptionem, sed omnia esse unum ens, distincta solum penes alterationem, seu rarefactionem, vel condensationem.

Igitur sic efformabant discursum: quia si aliquod ens fit, aut fit ex ente, aut ex non ente, sed horum utrumque est impossibile; ergo non datur in rerum natura nova generatio, vel corruptio. min. suadebant 1o quoad primam partem hoc discursu: quia ex ente aliquid fieri est impossibile, nam id quod est non fit, si enim iam est, quomodo fit? nihil enim est ante quam fiat. ergo non fit aliquid ex ente. Deinde suadebant 2m partem minoris, nempe quod ex non ente etiam non fit; tum quia hoc est ex terminis manifestum; tum quia oportet subiici ei quod fit, ut supra ostensum est. tum quia ex nihillo nihil fit. unde concludebant: ergo nihil fit, neque generatur, cum deberet esse vel ex ente, vel ex non ente. Unde rursus asserebant quod cum unum esset omnium principium, ex isto omnia apparebant, vel per alterationem, vel per rarefactionem. vel condensationem. unde iterum concludebant omnia esse unum secundum substantiam et haec de 1a parte.

Circa secundam autem partem, solvit hanc dubitationem seu obiectionem, et deinde concludit principale intentum. Caeterum solutio continet duas partes in quarum 1a ostendit quod haec propositio * ex ente non fit aliquid, * et ista: * ex non ente non fit. * habet quaelibet duplicem sensum, et asserit quod ex ignorantia huius duplicis sensus, ortus fuit error antiquorum, qui negabant generationem, ait ergo Phylosofus quod praedictae propositiones possunt distingui, ex ente nihil fit per se, concedo, per accidens nego, et similiter ex non ente nihil fit per se concedo, per accidens nego.

Probat hanc suam responsionem hoc discursu: quia ista propositio * Medicus agit, aut patitur, * habet duplicem intellectum nam vel ædificat, vel medicatur, primum facit per accidens, 2um per se, = similiter, vel patitur inquantum non Medicus ita ut ex non Medico fiat Medicus, vel ex Medico aliquid aliud fit, idest inquantum est Medicus, 1um est pati perse, 2um per accidens, ex hoc 2o concludit, quod similis ratio est de ente, et de non ente, quam distinctionem quia antiqui non percipiebant, erraverunt a via veritatis, in naturalibus dum istum mirabilem modum fiendi ex ente, et ex non ente, non cognoverunt.

Vnde ait quod patet quod aliquid fit ex ~~ente~~, non ente, idest fit aliquid ex non ente per accidens, quia non ens, non manet ex parte termini facti, et sic patet quod ex ente fit etiam per accidens aliquid, et apponit exemplum, nam ponamus inquit Aristoteles quod ex equo fiat Canis, iam ex animali fit animal, sed non ex hoc animali inquantum animal, neque fit animal inquantum animal, sed hoc, ex hoc, et hoc per accidens; ceterum perse, hoc animal quod est Canis, fit ex non animali quod non est Canis.

Verum asserit quod predicta solutio adhuc non est sufficiens, quia hucusque solum est ostensum, quomodo ex ente, et ex non ente fiat aliquid per accidens, cum autem omne per accidens reduci debeat, ad simpliciter. et per se oportet ostendere quomodo fiat aliquid per se. = ad quod ait quod ens, est duplex: id est in actu, et in potentia ut dicitur 9. Met. ex ente igitur in potentia fit aliquid per se, et ex ente in actu fit aliquid per accidens, verum ex privatione, vel ex forma precedenti, fit aliquid per accidens, cum accidat materiæ, ut sit sub hac forma, vel sub hac privatione, ut ex illa fiat aliquid unde ex hac sua solutione liquidum manet dari materiam primam, ex cuius ignorantia, erraverunt naturales. et hec de 2a parte et de tota littera. tan in gen[illegible]

SVMMA TEXTVS CAPITIS NONI

incipit

Incipit caput istud a tex. 79 adusque tex. 83 in quo finitur iste liber primus. et ad hoc cap. elucidandum instituit Angelicus Magister Lectionem 15. et ultimam.

Post quam Philosophus exclusit cap. praecedenti dubitationes et errores ex ignorantia materiae provenientes, in hoc capite duo facit Aristoteles. 1° proponit dubitationes ortas ex ignorantia privationis, et eas solvit, et quomodo a veritate deviantur ostendit. 2° suam opinionem esse veram ostendit. et haec in generali.

Circa primum sit quod quidam etsi cognovissent materiam tamen eam insufficienter tetigerunt, non distinguendo illam a privatione, eadem praedicata utrique attribuentes, unde cum privatio sit non ens, et materiam esse non ens asserebant, et rursus cum ex materia aliquid fiat per se, similiter, et ex privatione aliquid fieri per se asserebant. unde sic 1° proponit rationem Parmenidis.

Quidquid est praeter ens, est non ens, sed materia est praeter ens, ergo est non ens. et rursus quia antiquis Philosophis videbatur, quod id quod est unum numero, vel est unum subiectum; est etiam unum ratione ut v.g. rei, et hoc infiguratum, vel hoc homo, et hoc non musicum, asserebant. 2is, et infiguratum, et homo, et non musicum, esse unum re, et ratione. quod esse falsum ostendit Aristoteles. quod probat ex eo quia actus, et potentia dividunt omne genus, unde dantur actus, et potentia, tum in linea substantiae, tum in linea aliorum praedicamentorum; unde asserit quod potentia materiae non est aliqua proprietas superaddita ad essentiam materiae, sed materia secundum suum esse, est potentia ad esse substantiale. unde etsi in re sit una respectu omnium formarum tamen secundum rationem sunt diversae potentiae in ordine ad diversas formas.

Probat ergo quod etsi materia sit unum subiectum non sit idem ratione, seu habet capacitatem ad plura, 1°. quia materia est non ens secundum

accidens, & privatio est non ens per se, ergo materia, &
privatio non sunt idem, assumptum probat quia aes, non
significat non esse, & infiguratum significat non esse
ergo materia est non ens secundum accidens, & privatio est
non ens per se. Secundo probat idem as-
sumptum, ex eo quia materia est prope rem, & est
aliqualiter, cum sit potentia ad esse, quod est substantia,
quod de privatione dici nequit.

Rursus proponit errorem
Platonis circa materiam, nam Platonici ponebant ex parte
materiae duo, scilicet magnum, & parvum; Aristoteles autem
etiam ponebat duo, scilicet ipsam materiae potentiam,
& privationem; unde Platonici & si faciant dualitatem,
ex parte materiae, tamen non asserebant esse potentiam
& privationem, sed magnum, & parvum, unde revera pri-
vationem despexerunt de ea mentionem non facientes.
& haec de prima parte in particulari.

Circa 2um ostendit
Phylosophus suam opinionem esse veram, quam opinionem
stabilit instituendo duas conclusiones & eas probando.
Prima Conclusio est: Privatio distinguitur a materia prima.
Secunda. Materia quodammodo corrumpitur, quo-
dammodo non corrumpitur. Primam proposi-
tionem probat duplici ratione. una est per ostensionem,
alia est reducendo ad impossibile. ostensive procedit hoc
modo: quia ista natura, quae subiicitur: scilicet materia
est causa eorum quae fiunt ad modum matris, & forma
per modum viri, sed hoc de privatione non verificatur
cum potius sit contrarium, & oppositum formae, unde privatio
est malum rei, sicut forma est bonum, ergo privatio, &
materia distinguuntur. unde asserit Arist. quod quantum
ad privationem, locum habet ratio Parmenidis, scilicet
quod omne quod est praeter ens, est non ens,
quod autem forma sit bonum & quoddam divinum
probat, quia forma est optimum appetibile, nam unum-
quodque est inquantum est in actu per formam. sed

unumquodque

unum quodque appetit suam perfectionem; ergo materia appetit formam: sed privatio est remotio formæ; ergo sequitur quod privatio non sit idem quod materia;

Per impossibile ostendit hoc ipsum hoc discursu, quia cum forma sit quoddam bonum, et appetibile materia nata est appetere formam, = rursus materia non appetit formam secundum quod materia est cum forma. quia iam non indiget esse per eam, neque similiter appetit eam secundum quod est sub contrario. quia unum contrarium est alterius corruptivum, unde sic appeteret sui corruptionem, ergo materia quæ appetit formam aliud est a privatione, sicut et a forma. unde si privatio, et materia essent idem, sequeretur quod privatio appeteret sui corruptionem, scilicet formæ, quod est impossibile. ergo impossibile est quod materia et privatio sint idem.

Secundam partem probat Phylosophus hoc discursu: quia materia secundum quod est sub privatione, seu secundum quod est privata, corrumpitur, cum transeat de habere privationem, ad illam non habere. unde æs infiguratum dicimus quod corrumpitur, quia transit ad esse figuratum. Sed aliunde materia secundum se, et secundum quod est quoddam ens in potentia, est ingenita, et incorruptibilis, quia alias cum ad omne transitum opporteat subiici aliquid, ex quo fiat, ut ex dictis patet sequeretur quod ad esse materiæ supponeretur aliud subiectum, ex quo fiat, quod est impossibile, cum materia sit primum subiectum, igitur materia prima quodammodo corrumpitur, et generatur, et quodammodo non corrumpitur neque generatur.

Rursus omne quod corrumpitur resolvitur in materiam primam, ergo materia prima si corrumperetur resolveretur in se ipsam, ergo cum ipsa sit ante sui corruptionem

materia prima exit corrupta antequam sit corrupta. quod est impossibile. Sucessive continetur Aristotelis littera. Verum quia Avicena tres obiectiones efformat contra primam Aristotelis rationem, et contra rationem pro ea efformatam. Et quia tales obiectiones et refert Angelicus Magister, et eas solvit ideo eas mihi proponere placuit, ut appendices ad litteram textus huius capitis.

Prima ergo obiectio quam apponit Avicena contra 1am rationem Aristotelis est sub hac forma: quia vel materia 1a appetit formam appetitu animali, et elicito, vel appetitu naturali, et innato utrumque est impossibile, ergo materia prima non appetit formam. Minor quoad 1am partem constat cum materia 1a non sit cognoscitiva. quoad 2am probat, quia omnis appetitus naturalis fundatur in aliqua forma inclinante, ad terminum ut patet in gravibus et levibus.

Secundo sic arguit Avicena quia vel materia prima appetit simul omnes formas simul, vel appetit aliquam, quia caret omni, vel appetit aliquam quia fastidium ipsi generat forma quae habetur: sed horum quodlibet implicat; ergo materia prima non appetit formam. minor quoad duas priores partes constat, cum impossibile sit appetere omnes formas simul, et cum materia prima non careat omni forma, sed necesse sit sub aliqua. quoad 3am partem etiam videtur constans, quia quando habet unam iam habet quod alia praestaret: scilicet esse, ergo non appetit aliam quando habet unam.

Tertio sic arguit Avicena: quia Phylosophus asserit quod materia prima appetit formam sicut faemina masculum; sed hoc est figurate loquentium, et mores Poetarum ergo non loquitur filosofice.

Ab his obiectionibus vendicat Angelicus Magister Phylosophum. unde ipsis respondet, et ad primam dicit

eligit Angelicus M. 29 ejus dilematis, et ait quod materia prima eligit, et appetit formam ex directione, et ordinatione auctoris naturalis, sicut sagitta tendit in determinatum signum, ex directione sagittantis; unde non solum ens in actu ordinatur per virtutem activam in terminum, sed etiam materia secundum quod est ens in potentia.

Et per hoc patet ad secundam, quia cum sub quacumque forma maneat ipsa semper manet appetitus ad aliam, non quia fastidit primam, neque quia quærat contraria simul, sed quia cum 1a non satiet, quærit aliam.

Ad 3m respondet D. Thomas, quod hic non invenitur figurata locutio, sed exemplaris, quia dictum est quod materia prima non est scibilis per se, sed proportionabiliter, unde sic se habet ad formas substantiales sicut æs infiguratum, ad figuram, et sicut fæmina ad virum, et sicut homo non musicus ad musicam, quibus exemplis usus fuit Aristoteles quia ut docet D. Thomas loquebatur Aristoteles contra Platonem, qui utebatur methaphoricis locutionibus

Denique Noster Aristoteles post exclusionem cuiuslibet erroris circa materiam, et privationem asserit in fine huius capitis, quod de principio formali utrum sit unum vel plura? pertinet determinare ad Phylosophiam primam. unde ad Methaphysicam hoc reservat, quia forma est principium essendi. Et hæc de tota littera huius textus, tam in generali, quam in particulari. Et de toto hoc primo libro Physicorum Aristotelis Stagiritæ

LIBER PRIMUS PHYSICORUM ARISTOTELIS STAGIRITÆ

DISPUTATIO PRIMA PROŒMIALIS & DE MÆTHODO PROCEDENDI IN COGNITIONE SCIENTIFICA

QUÆSTIO I.

Utrum Primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu sit ens concretum quidditati sensibili?

§. I.
Præmittuntur nonnulla

1 Supponimus 1º quod intellectus noster considerari potest vel secundum se, prout scilicet præscindit ab statibus in quibus ex accidenti reperiri potest, vel potest considerari in aliquo ex triplici statu, in cuius quolibet potest reperiri. Primo enim reperiri potest in hoc statu contractionis, ubi omnis intellectio dependet præsuppositive a phantasmatibus. quæ utiq; sensibilia, & materialia sunt, ex quibus intellectus agens. format speciem intelligibilem. quæ impressa dicitur, eo quia illam intellectus agens præsentat intellectui possibili, illam in prædicto intellectu possibili imprimendo, unde mediante hac specie obiectum alias distans ab intellectu, intra ipsum intellectum ponitur, & præsens constituitur.

2 Rursus potest considerari intellectus in statu separationis, etenim cum anima rationalis in se entitative sit spiritualis, existere potest extra corpus, unde secum afferat intellectum, qui utiq; est potentia, in aliquorum sententia, indistincta ab anima entitative, & in nostra, & veriori Thomistarum sententia, etsi distincta realiter entitative, tamen, connexa inseparabiliter cum anima, inseparabilitate saltim naturali, immo iuxta aliquos inseparabilitate essentiali. inimpedibili a Deo, Verum adminus, imo mihi iuxta veritatem conformius, intellectus est potentia solum connaturaliter inseparabilis ab anima. proinde quæ in statu separationis animæ, (quem separationis statum Phylosophi Christiani fatemur sortiri animas, quæ sunt in purgatorio detentæ, & quæ sunt in inferno ad æterna supplicia subeunda, & denique, quæ sunt in Cælo divinam essentiam contemplando, dummodo ab his animabus ibi existentibus discernas statum separationis, ab statu elevationis, & rursus statum separationis sortiuntur animæ, quæ in lymbo detinentur) in prædicto 2º statu separationis anima existit a corpore separata, & proinde intellectus cum capacitate ad intelligen

Denique

Denique potest considerari intellectus in statu elevationis, elevationis utique non quomodo cumque ad ordinem supernaturalem, in quo statu utique sunt animæ purgantes, sed in statu elevationis perfectissimæ ad claram Dei visionem, quem statum utique unice sortiuntur animæ beatæ.

Igitur in præsenti non dubitamus, de primo cognito a nostro intellectu in quolibet statu, etenim in statu separationis, fortasis erit primum cognitum ipsa substantia animæ, relate scilicet ad suum intellectum proprium, Cuius ratio est, quia anima se ipsa est intelligibilis relate ad suum intellectus, ipsi quia suo intellectui intime unita, unde ad ipsam intelligendam non eget intellectus specie, E contra autem, ad alias animas separatas intelligendas, et ad Angelos cognoscendos eget speciebus, quæ utique a Deo infunduntur, ut dicitur de Angelis ad tract. de cognitione Angelorum. apud D Thomam. 1. p. q. 56. ar. 1. et. 2. = et 2. contrag. cap. 96. = et q. 8. de verit. ar. 6. et 7.

Ergo primum cognitum a nostro intellectu in statu separationis est ipsa propria substantia animæ, cuius est proprietas, etenim per prius cognoscitur obiectus illud, quod per prius unitur intellectui, et quod per prius unitur; sed anima se ipsa est unita suo intellectui, aliæ autem substantiæ spirituales non nisi mediis speciebus, ergo primus cognitum erit ipsa anima separata.

Insuper in statu elevationis utique primus cognitus est Deus ut in se, idest ut unus, et trinus, etenim Deus ut in se est, est obiectus primarius visionis Beatæ. et in ipso prius cognito alia videntur. de quo theologi ad 1ª partis. q. 12. et 1a. q. 2.

Difficultas ergo præsens devolvitur, et reducitur ad indagandum obiectus primo cognitum a nostro intellectu, pro hoc statu contractionis, et immersionis, Pro cuius intelligentia notandum est Secundo, quod primus cognitus a nostro intellectu debet esse aliqua formalitas, seu aliquod prædicatus contentus sub obiecto specificativo intellectus, etenim repugnat, quod aliqua poten-

tia, exerceatur medio aliquo suo actu, erga obiectum aliquod, sive adæquatum, sive inadæquatum, quod non contineatur sub suo obiecto specificativo, etenim omnia obiecta partialia, circa quæ versatur aliqua potentia, contineri necesse est sub obiecto specificativo illius potentiæ, aliunde potentia extraheretur ultra suam sphæram, quod est chymera, etenim cum potentia sumat speciem ab obiecto, sumit suum esse in ordine ad ipsum, unde idem est potentiam extendi ultra suum obiectum specificativum, ac extendi extra se ipsam, quod ex terminis est chymera.

8 Rursus denique notandum est tertio quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, debet esse aliquod prædicatum universalissimum, et imperfectissimum in linea essendi, et si in linea obiecti sit valde proportionatum, alias non primo attingeretur, assumptum hoc constat ex Phylosopho in cap. 1. huius primi libri, ubi asserit ab universalioribus esse incipiendum, ubi etsi loquatur de cognitione scientifica, in cuius methodum tradendam, asserit quod principia, et causæ universaliores sunt primo dignoscendæ, tamen, ad hoc suadendum utitur exemplo naturæ, iuxta quam, videmus, quod prima cognitio naturalis est circa obiectum valde imperfectum in se, unde puer in progressu usus rationis, prius cognoscit prædicata universaliora, et confusiora, quam prædicata magis determinata, et actualia.

9 Cuius ratio a priori est, quia intellectus, cum sit agens procedens de potentia ad actum, prius elicit actum imperfectum quam perfectum, ut pote prius elicit actum, qui est magis proportionatus et magis affinis ipsi suæ potentialitati, quam actum perfectum, qui non est ita proportionatus, et affinis respectu suæ potentialitatis, atqui actus, qui versatur erga obiectum magis universale, est imperfectior, ut pote versatur circa obiectum magis confusum, et minus determinatum, ergo prius debet attingere obiectum universalius, quam illud, quod est minus universalius, etenim illud prædicatum, quod est universalius est magis notum quo ad nos.

10 Pro cuius intelligentia notandum est quod aliquod prædicatum, vel potest esse notius quo ad nos vel

vel notius secundum se, illud dicitur notius secundum se quod est magis actuale, magis immateriale, & magis perfectum, cuius ratio est, quia cum cognoscibilitas fundetur supra actualitatem, illud proinde est magis intelligibile, seu magis notum secundum se, quod est magis actuale, quo pacto cum Deus sit summe actualis, Deus proinde est magis notum secundum se. E contra vero illud prædicatum est magis notum quoad nos, quod est magis potentiale, & universale. Cuius ratio est, quia cum, ut diximus, noster intellectus sit secundum se pura potentia, illud prædicatum est notius quoad nos, quod magis proportionatur cum pura potentia, qualis est noster intellectus unde oritur quod universalius prædicatum est magis notum quoad nos.

§. II. reiicitur sententia Durandi.

11

Ex quo per legitimam consequentiam infertur contra Durandum quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu non est aliquid singulare ut tale. tum quia ut dicitur lib. 3. de anima singulare non cognoscitur directe a nostro intellectu. Sed innotatur, seu indirecte, & per reflexionem, quia cum singularitas sumatur a materia in rebus materialibus, quæ utique unice cognoscuntur a nostro intellectu, pro hoc statu, & intellectus agens abstrahat a phantasmatibus speciem intelligibilem, denudat proinde materialitatem, & omnes conditiones materiales, quæ reperiuntur in obiecto phantastico, ac proinde denudat speciem a singularitate, unde cum alias intellectus possibilis non attingat cognoscitive nisi illud quod ipsi repræsentatur per speciem, & aliunde ista directe non afferat secum singularitatem inde oritur ut intellectus nequeat directe cognoscere singularitatem, ac proinde singularitas seu aliquid singulare nequit esse primum cognitum a nostro intellectu. De quo late ad lib. 3. de Anim.

12

Rursus quia ut dicit Phylosophus, & notum est ratione, primum cognitum debet esse aliquod prædicatum imperfectum, confusum, & indeterminatum, scilicet debet esse primum cognitum aliquod prædicatum universalissimum, unde Phylosophus ait in hoc 1. lib. cap. 5. tex. 49. *Universale quidem secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum.* Sed singulare non est

prædicatum confusum, & indeterminatum, neq proinde est universale, ergo primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, non potest esse aliquod prædicatum singulare.

§. III.
Reiicitur sententia Scoti.

13 Similiter primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, non potest esse species specialissima, scilicet species infima, ut vult Scotus. Tum quia rationes supra factæ hoc ipsum suadent, etenim species specialissima non est prædicatum valde imperfectum, neq est prædicatum universalius; atqui iuxta Aristotelem, ab universalioribus est incipiendum; non ergo species specialissima potest esse primum cognitum a nostro intellectu, pro hoc statu.

14 Tum quia ratio ob quam Scotus suadet, quod species specialissima est primum cognitum a nostro intellectu, potius suadet quod primum cognitum, est aliquod prædicatum universalius tali specie. assumptum suadetur, quia ideo probat quod species specialissima est primum cognitum, quia noster intellectus prius habet de quolibet obiecto cognitionem confusam quam distinctam; sed magis confusa est cognitio quæ versatur, vel circa speciem subalternam, vel circa genus supremum, seu circa prædicatum entis, quod utiq est omnium universalius, quam cognitio quæ versatur circa speciem specialissimam; ergo ratio qua utitur Scotus potius suadet oppositum.

15 Unde cum ens sit prædicatum universalius quolibet alio; quærimus proinde in præsenti, utrum ens determinate ut concretum quidditati materiali, sit pro hoc statu primum cognitum a nostro intellectu, cognitione utiq prima confusa, & imperfecta, vel an pro hoc statu sit primum cognitum a nostro intellectu ens ut sic, prout abstrahit tum a quidditate materiali, tum a quidditate spirituali?

§. IV.
Devolvitur ad Thomistas difficultas præsens, & referuntur sententiæ.

Duas.

Duas præcipue invenio inter Thomistas oppositas sententias, 16
Prima asserit quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu est ens incommuni, & ut abstrahit a quidditate materiali, & spirituali. Ita M. Soto 1. Physic. q. 1. quem secuntur M. Lerma 1 Phys. q. 3. & alij Thomistæ. 17

Secunda sententia asserit quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, est ens determinate materiale, seu ens concretum quidditati materiali. Hanc sententiam tenet Caiet. q. 1. de Ente, & Essent. & 1. p. q. 85. ar. 3. quem secuntur Parra, 1. Physic. disp. 1. dub. 3. & alij Thomistæ.

§. V.

Statuitur conclusio.

Hæc secunda sententia sit nostra &c. unde asserimus 18 quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu est ens determinate materiale, seu ens ut concretum quidditati materiali. Probatur quia implicat quod 19 potentia aliqua feratur extra sphæram sui obiecti specificativi; sed si primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu non est determinate ens materiale, intellectus ferretur extra sphæram sui obiecti specificativi pro hoc statu, ergo etc. cætera patent, & probatur min. quia obiectum intellectus nostri pro hoc statu est determinate ens materiale, seu ens concretum quidditati sensibili, ergo vera est min. assumptum supponi debet ex lib. 3. de anima. unde ibidem tex 30 sic ait Arist. * Nihil sine phantasmate intelligit anima. * ergo si in omni cognitione dependet noster intellectus a phantasmatibus, obiectum specificativum nostri intellectus pro hoc statu est determinate ens materiale. 20

Rursus suadetur idem assumptum ex Angelico Præceptore 1. p. q. 84. ar. 7. in corp. ubi hæc habet verba: * Respondeo dicendum quod impossibile est intellectum secundum præsentis vitæ statum quo passibili corpori coniungitur aliquid intelligere in actu nisi convertendo se ad phantasmata. * & paulo inferius ait: * intellectus autem humani,

qui est coniunctus corpori proprium obiectum est quidditas sive natura in materia corporali existens. * & rursus q. 8[?] ar. 2. ad 2 ait: * obiectum intellectus nostri secundum statum praesentis vitae est natura rei materialis, ut supra dictum est * & denique q. 88. ar. 3. in corp. ait. * primum autem quod intelligitur a nobis secundum statum praesentis vitae, est quidditas rei materialis, quae est nostri intellectus obiectum, ut multoties supradictum est. * ex quibus authoritatibus non solum constat assumptum, verum, & nostra Concl. expresse suadetur.

21 Unde rursus confirmatur, & suadetur nostra Concl. quia implicat quod aliqua potentia attingat medio aliquo suo actu, aliquod obiectum universalius suo obiecto specificativo.; sed si intellectus noster per primam sui cognitionem attingeret ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali, attingeret per primam cognitionem obiectum universalius suo obiecto specificativo, ergo implicat quod primum cognitum a nostro intellectu sit ens ut sic prout abstrahit a materiali, & spirituali. probatur min. quia ens ut sic prout abstrahit a materiali, & spirituali est praedicatum universalius, quam ens determinate concretum quidditati sensibili, & materiali ergo si intellectus noster per primam cognitionem attingeret ens ut sic prout abstrahit a materiali, & spirituali, attingeret proinde obiectum universalius suo obiecto specificativo.

22 Rursus quia ex terminis implicat quod intellectus percipiat aliquam formalitatem, quae non continetur in specie impressa repraesentativa, qua necessario utitur intellectus ad intelligendum. Sed si primum cognitum a nostro intellectu esset ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali, intellectus perciperet aliquam formalitatem, quae non continetur in specie impraesa repraesentativa obiecti, qua necessario utitur intellectus ad intelligendum; ergo primum cognitum a nostro intellectu non est ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali. mai. constat, quia cum intellectus ex se sit pura potentia in linea intelligibili, implicat quod intelligat aliquod obiectum absque specie, ac proinde implicat

cat quod percipiat aliquod prædicatum, seu formalitatem aliquam, quæ neutiquam continetur in specie impressa repræsentativa obiecti qua ad intelligendum utitur intellectus; probatur, g° min. quia species qualibet qua utitur intellectus pro hoc statu est necessario efformata ab intellectu agente cum dependentia à phantasmatibus, ac proinde est necess° repræsentativa quidditatis materialis: sed ens ut sic prout abstrahit à materiali, et spirituali, est obiectum universalius prædicta specie, quod proinde ex se non continetur in ipsa, g° si primum cognitum à nostro intellectu est ens ut sic prout abstrahit à materiali, et spirituali intellectus perciperet aliquam formalitatem, quæ non continetur in specie impræsa obiecti repræsentativa.

§. VI.
Dilluuntur replicæ

23 Replicabis, et dices, quod ratio supra efformata pro nostra conclusione tantum probat quod si intellectus eliceret actum, quo adæquate attingeret obiectum non posset utiq. non attingere quidditatem materialem, et sensibilem, seu ens concretum quidditati sensibili; cæterum cum primus actus sit valde imperfectus, ut pote omnium imperfection non attingit obiectum adæquate, sed inadæquate, et proinde attingit obiectum non secundum omnes formalitates, quæ in ipso reperiuntur, sed solum secundum aliquam valde imperfectam, quæ in ipso obiecto reperitur, unde cum in hoc concreto: * ens materiale * et reperiatur ratio entis, et reperiatur ratio materialis, adest locus ut intellectus medio illo primo suo actu attingat rationem entis, quin exinde convincatur quod attingit rationem materialis, ut pote quia ista ratio est iam aliquantulum determinatior, et aliquantulum actualior; g° si intellectus noster, quia agens est procedens de potentia ad actum debet elicere primam cognitionem, quæ sit circa obiectum universalius, et imperfectius, infertur proinde quod solum attingit media sua prima cognitione rationem entis, quin gradum faciat, ut etiam per ipsam attingat rationem entis materialis, et sensibilis.

24 Et per hoc patet solutio ad authoritatem

Phylosofi, et Angelici Magistri. igitur uterque quando asserit quod quidditas materialis est obiectum intellectus nostri, pro hoc statu, loquitur de obiecto proportionato, et adaequate cognito, non vero de obiecto ut inadaequate cognito.

25 Rursus secundo replicabis contra Confirmationem a nobis adductam in favorem nostrae conclusionis, nam si argumentum ex speciebus intelligibilibus desumptum aliquid probaret, suaderet utique quod per nullum actum quantumvis perfectum posset intellectus pro hoc statu cognoscere ens ut sic; atqui hoc est falsum, cum intellectus cognoscat rationem entis de qua demonstrat esse rationem superiorem, ad materiale, et spirituale, ad substantiam, et accidens; ergo stat quod et si species impressa, qua intellectus noster pro hoc statu utitur ad intelligendum sit efformata ab intellectu agente cum dependentia a phantasmatibus exinde non convincatur quod primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu non sit ratio entis ut sic, prout abstrahit a materiali, et spirituali.

26 Assumptum probas quia non solum per primum actum, sed neque per aliquem potest intellectus percipere aliquod praedicatum, vel aliquam formalitatem quae non continetur in specie impraesa repraesentativa obiecti, qua utitur intellectus ad intelligendum. ergo si aliquando, et aliquo actu intellectus noster percipit rationem entis ut sic, prout abstrahit a materiali, et spirituali, est quia tale praedicatum continetur in specie quantumvis fiat cum dependentia a phantasmatibus, ergo similiter poterit esse primum cognitum a nostro intellectu tale praedicatum, praesertim cum sit universalius prae omnibus et talis prima cognitio sit omnium imperfectior.

27 Sed contra, et respondeo ad primam replicam, quod quantumvis prima cognitio sit omnium imperfectior, et ens ut sic prout abstrahit a materiali, et spirituali sit praedicatum universalius quam ens determinate materiale, tamen nequit ens ut sic esse primum cognitum a nostro intellectu, alias intellectus ferretur ultra sphaeram sui obiecti specificativi. assumptum probo. implicat quod

intellectus exerceatur medio aliquo suo actu, & quod non sit ergo suum obiectum, sed ens ut sic prout abstrahit a materiali, & spirituali non est obiectum intellectus nostri pro hoc statu, ut vidimus ex Phylosofo, & ex D. Thoma, ergo implicat quod sit primum cognitum a nostro intellectu. 28

Rursus implicat quod potentia aliqua attingat aliquod obiectum, & quod per suos actus non possit attingere omnia inferiora contenta sub illo; ergo si intellectus noster pro hoc statu attingeret ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali posset per suos actus attingere omnia inferiora contenta sub ente ut sic. Nunc sic, sed implicat quod intellectus noster attingat per aliquem actum quidditatem spiritualem quae utique est aliquod partiale obiectum, contentum sub ente ut sic, ergo implicat quod ens ut sic sit primus cognitum a nostro intellectu. primum antecedens constat discurrendo per omnes potentias nam quia bonum ut sic est obiectum voluntatis, voluntas per suos actus potest amare quodlibet bonum contentum sub bono ut sic. Similiter quia lucidum 29 coloratum est obiectum visus, visus per suos actus potest attingere quod libet obiectum lucidum coloratum, ergo similiter implicabit quod intellectus attingat ens ut sic, & quod per suos actus non posset attingere quodlibet inferius contentum sub ente ut sic. Subsumpta autem est manifesta quia intellectus noster pro hoc statu non potest cognoscere quidditatem spiritualem. ergo 30

Replicabis, & dices quod ratio anobis efformata solum convincit quod intellectus noster non potest attingere per primam suam cognitionem ens ut sic, ut abstractum abstractione positiva, ab ente materiali, & spirituali, non autem convincere quod non possit attingere ens ut sic ut abstractum abstractione negativa a materiali, & spirituali, ergo stare potest quod primum cognitum a nostro intellectu sit ens ut sic. assumptum probatur, & explicatur, quia esse aliquam rationem abstractam abstractione positiva asuis inferioribus, etsi dicat ordinem positivum ad ipsa inferiora, saltim ut aterminis a

quibus (imo etiam ut ad terminos ad quos ex eo quia intellectus est reflexivus,) tamen esse aliquam rationem negative abstractam ab inferioribus non includit neque dicit talem ordinem ad prædicta inferiora; ergo stare potest quod intellectus attingat rationem entis ut abstractam ab inferioribus abstractione negativa, quin ex hoc convincatur quod intellectus per suos actus debeat attingere omnia inferiora contenta sub illa. antecedens, et supponitur, et constat, nam per hoc præcise quod a quidditate materiali, (quæ utique est obiectum proportionatum intellectus nostri pro hoc statu,) abstrahat intellectus illud prædicatum entis, quod utique resplendet in ipsa, intelligitur ratio entis negative abstracta, non solum a tali quidditate materiali, a qua positive est abstracta, sed etiam a quidditate spirituali, a qua non est abstracta, l'y non, negative sumptum. etc.

31 Sed contra nam ista solutio quæ utique fundatur in isto duplici genere abstractionis, non infringit rationem nostram, neque evadit inconveniens allatum quatenus intendimus quod intellectus feratur ultra suam sphæram. Assumptum suadeo. quia illud prædicatum entis solum ut abstractum negative ab inferioribus quantumvis ut sic consideretur, nequit non continere actu, et si implicite omnia inferiora de quibus prædicari potest; sed eo ipso, si esset primum cognitum a nostro intellectu etiam sub illa præcisione intellectus extenderetur ultra suam sphæram, ergo prædicta solutio non evadit inconveniens allatum. maior constat etiam apud authores contra quos in præsenti, cum fateantur illam rationem entis esse analogam, et non perfecte præcisam a suis

32 inferioribus. Probatur ergo minor, nam ut arguebamus implicat quod potentia aliqua attingat aliquod obiectum, seu aliquam rationem superiorem, et quod per suos actus non possit attingere omnia inferiora contenta sub illa: ergo si intellectus attingeret per primum actum ens ut sic, posset per alios attingere omnia inferiora contenta sub ente ut sic, ac proinde posset attingere quidditatem spiritualem antecedens constat ex regula communi Philosophorum, * qui potest ad magis, potest ad minus. *

Rursus

Rursus dices, quod numquam convincitur quod intellectus extendatur extra suam sphaeram, et ratio efformata non convincit. assumptu probas quia illud praedicatum scilicet ens ut sic prout abstractum ab ente materiali, et spirituali est aliquid de obiecto intellectus nostri pro hoc statu, unde distingues hanc propositionem a nobis assumptam: implicat quod intellectus exerceatur erga aliquod obiectum quod non sit obiectum ipsius, distingues, si illud aliquod non est obiectum neque aliquod praedicatum contentum in obiecto concedis, si illud aliquod, sit adminus saltim aliquid contentum in obiecto intellectus negas. Unde cum ens ut sic, abstractum abstractione negativa, et si non sit sub hac generalitate obiectum intellectus nostri pro hoc statu, sit adminus aliquod praedicatum contentum in obiecto, inde provenit quod posit attingi per primum actum intellectus — 33

Sed contra — 34

nam illud aliquid quod ut asserit praedicta solutio est aliquod praedicatum contentum in obiecto intellectus vel taliter continetur in illo quod simul contineat obiectum et insuper alia inferiora, quae neutiquam sunt obiectum etiam partialia, et inadaequata respectu intellectus nostri pro hoc statu, vel non continet, et continetur modo dicto, hoc secundum nequit dici, tum in sententia horum Authorum, contra quos magis in praesenti, tum in vera sententia quia iuxta ipsos, et iuxta veritatem, ens est analogum, et transcendens, unde iuxta ipsos quia analogum et quia transcendens includitur, et continetur actu in inferioribus, et etiam includit actu implicite ipsa, unde non perfecte prescindit, et iuxta doctrinam a me traditam in logica in lib. de Antepraedicamentis ens non quia transcendens, sed quia analogum includitur, et continetur in inferioribus, et econtra continet, et includit ipsa inferiora. — 35

Nunc sic sed implicat quod ens ut sic actu contineat sua inferiora, et quod si attingit ens ut sic per primum actum, non posit intellectus per alios

attingere omnia inferiora sub ente contenta ergo semper infertur quod si ens ut sic prout abstrahit a materiali, et spirituali esset primum cognitum a nostro intellectu intellectus exhaberetur a sua sphaera.

36 Vnde per hoc constat solutio ad replicam supra factam contra illud quod dicebamus de speciebus impressis abstractis a phantasmatibus. Respondeo enim negando assumptum, negando nempe quod ex eo quod species sint abstractae a phantasmatibus inferatur pariter quod intellectus noster per nullum actum possit pro hoc statu cognoscere ens ut sic, quia ens ut sic potest cognosci connotative, et ad modum quidditatis materialis, quo pacto unice pro hoc statu potest cognosci, at vero si ens ut sic cognosceretur per primum actum, et esset proinde primum cognitum a nostro intellectu, cognosceretur quidditative, et non connotative, quod implicat, nam intellectus noster pro hoc statu solum potest cognoscere spiritualia connotative et per ordinem ad res materiales, at vero si ens ut sic cognosceretur per primum actum, cognosceretur utique quidditative, et non connotative, quod implicat.

37 Assumptum probo, quia omnis cognitio quidditativa, cum necessario sit ad similitudinem alterius nequit haberi per primum actum, alias, non esset aliud obiectum cognitum, ad cuius similitudinem cognosceretur, quo circa dicitur in logica in tractatu de Ente rationis, quod ens rationis non efformatur per actum directum, sed per indirectum, reflexum, et connotativum, quia ad instar entis realis efformatur. Ex quo ulterius insurgo contra praeiactam solutionem. Quia si Ens ut sic esset primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, posset utique noster intellectus directe, et quidditative cognoscere spiritualia, unde spiritualia possent attingi a nostro intellectu, in se, et non solum in specie aliena, et connotativa, sed hoc est falsum, ergo implicat quod intellectus noster attingat per primam cognitionem ens ut sic. Sequella probatur quia implicat quod intellectus noster attingat quidditative aliquam rationem superiorem, et quod non attingat etiam quidditative omnes rationes inferiores contentas

sub

sub illa ratione superiori, ut de se constat. proinde cum obiectum specificativum intellectus nostri pro hoc statu sit ens materiale sequeretur proinde quod intellectus extenderetur ultra suam sphaeram.

38

Ex eo autem quod intellectus noster possit per alios actus cognoscere ens ut sic, et etiam spiritualia, cum haec cognitio non sit quidditativa, et directa, sed connotativa, et indirecta, non infertur quod extendatur intellectus ultra suam sphaeram, cum numquam verificetur quod cognoscat noster intellectus spiritualia in se, sed per speciem entis materialis, et ad modum entis materialis.

39

Sed dices quod potius ex hac nostra ratione, et impugnatione sequitur quod intellectus noster pro hoc statu cognoscat quidditative, et directe spiritualia ergo solutio a nobis efformata sustineri nequit. assumptum probas, quia per nos, et iuxta doctrinam traditam non potest cognosci aliquod obiectum quidditative, et directe quin cognosci possint quidditative, et directe omnia praedicata illius obiecti, ergo quando noster intellectus cognoscit quidditative quidditates materiales, v.g. leonem, vel equum, quidditative cognoscere potest omnia praedicata Leonis, vel Equi. tunc sic; sed unum ex praedicatis est ens; ergo noster intellectus cognoscere potest quidditative, et directe, pro hoc statu ens, ac proinde et cognoscere poterit omnia inferiora contenta sub ente, ut superius arguebamus.

40

Sed contra et respondeo rationem a nobis efformatam procedere ex magis ad minus, et de superiori ad inferius affirmative, econtra autem haec replica contra nos disposita procedere ex minus ad magis, et de inferiori ad superius affirmative, unde non convincit, etenim nos arguimus ex eo quod intellectus attingat directe rationem superiorem, qualis est ens, ad inferendum attingere posse necessario omnes rationes inferiores sub ente contentas, quarum una est quidditas spiritualis. Ast replica facta procedit arguendo ex cognitione quidditativa specierum materialium v.g. ut sunt leo, et equus, quae rationes utique sunt inferiores

ad ens, ad cognitionem quidditativam, & directam ipsius entis, quod utique est quid superius.

41 Sed adhuc replicabis ratione: quia si semel est verum quod species materialis, v.g. leo vel equus, est directe, & quidditative cognoscibilis a nostro intellectu pro hoc statu, & proinde talis species materialis est proportionata intellectui nostro, omnia prædicata leonis v.g. erunt necessario proportionata nostro intellectui, & directe cognoscibilia ab ipso. Nunc sic: Sed unum ex prædicatis est ens; ergo ens ut sic, est proportionatum nostro intellectui: ergo etsi prima cognitio debeat necesso esse directam, & quidditativam, Ens ut sic poterit esse primum cognitum a nostro intellectu.

42 Huic replicæ respondent aliqui thomistæ, asserendo, quod ex eo quod species materialis, v.g. Leo, sit proportionata nostro intellectui, & directe cognoscibilis ab ipso, non sequitur quod omnia prædicata, sint similiter proportionata ipsi, sed solum illa quæ per modum gradus obiective perfecte præscindunt ab illa specie. unde cum ens ut sic non præscindat obiective perfecte ab speciebus materialibus, v.g. a leone, sicut neque ab alia quacumque specie, inde oritur quod & si leo, vel quælibet alia species materialis; sit proportionata nostro intellectui, directe que cognoscibilis ab ipso non tamen ex inde concluditur quod ens ut sic sit prædicatum proportionatum nostro intellectui respectu primæ cognitionis.

43 Verum hæc solutio mihi non placet, nam manifeste instatur in conceptu substantiæ quæ est genus supremum prædicamenti substantiæ, etenim substantia ut sic, est unum ex prædicatis essentialibus contentis in qualibet specie substantiali materiali, quandoquidem de omnibus univoce prædicatur, & similiter iste conceptus substantiæ obiective perfecte, per modum gradus superioris præscindit ab speciebus substantialibus materialibus alias non esset genus supremum ad illas, & tamen ex eo quod detur cognitio quidditativa leonis, non sequitur posse dari cognitionem quidditativam substantiæ ut est genus

ut est genus supremum prædicamenti substantiæ, neq. ut sic est prædicatum proportionatum relate ad intellectum respectu primæ cognitionis, ut fatetur M.r Parra, cuius est prædicta solutio, g.o ex eo quod aliquod prædicatum sit superius permodum gradus obiective perfecte præcisi ab inferioribus, non sequitur quod si datur cognitio quidditativa inferioris, in quo continetur illud prædicatum quod debeat dari cognitio quidditativa, & directa illius prædicati.

44

Vlterius ratione suadetur assumptum quia substantia ut sic, quo pacto est genus supremum prædicamenti substantiæ, est quid superius ad materiale & spirituale, quandoquidem in illa duo membra disecatur; g.o si ex eo quod detur cognitio quidditativa, & directa Leonis, v.g. infertur etiam cognitio directa, & quidditativa substantiæ, quæ est genus supremum prædicamenti substantiæ, iam intellectus pro hoc statu cognoscere poterit quidditative, & directe aliquid superius ad materiale & spirituale, quod renuit concedere M.r Parra, dum præiactam solutionem tribuit. & insuper argueretur cognitio directa, & quidditativa pro hoc statu, entitatis spiritualis, ut in se, cum recte arguatur ex cognitione quidditativa prædicati superioris, cognitio etiam directa & quidditativa prædicatorum inferiorum, quę continentur sub illo superiori, directe, & quidditative cognito.

45

Aliter g.o respondendum est replicę factæ. Respondeo g.o quod ex cognitione directa, & quidditativa speciei inferioris solum infertur cognitio directa, & quidditativa prædicatorum quæ sunt in tali specie prout sunt in tali specie, unde solum infertur cognitio directa, & quidditativa inadæquata, prædicatorum, quæ sunt in tali specie contenta: id est solum arguitur quod cognoscatur animal, corpus, & substantia, inadæquate, hoc est quatenus sunt nata convenire Leoni, v.g. non autem infertur cognitio adæquata eorundem prædicatorum. aliunde, ut supra arguebamus, si ex cognitione quidditativa Leonis, v.g. argueretur cognitio directa & quidditativa tum animalis, & corporis, tum, & substantiæ, cum ista prædicata essent proinde quidditative cognita, daretur proinde cognitio quidditativa, & directa prædicatorum

inferiorum, quae continentur sub illis; unde & ducitur cognitio directa substantiarum spiritualium, quae sub substantia continentur.

48 Replicabis ergo saltim ex cognitione directa, & quidditativa Leonis v.g. vel cuiusvis alterius speciei materialis, infertur cognitio quidditativa, & directa, & si inadaequata entis ut sic, consequentia haec videtur deduci & inferri ex doctrina data; Nunc sic, at qui sententia asserens quod primum cognitum a nostro intellectu est ens, ut sic, non intendit quod attingatur adaequate ens ut sic prout abstrahit a materiali, & spirituali, sed solum contendit quod attingatur inadaequate. ergo stare poterit quod primum cognitum a nostro intellectu cognitione confusa sit ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali.

47 Sed contra nam ex cognitione quidditativa & directa, speciei materialis, solum infertur cognitio directa, & quidditativa, inadaequata tamen, praedicatorum, quae directe possunt repraesentari, ab specie qua necessario utitur intellectus pro hoc statu, cum species impressa, qua necessario utitur intellectus pro hoc statu, sit cum dependentia a phantasmatibus, inde oritur, ut necessario primum cognitum debeat esse quid materiale, & cum aliunde, hoc materiale cognitum debeat necessario esse praedicatum imperfectissimum, cum ab universalioribus sit incipiendum; inferimus proinde quod primum cognitum a nostro intellectu, pro hoc statu cognitione confusa debeat esse ens determinate materiale, seu ens concretum quidditati sensibili.

48 Sed adhuc iterum replicabis quod stat quod intellectus noster attingat cognitione directa, & quidditativa, qualis est prima cognitio ens ut sic, prout abstrahit a materiali, & spirituali, quin ex hoc convincatur intellectus fore extrahendum ultra suam sphaeram. ergo hucusque dicta subsistere nequeunt. assumptum suadetur: quia specificativum essentiale intellectus secundum se sumpti, est ens ut sic, prout abstrahit a materiali & spirituali, sed intellectus etiam pro hoc statu, & ut est immersus materiae, non amittit illud, quod ipsi est essentiale secundum se, ergo etiam si pro hoc statu attingat directe, & non connotative

tive ens, ut sic, non exinde convincitur fore extensurum ultra suam sphaeram. maior ex notabilibus supponitur, & min. etiam videtur evidens, nam quia homo secundum se est animal rationale, in quolibet statu hoc ipsum ipsi convenire debet: unde est commune Logicorum problema: quod illud, quod convenit alicui secundum se, semper, & in omni statu ipsi debet convenire. ergo si intellectui secundum se convenit habere pro obiecto specificativo ens ut sic, semper. & in omni statu debet respicere hoc obiectum ut sui specificativum. ergo & si intellectus pro hoc statu sit concretus materiae, non exinde convincitur quod nequeat intellectus attingere pro hoc statu directe, & quidditative ens ut sic. 49

Sed contra

Nam & si verum sit quod intellectus, etiam ut est immersus materiae, conservat specificativum quod ipsi secundum se inspecto, convenit, tamen cum intellectus sit, ut ex accidenti immersus materiae, & corpori, inde oritur, ut pro hoc statu, per accidens, nequeat attingere aliquod obiectum nisi ut concretum quidditati materiali, & sensibili, unde ista propositio * intellectus ut immersus materiae, habet idem obiectum specificativum, ac habet secundum se inspectus * debet explicari. idest. illud conservat, ut pro omni statu illud attingat. nego, ut illud in aliquo statu attingat. concedo. 50

Explicatur

hoc. specificativum potentiae visivae, est lucidum [illegible] Coloratum, ergo quodlibet lucidum coloratum quantumvis excedens, & perfectum, ut Sol v.g. potest attingi a qualibet potentia visiva, quantumvis imperfecta. mala consequentia, & ratio est, quia etsi illa potentia infirma respiciat ut sui specificativum lucidum coloratum ut, sub quo continetur Sol, tamen, ex accidenti. & ex debilitate propria illud particulare obiectum non potest attingere, pariformiter ergo dicimus in praesenti, specificativum intellectus etiam quiest immersus materiae, est ens, ut sic, verum ex accidenti, & quia immersus materiae, aggravatur a materia. unde nequit ad quodlibet partiale obiectum extendi pro hoc statu, sed solum ad illa

partialia obiecta, quæ repræsentari possunt ab speciebus impressis quibus necessario utitur intellectus pro hoc statu, cum quæ species fiant necessario cum dependentia a phantasmatibus inde oritur ut nequeat intellectus attingere pro hoc statu nisi ens determinate materiale, proinde si primum cognitum esset ens ut sic, cum illa prima cognitio sit omnium imperfectissima, & aliunde esset necessario directa quia prima, attingere posset proinde intellectus omnia inferiora contenta sub ente ut sic. cum sit validum argumentum a superiori ad inferius, seu a magis ad minus. proinde inferetur quod intellectus extenderetur ultra specificativum proportionatum pro hoc statu, quod est impossibile.

51 Et instatur in aliis statibus. nam intellectus ut elevatus, (elevatione utique ultima, & perfectissima quæ provenit ex lumine gloriæ) respicit ut primum cognitum ens divinum, scilicet Deum ut est in se; & in statu separationis, quia abstractus & separatus est a corpore, respicit determinate ens abstractum a quidditate materiali, unde ipsa anima separata est primum cognitum ab intellectu abstracto, & separato a corpore. Ergo pariformiter, quia pro hoc statu est intellectus concretus corpori debet unice respicere ens determinate concretum quidditati sensibili. Ergo de primo ad ultimum sequitur quod intellectus nequit pro hoc statu attingere directe, & quidditative ens ut sic, sed solum connotative, & ad instar quidditatis materialis, ac proinde primum cognitum a nostro intellectu pro hoc statu, & cognitione confusa, est ens determinate concretum quidditati sensibili.

DISP. II.

DISPUTATIO SECUNDA. DE PHYSICÆ OBIECTO

QUÆSTIO PRIMA. UTRUM ENS MOBILE SUBSTANTIALE SIT OBIECTUM FORMALE PHYLOSOPHIÆ?

§. 1. Prænotantur nonnulla

1 Ad præsentis dubii intelligentiam recollenda sunt, quæ diximus, & prænotavimus in logica q. 1. proœmiali, dum de obiecto logicæ disserebamus, igitur aliud est obiectum materiale, cuiusvis scientiæ, (sicut & cuiusvis potentiæ, vel habitus,) aliud formale, illud est quod per se primo inspicitur, a scientia, v.g. & cætera ratione istius, unde illud est quod non ratione sui, sed ratione obiecti formalis & attingitur, & inspicitur.

2 Rursus obiectum

formale, aliud est tale ut quod, aliud autem est solum tale ut quo, istud est ultima ratio formalis ultimo formalizans, & determinans obiectum formale quod, illud autem est ratio formalis quae attingitur per se primo ut quod, & si ut formalizatum ab obiecto formali quo quae omnia patent in obiecto visus, respectu cuius corpus dicitur, & est obiectum materiale, color obiectum formale quod seu ratio quae, & lux obiectum formale quo, seu ratio formalis sub qua ultimo formalizans.

8 Igitur praesens dubitatio neque est principaliter circa obiectum materiale Phylosofiae, & si de isto sit aliqualiter disserendum, & praemittendum, neque est circa obiectum formale quo etenim istud constat quod est abstractio a materia singulari, concernendo materiam sensibilem, quia cum Phylosophia sit habitus intellectivus, necessario debet procedere modo intellectivo, scilicet abstrahendo, & denudando materialitatem obiecti, hoc enim est indispensabili in quolibet habitu intellectuali, qui necessario debet respicere obiectum suum, denudatum a materia, etenim materia intellectionem impedit, & retardat.

9 Rursus, abstractio quae pertinet ad obiectum formale quo Phylosophiae, est abstractio a materia singulari, & simul concernit materiam sensibilem, quia etenim aliquod ens inspicitur a Phylosophia, quatenus est mobile, & sensibile est, & sensibus percipitur, agere enim de rebus a sensibus abstractis, pertinet ad Metaphysicum, vel ad matematicum, iuxta diversas harum scientiarum abstractiones. reducitur ergo praecipua huius quaestionis controversia ad dignoscendum obiectum formale quod Phylosophiae.

5 Ad cuius naturam percipiendam oportet aliqualem notitiam obiecti materialis praeformittere. igitur notandum est quod licet in re, seu entitative, & materialiter idem sit substantia mobilis, corpus mobile, & ens mobile, tamen formalissime distinguntur, qualiter formaliter entis distinguitur a substantia, & corpore, & insuper quatenus substantia a corpore secernitur. quo pacto inter has duas ultimas formalitates assignatur praecisio obiectiva cum fundamento in re, substantia enim quid universalius est quam corpus istud enim dicit esse radicem quantitatis corporeae, unde in ordine ad trinam dimensionem definitur.

at vero

at vero substantia abstrahit ab eo quod radicet vel non quantitatem, nam in Angelis non radicat, etsi in alijs rebus quæ corporeæ sunt conjungitur cum alia formalitate scilicet cum corpore, quod quantitatem radicat. Et similiter ens, quod universalius est quam substantia, et quam corpus cum etiam de accidentibus spiritualibus prædicari possit.

Unde

Rursus notandum est, quod corpus mobile pertinet formalissime ad obiectum materiale Physiologiæ. quod expresse docet D. Thomas in hoc proœmio Physicorum, his verbis: * Subiectum Physiologiæ, est ens mobile simpliciter, non dico autem corpus mobile, quia omne mobile esse corpus probatur in hoc libro. nulla autem scientia probat suum obiectum. * in quibus verbis, et nostrum præsuppositum continetur, et rursus rationem ad illud suadendum demonstrat, nam præcipua passio, quam Physica de suo obiecto demonstrat, est motus, motus autem non in ordine ad corpus definitur, sed in ordine ad ens, dum definitur quod sit * actus entis in potentia secundum quod in potentia.* mobile autem esse corpus probatur in 3° libro. dum demonstratur quod mobile debet esse partim in termino a quo et partim in termino ad quem, unde demonstratur constare ex partibus et proinde quod sit corpus, corpus ergo pertinere nequit ad obiectum formale, nam istud est indemonstrabile, non enim datur alia ratio prior illo, ex qua probetur, quod cum alias corpus mobile sit identificatum cum ente mobili infertur proinde quod corpus mobile, pertinet ad obiectum materiale huius scientiæ.

Rursus notandum, et recolendum est maxime illud quod in logica diximus explicando conditiones exactas, ad esse obiectum alicuius scientiæ, quarum præcipua est quod sit radix passionum, quas talis scientia demonstrat, quæ suppositio evidens est, cum principalis finis intentus a qualibet scientia sit cognoscere scientifice suum obiectum. hoc est, demonstrare passiones, seu affectiones sui obiecti, ergo formalissime illud erit obiectum formale quod cuiusvis scientiæ, quod fuerit radix ultima omnium passionum quas talis scientia demonstrat, unde cum præcipua passio, quam Physiologia de suo obiecto demonstrat sit motus illud proinde erit obiectum formale quod Physiologiæ, ad quod ultimo reducatur motus, et in quo motus ipse ultimo radicetur.

8

Procuius luce nota.

quod mobilitas seu motus, quem Phylosofia proprie demonstrat, de suo obiecto, est motus sensibilis, qui proinde sensu percipitur, unde non agit Phylosofus de mutationibus substantiarum separatarum, quas nos Angelos nuncupamus. unde & si Phylosofus agat aliquando de Primo Motore, de quo demonstrat esse immobile, & incorporeum, & similiter, & si Phylosofus disquirat, & tractet de substantijs separatis, idest de Angelis, tamen nec de istis nec de Primo Motore agit per se, sed quatenus sunt motores mobilium corporeorum, de quibus per se agit Phylosophus.

9 Rursus denique notandum est, quod ens mobile est in duplici differentia, nam aliud est ens mobile determinate substantiale, aliud ens mobile determinate abstrahens a substantiali, & accidentali. = Ens Mobile substantiale est illud, cuius motus, sive terminetur ad formam substantialem, sive terminetur ad formam accidentalem, semper tamen determinate radicatur in substantia, ut in principio primo, seu radicali, & ultimo.

10 Ens mobile vero, ut sic, prout abstrahit a substantiali, & accidentali, est illud cuius motus indifferenter ultimo reducitur, ut ad sui principium, vel ad substantiam, vel ad accidens; unde disidium est, adhuc inter Thomistas: utrum ens mobile determinate substantiale sit obiectum formale quod Phylosofiæ,? an autem ens mobile ut sic, prout abstrahit a substantiali, & accidentali. rationem obiecti formalis quod sortiatur?

§. II. Referuntur sententiæ.

11 Prima sententia asserit quod obiectum formale quod Phylosophiæ, est ens naturale determinate substantiale, hanc sententiam tenet bene inspectus M. Ioan. a Sancto Thoma q. 1. Physic. ar. 1. M. Lerma q. 2. proœm. Physic. M. Ortiz tract. 1. confer. 1.

12 Secunda sententia asserit quod obiectum formale quod Phylosofiæ, est ens naturale in communi, prout abstrahit

abstrahit a substantia, & accidenti, seu est ens naturale prout abstrahit à Composito substantiali, & accidentali. Hanc sententiam tenet M. Joan. Martinez de Prado lib. 1. Physic. q. 1. §. 3. & pro hac sententia citat Caietanum Ferrara, Iavelli, & alios Thomistas antiquos, eam tenent plures Moderni Thomistæ.

§. III.
Statuitur conclusio.

13 Sit nostra Cl.º Obiectum formale quod Phylosofiæ, est determinate ens mobile substantiale. = Conabor suadere hanc conclusionem esse de mente Angelici Præceptoris, & Arist. & illam ratione postea stabilire nostrum erit. =

14 Primo suadetur ex Phylosofo. nam fere per totum librum secundum Physicorum assignans principia per quæ distinguitur Physicus a Mathematico, semper enumerat principia substantialia. = unde etiam 7 Metaph. text. 2. ait: * obiectum Phylosofiæ esse substantiam mobilem. * ergo iuxta Arist. videtur quod obiectum formale quod Phylosofiæ, est ens mobile determinate substantiale.

15 Rursum comprobatur nostra Cl.º ex D. Th. qui in prologo ad lib. Physicorum, ait: * De his quæ dependent a materia, non solum secundum esse, sed etiam secundum rationem est scientia naturalis, quæ Physica dicitur, & quia omne quod habet naturam mobile est, consequens est quod ens mobile sit subiectum naturalis Phylosofiæ, naturalis autem Physica de naturalibus est, naturalia autem sunt quorum principium est natura, natura autem est principium motus, & quietis, in eo, in quo est. * Ex qua authoritate ita expresse deducitur Cl.º, quod non solum videatur in prædictis verbis contineri, verum ex ipsis clare deducitur ratio efficaciter conclusionis suasiva, quæ unice reducitur ad sequentem formam.

16 Quia eatenus aliquod ens pertinet ad obiectum Phylosofiæ, quatenus est ens naturale, & eatenus est ens naturale in quantum habet naturam, & constat ex

natura; sed sola substantia est ens naturale, si quidem sola substantia est natura, nam ut dicemus lib. 2. sola materia prima, & forma substantialis, & compositum substantiale constans ex illis habet rationem naturæ, ergo evidens est quod solum ens mobile substantiale est obiectum formale quod Phylosofiæ.

§. IV.

Dilluuntur replicæ ab authoritate.

17) Dices quod Phylosofus 6. Met. tex. 2. ait: * Si igitur non est aliqua diversa substantia, præter naturam continentes, Physica erit prima scientia. * Unde D. Th. ibidem lect. 1. ait: * quod si non est aliqua alia prima substantia præter eas quæ consistunt secundum naturam, & quibus est Physica, Physica erit prima scientia. * Ex quibus verbis sic replicabis; si obiectum quod adæquatum fisicæ esset ens mobile substantiale determinate, conditionalis apposita a Phylosofo, & ab Ang. Mag. non esset vera, sed hoc non est dicendum, ergo obiectum quod adæquatum Physicæ non est ens mobile determinate substantiale, sed ens in communi prout abstrahit a substantiali, & accidentali. Sequella maioris suadetur, nam etsi non essent substantiæ separatæ alia scientia esset, Phylosofia scilicet, scilicet scientia illa quæ respiceret obiectum universalius, quam ens mobile substantiale; ergo si obiectum adæquatum fisicæ esset ens mobile determinate substantiale prædicta inclusa conditionalis non esset vera.

18) Ulterius & ex inde oritur validum argumentum contra nostram conclusionem nam ens mobile ut sic universalissime sumptum, idest quatenus abstrahit a substantia, & accidente, est scibile, sed non ab alia scientia, quam a filosofia naturali, ergo ens mobile ut sic est obiectum filosofiæ naturalis. maior videtur evidens, cum illud obiectum habeat suam quidditatem & ex illo aliquæ veræ passiones fluant, scilicet motus, nam ad formam substantialem, nam ad accidentalem terminatus, nam radicatus ultimo in substantia nam ultimo ad formam accidentalem reducibilis, ergo videtur quod ens mobile ut sic prout abstrahit a mobili substantiali, & accidentali debet esse obiectum adæquatum Physicæ.

Sed contra, et in primis ad Philosophi, et D. Thomae autorit. et promptg. ex 6. Met. tex. 2. Resp.º qd ex praedictis verbis potius convincitur quod obiectum Physicae est determinate ens mobile substantiale, nam ibi asserit Philosophus qd si non essent aliae substantiae praeter eas quae nam continent et quibus est Physica, Physica esset 1a scientia; Atqui sic, ergo tam Arist. quam D. Thomas ibi supponunt, qd Physica est circa substantias nam continentes seu constantes ex natura, sed sola substa. est naa, et constat naa, ergo sola substa. mobilis est obj adequatum physicae. vnd. ergo sequela; etenim si non essent substantiae separatae non solum deficeret obiectum quod scientiae superioris qualis est Metaphysica, sed etiam deficeret obiectum quo seu ratio formalis sub qua, immo implicat unum deficere alio non deficiente, proindeque cum omnes substantiae essent sensibiles obiectum illud quod probtunc, scilicet qd in illa hypotesi remaneret, esset abstractum a mat.a singulari, et concerneret mat. sensibilem proindeque Physica seu filosofia naturalis esset Philosophia 1a,

20

Ad Confirmationem quae subinfert, et format a ratione, resp.º neg.do mai. nam obiectum illud scilicet mobile ut sic, prout abstrahit ab ente mobili substantiali, et accidentali; scibile non est ab aliqua scientia quae primario respiciat utrumque sed a scientia, quae pro obiecto primario respicit ut suum adequatum obiectum ens mobile substantiale, et secundario ens mobile accidentale; = et instto in hoc obiecto, ens prout abstrahit ab ente reali, et rationis non est scibile ab aliquea scientia, nam si scibile ab aliquea inspicerettur per se, esset a Metafisica, sed ab ista scibile non est, ergo dabitur est aliqua ratio superior quae non pertineat ad aliquam scientiam neque primario, seu secundum omnia inadequata obiecta partialia sub illa ratione superiori contenta, prob. min. nam obj formale, adequatum Metafisicae est ens ut sic prout abstrahit ab omni ente reali, scilicet a substa. et accidenti; non autem est ens ut sic prout abstrahit ab ente reali, et rationis

21

ratio est quia ens rationis etiam sub formalissima ratione entis, respicitur secundario a Metafisica, unde non intrat ad constituendum obj quod adequatum Metafisicae, econtra vero accidens nam accidens

non est obj. secundarium Metafisicae, sed primarium, cuius ratio est, quia
formalissime prout accidens consideratur a Metafisica, est ut abstractum ab
omni materia, unde inspicitur accidens ut independens a substantia, seu ins
picitur absque dependentia quam habet accidens a substantia. ens vero ra-
tionis, etiam ut inspicitur a Metafisica, inspicitur ut dependens ab ente
reali, etenim cum ens rationis non dependeat ab ente reali, ut ab illo sus-
tentetur, etenim sic hoc esset, inspicerentur ens rationis a Meta
physica absque dependentia ab ente reali, unde ens rationis dependet ab
ente reali ut ab idea, nam fingitur ad instar entis realis, proindeque
in ipso explicito entis dependet ens rationis ab ente reali, unde
non potest dici quod ens rationis est vere ens, et potest dici de accidenti quod
est vere ens, seu est verum ens, proindeque infertur quod ens rationis pertinet
ad obiectum secundarium Metafisicae, ac proinde ratio illa communis ab-
stracta, ab ente reali, et rationis non est scibilis, neque primario,
ab aliqua scientia, secundum omnia inferiora partialia, quae includit

22 Pariformiter,
ergo discurrendum est de ente mobili, ut sic, prout abstrahit ab ente mobili sub-
stantiali, et accidentali nam mobile accidentale inspicitur a Philosophia
formalissime ut dependet ab ente mobili substantiali unde nequit
adunari cum illo ad constituendum unum obj. quod, forte, et adaequatum philo
sophiae. antecedens probo, nam mobile accidentale inspicitur a Philosophia
ut concernit mag. sensibilem, sed in ista inspicientia, includitur dependentia,
vel ut formalius loquar ista inspicientia est formalis dependentia
mobilis accidentalis a mobili substantiali, unde nequit adunari cum illo
ad constituendum unum obiectum forte quod adaequatum filosofiae.

23 Rursus mobile
accidentale eatenus inspicitur a Philosophia, quatenus est ens naturale
sed esse naturale unice habet a substantia, et ultimo omnis natur
alitas reducitur ad substantiam cum sola substantia sit natura, et constet
natura, ergo ens mobile accidentale formalissime, ut inspicitur a filosofia
inspicitur ut dependens ab ente mobili substantiali; [illegible] nunc sic
sed implicat quod aliquod obiectum inadaequatum et partiale alicuius
scientiae, si est vere, et proprie obiectum formale quod, et primarium ipso
respiciatur ut dependens ab alio obiecto quod partiali et inadaequato.
ergo implicat quod obj. forte quod filosofiae conficiatur ex ente mobili
substantiali, et accidentali, sive sit ens mobile ut sic

Replicabis

Replicabis si ob aliquam rationem ens mobile ut sic praecise abstrahit ab ente mobili substantiali, et accidentali non esset obiectum formale quod Philosophiae max. quia praecise sic illud obiectum sortitur unitatem analogam, sed hoc non obstat ut sit obiectum formale quod Philosophiae; ergo ens mobile ut sic praecise abstrahit ab ente mobili substantiali, et accidentali est obiectum formale quod Philosophiae. mai. videtur certa, et probatur min paritate desumpta ex obiecto Metaphisicae, quod cum sit ens ut sic praecise abstrahit a substantia, et accidente nullam aliam unitatem sortitur, quam analogam. ergo etsi obiectum formale quod Philosophiae sortiatur solum unitatem analogam non poterit obstare ut sit obiectum formale quod Philosophiae. 24

Huic replicae poterat responderi negando min. et ad paritatem concesso antecedente, negando consequentiam. cuius ratio poterat assignari ex eo quod cum Metaphisica sit scientia omnium suprema, quo pacto est etiam sapientia debet habere obiectum universalissimum ac proinde contenta esse debet cum unitate analoga quam suum obiectum sortitur cum implicet universalissimum obiectum aliquam maiorem unitatem sortiri: at vero Philosophia cum sit particularis scientia respicere debet aliquod obiectum non ita universalium sed aliquantulum limitatum ac est obiectum Metaphisicae, ac proinde exigit in suo obiecto unitatem univocam, non quia obiectum est scientiae, sed quia est scientiae particularis. 25

Quae solutio solidari et confirmari potest in obiectis potentiarum etenim quia intellectus, et voluntas sunt potentiae universalissimae exigunt obiectum universalissimum quale est verum, et bonum, ac proinde sufficit eis unitas analoga ex parte sui obiecti; e contra vero quia aliae potentiae, scilicet sensibiles sive internae, sive externae sunt potentiae inferiores exigunt obiectum limitatum unde exigunt ex parte sui obiecti unitatem univocam, non quia unitas analoga nequeat specificare potentiam, sed quia unitas analoga est unitas obiecti universalioris, ac est, vel debet esse obiectum potentiae inferioris. 26

Sic ergo pariformiter discurrimus in habitibus, quorum universaliores exigunt universalius obiectum et particulariores exigunt limitatum obiectum unde cum unitas analoga amplior sit, habeatque sub se plures rationes inferiores adaptatur ad obiectum universalioris habitus e contra vero unitas univoca habet sub se plures 27

rationes unde adaptatur ad obj. inferioris, habitus.

Haec solutio

28 mihi probabilis est, suppo improprio modo loqui, qualis est dicere quod obja potentiarum vel habituum, ss. sunt analoga, sunt univoca, dixi, suppo hoc improprio modo loquendi, nam obja non habent gnus obja ss. unitas analogas, vel univocas, nam obj. quodlibet cuiuslibet potentiae, vel habitus solus est unus numerice unite totius amplectentis collective omnia quae sub illa potentia, vel habitu cadunt, & attingibilia sunt ab illa potentia, vel habitu. ergo

29 Cuius ratio a priori est quia omnis ratio superior analoga, vel univoca sub explicito unitatis superioris praedicatur de omni inferiori contento sub ipsa, unde quia ens est analogum, ad substantias & accidens, & ad omnes alias rationes inferiores cuiuslibet praedicamenti praedicatur de omnibus unde dicitur: Petrus est ens, homo est ens, animal est ens, substantia est ens, & similiter de accidentibus, v.g. quantitas est ens, relatio est ens, quod et contingit in ratione superiori univoca, quae similiter praedicatur de omni inferiori contento sub ipsa, dicitur enim: Petrus est homo, Joannes est homo; at esse specificativum potentiae, vel habitus non praedicatur de omni inferiori contento sub ipso, ad quod extenditur illa potentia, vel habitus exempli gratia, verum est obj. specificativum intellectus, sub vero continetur quodlibet praedicamentum; & omnia in quodlibet contenta, v.g. substantia & homo, & omnia alia intelligibilia, non dicitur nec sic praedicatur: homo est specificativum intellectus & sic de aliis, ergo esse specificativum quod proprie dicitur de vero non dicitur de omni contento sub vero, ergo est quod obj. intellectus qua ratione est obj. intellectus, non dicit neque explicat esse univocum, vel analogum. Etenim esse analogum habet respectu suorum inferiorum logice, & esse specificativum habet in ordine ad potentiam. ergo obj. quodlibet cuiuslibet potentiae vel habitus improprie dicitur sortiri unitatem analogam vel univocam.

§. V.

Ratione suadetur conclusio.

30 Iam ergo venit nostra conclusio ratione suadenda. quia illud est obj. formale quod ad physicam filosofiae, quod per se primo inspicitur a physiologo. Sed ens mobile determinate substantiale, per se primo inspicitur a philosopho, & alia ratione istius, ergo ens mobile determinate substantiale

tantiale est obj forle quod adeq. Philosophie. mai ex notabilibus supponitur, et probatur min. nam omne quod inspicitur a philosopho perse 1°. est illud quod est ens naale, (Physica enim de naalibus agit,) sed esse ens naale perse primo convenit enti mobili substantiali, et alijs ratione istius; ergo ens mobile determinate substantiale est quod per se 1° inspicitur a Philosopho, et alia ratione istius. mai est per se nota, immo illa est unica ratio ob quam ista scientia, scilicet Physica dicitur et est scientia naturalis. probatur ergo min. quia unice est ens naale quod habet naturam ergo esse aliquid ens naale per se primo convenit mobili substantiali, et alijs ratione istius.

31

Rursus illud est obj adeq. alicuius scientie, quod radicat omnes passiones seu proprietates que in illa scientia demonstrantur, sed ens mobile determinate substantiale radicat omnes proprietates, et passiones, que in fisica demonstrantur; ergo ens mobile determinate substantiale est obj forle quod adeq. fisice. cetera patent, et probatur min, nam precipua proprietas seu affectio que fisica demonstrat, est motus sed omnis motus radicatur in ente mobili determinate substantiali, ergo ens mobile determinate substantiale radicat omnes proprietates, et passiones que in fisica demonstrantur. cetera patent. et probatur min. quia motus non solus radicatur in substantia, quatenus accidens est, sed etiam quatenus est naalis quo pacto consideratur a Philosopho, ergo omnis motus qui determinate est naalis, et qui consideratur perse a Philosopho radicatur in ente mobili substantiali.

§. VI. Proponuntur replicae.

32

Dices quod datur aliquis motus naalis qui ultimo nequit reduci in compositum substantiale seu in substantiam, sed in compositum accidentale; sed iuxta rationes superius traditas illud est obiectum forle quod adeq. fisice, quod ultimo radicat omnes motus, et affectiones quas fisica demonstrat, ergo obj forle quod adeq. fisice non est ens mobile determinate substantiale, sed ens mobile ut sic quod abstrahit ab ente mobili substantiali, et accidentali. mai. probatur. nam motus intensionis, et remissionis est motus naalis, qui per se 1° inspicitur et consideratur

a Phylosofia, vt pt in libris de Generat.e S. motus intensionis, & remisionis vltimo radicatur in composito accidentali, g.o datr aliq.s motus naalis, qui vltim. reduci nequit in composity substantiale, vel in substantiam. cætera patent, & pbr min. nq si motus intensionis, vel remissionis vltimo reduceretr ad subt.q vel ad 9posity substantiale, substantia esset intensibilis, & remissibilis; sed hoc est evidentr falsu; g.o est q.o talis motus vltimo non radicatr in subst.a mai pbr nq intensio seu motus intensionis vltimo reducitr ad illud suby quod intenditr, g.o si motus intensionis, & remisionis, vltimo radicaretr in subst.a subst.a eet intensibilis. & remisibilis 2.o

33 &c Confirmatur, & Roboratr idem assumpty. nq motus augmentationis vltimo radicari nequit in composito substantiali, g.o non omnis motus naalis radicatr in subst.a ans suadetr nam motus aumentationis, vel decretionis in illo subiecto radicatr, & vltimo ad illud suby reducitr cui convenit, sed talis motus non convenit subiecto vt substantiali sed vt accidentali, g.o motus augmentationis radicari nequit in composito substantiali. mai. vidtr certa, & min. constat, nq eatenus aliquid augetr, vel diminuitr, qnus est quanty, seu het quantit.; g.o est quia talis motus vnice radicitr, vnice vltimo reducitr ad Composity accidentale cui convenit, 2.o

34 &c Rursus Motus localis radicatur in composito accidentali; g.o nullus motus radicatr in subst.a ans suadetr. nam in eo radicatr motus localis, cui convenit moveri localitr: at moveri localitr soly 9venit 9posito accidentali, g.o motus localis vltimo radicatur in composito accidentali. mai. vidtr certa: implicat enim aliquy passiony radicari in sub.o cui talis passio repugnat. pbr g.o min. nam moveri localitr soly 9petit corpori de predicam.to quantitatis; sed corpus de predicam.to quantitatis est 9posity accidentale, g.o moveri localitr soly convenit composito accidentali. pbr mai. deinde pbari min. nam moveri localitr soly 9venit 9posito henti partes externas in ordine ad locum, etenim in motu locali mobile partim est in tro a quo, & partim in tro ad quem. adquod indispensabili

pensabiliter exigitr extensio partiu in ordine ad locum, quo pacto si esset aliqua subst.ª maalis absq quantit.e seu a quantit.e separata non posset moveri localitr. 35

Iam 2º probr illa min. quia corpus de Prædicam.to quantit.is dicitr seu prædicatr denominative de Corpore de prædicam.to subst.æ, ut dicitr in libris antepredicamentorum, sed dici denominative de aliquo includit de maali seu subiective illud de quo dicitr, et de forli, formam quæ denominative dicitr, ergo Corpus de Prædicamento quantitatis includit pro subiecto maali subst.m et pro formali quantit.m; sed compositum resultans ex substantia, ut ex sub.º et ex quantit.e ut ex forma, est compositum accidentale ergo Corpus de prædicam.to quantitatis est Compositum accidentale.

36 Rursus si aliq motus vel mutatio naalis restaret ut radicaretur in subst.ª esset generatio substantialis, vel Corruptio, sed etto istæ mutationes radicarentur in subst.ª dummodo motus supradicti non radicentr in subst.ª non probr quod ens mobile substantiale sit obiectum formale quod adæquatum filosofiæ, ergo obiectum forle quod adequatum filosofiæ non est ens mobile determinate substantiale.

37 Præter quam quod generatio substantialis nequit radicari in composito substantiali, assumptum probr, nam generatio solum terminatr ad compositum substantiale, ergo non radicatr in illo ans suadetr quia generatio est pro priori ad Compositum substantiale, cum sit fieri illius ergo generatio non radicatr in composito substantiali, sed solum ad illud terminatur.

§. VII.

Dilluuntur

38 Resp.º 1º quod si prædictæ replicæ aliquid probarent esset utiq quod obiectum forle quod adequatum filosofiæ naalis sit ens mobile determinate accidentale, non autem ens mobile ut sic prout abstrahit ab ente mobili substantiali, et accidentali, assumptum suadetr quia ex prædictis replicis habetur quod omnes species motus reducantr ad compositum accidentale, etenim eo movetr aliquod ens naale, localitr quia habet quantit.m, seu

quia qtm ē, & non quomodocumq. sed quia ħet quantitatem extensam in ordine ad locum = & similiter eo movetur motu augmentationis quia ħet quantitatem & eo movetur motu alterationis quia ħet qualitatem, quo praedicti motus, qui unice sunt veri motus, cum motus unice dividatur in tres species motus scilicet in motum localem, augmentationis, & alterationis, ultimo reducuntur ad compositum accidentale, quo si aliquid probarent replicae factae probarent utique quod obiectum forte quod adaequatum philosophiae est ens mobile determinate accidentale quod nullus dixit.

39

Resp.o 2.o quod supradictae replicae, & instantiae, solum probant, quod principium proximum elicitivum praedictorum motuum, est aliquod accidens, cum substantia non sit immediate operativa sed media potentia accidentali ex quo necessario conviniuntur quod praedicti motus ultimo non radicentur in composito substantiali, sicut & eorum principia proxima radicantur in ipso composito substantiali. assumptum suadetur nam praedicti motus catenus considerantur a philosopho, quatenus naturales sunt, sed naturalitatem nequeunt nisi habere participative a natura, etenim quod est tale non a se sed ab alio, exigit quod illud aliud a quo est tale sit per se tale, igitur cum omnes praedicti motus sint naturales non a se, etenim natura est principium radicale motus, infertur inde quod naturalitatem quam habent, habeant illam participatam a natura, unde cum habere naturam solum conveniat substantiae infertur quod omnes praedicti motus quatenus naturales sunt, quo pacto considerantur a philosopho radicantur ultimo in substantia. unde ens mobile substantiale est obiectum forte quod adaequatum philosophiae.

40 Unde ex hac doctrina Resp.o ad 29 replicam de motu intensionis negando assumptum. & ad eius probationem negatur min. & ad eius probationem nego mai. vel illam dist. esset substantia intensibilis radicaliter quatenus in eo radicat naturalitas illius motus transeat mai. esset ipse intensibilis formaliter neg. mai. & applicata hac dist.e ad min. neg. cons. & ad probationem quam solvit solutioni obstare potest. Resp.o negando suppositum antis nam subiectum non est quod intenditur sed forma, seu qualitas quae est in sub.o & insuper motus ille intensionis non reducitur ultimo ad subiectum etiam ut affectum forma, quae intenditur sed reducitur ad subiectum a quo ħet motus ille naturalitatem unde cum naturalitatem ħeat a composito substantiali etenim ideo talis motus est naturalis quia radicatur in natura sub.i illius, seu quia talis motus est conformis naturae illius subiecti unde numquam suaderi potest quod aliquis motus ultimo reducatur ad compositum accidentale.

Pro

Procinius maiori explicatione notandus venit quod intensio, et potest considerari in esse entis, et potest considerari prout est motus naturalis. Si ergo intensio, vel intensibilitas consideratur in esse entis sic solus est quaedam proprietas connexa cum qualitate et repugnans substantiae quae connexio stricte demonstratur a Metaphysica, si vero intensio vel intensibilitas consideretur ut est naturalis motus ut opponitur violento, vel supernaturali, sic unice radicatur in substantia naturalis affectio nequit demonstrari assumendo pro medio qualitatem sed substantiam, cui talis motus est conformis, et ad quam subsequitur. 91

Similiter respondeo ad confirmationem de motu ex motu augmentationis, negando antecedens cuius probationem etiam nego antecedens, et ad eius probationem distinguo antecedens, ceterum aliquid ob augetur, vel diminuitur prout est quantum, seu habet quantitatem sub prout dicente formam quae augetur vel diminuitur transeat antecedens, sub prout dicente rationem cur ille motus est naturalis nego antecedens et consequentiam. aliud enim est quod illud quod augetur sit compositum accidentale, nempe substantia affecta quantitate aliud est quod motus augmentationis vel diminutionis sortiatur suam naturalitatem sicque consideratur a Physiologo, a composito accidentali, illud enim est verum, et illud falsum, cum naturalitatem solum possint licere participatam anima. quae unice est substantia. 92

Ad 3 confirmationem de motu locali similiter respondeo negando antecedens, et ad probationem distinguo maiorem in eo subiecto radicatur motus, cui convenit moveri localiter, cui convenit moveri proxime nego maiorem, cui convenit moveri radicaliter, subdistinguo. si lux radicaliter explicet principium ratione cuius talis motus est naturalis concedo maiorem. aliter nego maiorem. et distinguo minorem. est moveri localiter convenit composito accidentali proxime concedo minorem. radicaliter nego minorem. et consequentiam, cui solutioni non obstat probatio ibi apposita, concedimus enim quod moveri localiter convenit composito accidentali seu moveri localiter convenit proxime corpori dependicato quantitati, quod stricte est compositum accidentale, at vero mobilitas radicalis convenit corpori depraedicamentali substantiae etenim illud corpus cum sit natura, dat et communicat naturalitatem motui locali. unde si ultimo talis motus localis non reduceretur in compositum substantiale, non esset naturalis unde per se non pertineret ad Physiologum. 93

Ad ultimum confirmationem de mutationi substantiali qualis est generatio respondeo quod non solum ista mutatio ultimo reducitur in substantiam sed etiam alii motus unde in adest locus sterni mobile determinate substantiale sit obiectum forte quod ad Physiologum et ad probationem prout ostendit quod praedicta mutatio nequit reduci in compositum substantiale 94

cu talis mutatio sit prior illo Resp. 2° qd saltim mutatio substantialis generativa radicatr in maa 1a, & ad illam ultimo reducitr cu sit valde gformis maa &c. quia et non satiata fia, exigit plures generationes et per ipsas perficiatr. = Resp. 3°. qd etiā ipsa generatio, & si sit fieri compositi substantialis ultimo in illo recipitr cu nullu accidens recipi possit in maa 1a, ex gbabilioz thomistarū ssā unde etiā ad illud ultimo reducitr & inde ens mobile determinate substantiale est obm forale qd adeqm philosophiæ.

§. VIII.

Proponuntr aliæ replicæ.

95 Sed adhuc replicabis si ens mobile determinate substantiale esset obm forale quod adeqm filosofiæ substa mobilis, vel ens mobile substantiale poneretr in definitione præcipuæ & principalioris passionis demonstrabilis a filosofia, sed ita non accidit; ergo est quia ens mobile determinate substantiale non est obm forale quod adeqm filosofiæ. sequentia infertur, & præmissæ videntr certæ, & in primis maior videtr evidens quia cu passio seu gprietas alicuius habeat suu esse a subo cuius est pasio & a quo dimanat, dependet apriori ab illo, unde & definiri debet in ordine ad illud. ergo vera est mai. deinde min etiā est constans, quia motus est præcipua & principalis pasio demonstrabilis a filosofia, sed in definitione motus non ponitr substa mobilis vel ens mobile determinate substantiale sed ens, abstrahendo simpliciter seu non determinando utrum sit substantiale vel accidentale, ergo est quia in definitione præcipuæ & principalioris passionis seu gprietatis demonstrabilis a filosofia non ponitr determinate substa mobilis, vel ens mobile determinate substantiale.

96 Ulterius illud e subm adeqm alicuius scientiæ cui attribuuntr omnes passiones quas illa scientia demonstrat, sed substa mobilis, seu ens mobile determinate substantiale non est subm, cui oēs mobilitates quas fisica demonstrat attribuuntr ergo est q. ens mobile determinate substantiale, seu substa mobilis non ē obm forale quod adeqm fisicæ. sequentia patent, & gbr. min quia descensus v.g. qui reperitr in speciebus sacramentalibus est motus naalis, qui proinde consideratr a filosofo, sed talis motus specierū ad suu naalē locū attribui nequit substæ mobili cu ut de fide constat ibi non detr substa ergo nequit talis motus

motus attribui substantiæ mobili acquirendæ substantiæ mobilis saeculis mobile determinate substantiale non est subiectum cui attribuuntur omnes motus quos fisica demonstrat.

47

Rursus confirmatur quia intensio conveniens calori existenti in aqua est quidem motus naturalis sed talis motus radicari nequit in substantia ergo non omnis motus naturalis radicatur in substantia cetera patent, et probatur min. quia talis motus est violentus substantiæ aquæ sed ibi non adest alia substantia cui attribui possit talis motus ergo implicat quod radicetur in substantia restat ergo quod ultimo reducatur in ipsius calorem qui naturaliter exigit suæ perfectionem, et conservationem.

§. IX.

Soluuntur.

48

Resp. ad 1um replicam sumptam ex ratione quod in definitione motus qui utique definitur ex eo quod sit: actus entis in potentia, quia entis non ibi sumitur pro ente communiter sumpto sed sumitur pro ente quod determinate explicat quidditatem mobilis, quidditas autem mobilis solum supponit pro substantia unde in definitione motus qui utique est prima, et præcipua passio subiecti filosofiæ sufficienter explicatur substantia mobilis, licet sub explicito substantiæ mobilis, tamen sub explicito entis mobilis, mobilitate utique naturali unde ex parte actus significatæ unice convenit substantiæ mobili cum quidditas mobilis revera sit substantia et non ens prout abstrahit a substantia et accidenti, quia ut sæpius diximus, motus qui inspicitur a filosofo est motus naturalis, et naturaliter omnes participat analoga, quæ unice convenit substantiæ, seu enti mobili substantiali unde ad 2um arg. neg. min. vel clarit. gratia, ergo dist. in definitione motus non ponitur substantia mobilis sub nomine substantiæ. conc. min. sub expresso quidditatis mobilis, neg. min. et cog. quæ solutio non infringitur ex ibi dictis.

49

Ad 1am confirmationem desumptam ex motu ad suum naturalem locum, qui convenit speciebus sacramentalibus resp. motum illum radicari in substantia appropriative, hoc est radicatur in eo quod ibi gerit munus substantiæ unde naturalitati accidentium non obstat quod omnia accidentia inhæreant quantitati, quia ista gerit munus substantiæ ita similiter motui illi non obest ut naturalis evadat quod reducatur ad quantitatem quæ est substitutum substantiæ miraculose.

50 Ad ultimum dicendum ex calore in aqua existente Resp.º motus illius radicari in Subst.ª aquæ, non adæquate sumpta, sed inadæquate, ratione scilicet materiæ primæ, cui naturalis est inclinatio ad aliquam formam substantialem quamvis nempe illa quæ de facto habet, non satiat inclinationem materiæ, ac proinde habet exigentiam ad dispositiones aliarum formarum, ac proinde intensio illa caloris informis est materiæ [illegible], et hoc modo intensio illa, dicitur, et est naturalis, naturaliter fisica. = Verum nota quod etsi calor ille, ex eo quod qualitas sit, sit ex se intensibilis, tamen hoc reducitur ad eius quidditatem metafisicam, unde quod intensio reducatur in calorem, eo quia calor qualitas est, est demonstratio metafisica = quod autem sit motus naturalis hoc pertinet ad filosofum quia nempe conformis composito substantiali saltim inadæquate sumpto et ratione materiæ [illegible], et hæc demonstratio est filosofica. unde de primo ad ultimum videtur convinci quod omnis motus et mutatio fisica naturalis ultimo radicatur in ente mobili substantiali, ac per consequens mobile substantiale, est obiectum formale quod adæquatum filosofiæ. =

QVÆSTIO SECVNDA.

Utrum PHYLOSOPHIA NATVRALIS SIT SCIENTA VNIVS ATHOMÆ SPECIEI?

§. I.

Præmittuntur nonnulla.

51 Supponit titulus Phylosophiam esse stricte, et rigorose scientiam, quod probatur ex eo quod scientia est illa quæ habetur per demonstrationem, unde cognitio scientifica attingit rem per causam, et quod illius est causa, et quod aliter se habere non potest. Sed Phylosophia naturalis hoc modo procedit, ergo Phylosophia naturalis est stricte et rigorose scientia, probatur minor nam Phylosophia agit de motu, et de mobilitate non quamvis sunt corruptibiles et in hoc v.g. determinato subiecto sed quamvis sunt incorruptibiles, unde agit de motu, et mobilitate per modum veritatis necessariæ demonstrando nempe diversas mobilitates naturales per suas causas, et proinde, ergo filosofia naturalis procedit demonstrando rem per causam, et quod illius est causa, et quod aliter se habere non potest. antecedens constat, nam Phylosophia cum abstrahat a materia singulari non

non considerat singularia quatenus talia, & corruptibilia sunt, sed agit de motu in communi praescindendo a singularibus; ergo Philosophia non agit de corruptibilibus sed de necessarijs demonstrando num. diversas mobilitates naturales. 52

Rursus supponimus ex dictis in Logica q. 3. prooem. quod unitas specifica scientiarum non mensuratur unice penes abstractionem a materia, neque ista est ibi ut diximus illa quae dat & arguit unit. generica, sumitur ergo unitas specifica scientiarum ab abstract. quatenus etiam connotat eundem modum procedendi, & probandi conclusiones ex principijs, quod expresse docet Ang. M. ex Philos. 1. post. lect. 41. ubi loquebatur verba: * & sic patet quod unitas generis scibilis in quantum est scibile ex qua accipiebatur unitas scientiae, & unitas principiorum secundum quae accipiebatur scientiae diversitas sibi mutuo correspondet.* quod ipse docet lib. 1. de anim. lect. 2. ubi sic ait:* unde diversae definitiones rerum diversa principia sciendi demonstrat.* restat ergo quod unitas specifica scienciarum sumatur ab abstract. non ut cumque sed quatenus connotat principia ex quibus procedit scientia. 53

Rursus denique notandum est quod quod in praesenti inquiritur utrum Philosophia sit unius atomae speciei loquitur de Philosophia, quatenus ut in prooemio diximus, continet & comprehendit tractatus praesentes circa octo libros Physicorum, & tract. de Caelo & mundo, & libros de ortu & interitu, seu de generat. & corrupt. & denique libros de anima. omnia enim ista continentur sub ente mobili substantiali, quatenus tali, vel tali modo movetur. unde libris 8. librorum Physicorum disquiritur de motu in communi, & in libris de Caelo est sermo de ente mobili quatenus motu locali movetur, & in libris de generat. quatenus motu alterationis movetur, & denique in libris de anima disquiritur de eodem ente mobili quatenus motu animato augmentationis movetur. 54

His praelibatis, Prima sententia asserit Philosophiam naturalem quatenus ad praedictos tractatus se extendit non esse unius atomae speciei indivisibilis, sed esse unam unitate generica, seu unitate specifica subalterna, ulterius proinde divisibilem in alias species infimas. Hanc sententiam tenet Caietanus 1. poster. cap. 22 = Ferrara, 2. Physic. q. 2. Soncin. lib. 6. Meth. q. 8. M. Ortiz in logica. tract. 2. disp. 3. § 5. M. Ioan. Martinez

Ferrado 1. Physic. q. 2. §. 3.

55 Secunda sᵗᵃ asserit Philosophiam prout ad omnes prædictos tract. se extendit esse unius athomæ speciei, indivisibilis, pariunt in alias species. hanc sᵗᵃᵐ tenent PP. Complut. 1. Physic. disp. 1. q. 2. Illust. Araujo lib. 1 Methaph. q. 5. ar. 3. = Mag. Ioan. a Sᵗᵒ Thom. in q. 1. proœm. Physic. ar. 2. Barra. disp. 1. Proœm. Physic. dub. 3. M. Lerma. q. 1. Proœm. Physic. n. 5.

§. II.
Statuitur conclusio.

56 Sit hæc 2ᵃ sᵗᵃ, nra Clᵒ. unde asserimus Philosophiam prout ad omnes tractatus se extendit esse unius athomæ speciei. Probatur hæc Clᵒ ratione apriori quia unitas specifica scientiarum sumitur ab unitate objecti in esse objecti, seu in esse scibilis, sed obiectum Philosophiæ prout Philosophia ad octo libros Physicorum, ad tractatum de Cœlo & mundo, tum ad libros de Ortu & interitu, et tum ad libros de anima se extendit, est unum unitate obiecti, seu in esse scibilis, ergo Philosophia prout ad prædictos tract. se extendit est unius athomæ speciei. Cætera patent & probatur min. nam unitas obiecti in esse talis, mensurat, & sumitur ab abstract. a materia, prout ita connotat principia ex quibus scientia procedit, sed obiectum Philosophiæ, scilicet ens mobile substantiale, prout in prædictis tractatibus contemplatur cadit sub eadem abstractione a materia, prout nempe ita connotat principiis universalissimis Philosophiæ, etenim in quolibet tractatu utitur Philosophia eisdem principiis, ergo obiectum Philosophiæ illud ens mobile substantiale prout ad prædictos tract. se extendit est

57 unius athomæ speciei. = Cætera patent, & probatur min. quia omnia obiecta materialia, seu omnia mobilia substantialia, quæ considerantur a Philosophia, in prædictis tractatibus eatenus considerantur prout abstrahunt a materia singulari & prout concernunt materiam sensibilem, & deinde omnia principia demonstrationum in quolibet tractatu, & materia procedunt a natura, vel de omni motu sive in commune sive determinate, nempe, sive de motu locali, sive de motu alterationis, sive de motu augmentationis eodem modo probatur quod sit naturalis, & eodem modo probatur de quolibet motu quod necessario versatur inter duos terminos scilicet inter terminum a quo, & terminum ad quem, unde si Philosophus agit de anima, agit de illa, non ut separata

separata, p.° ut concernit materiam sensibilem, ergo objectum Philosophiae quoniam ad omnes propositos tractatus se extendit et habet eundem abstractionis a materia, et in suis procedit demonstrando ex eisdem principiis, ac per consequens est unum unitate specifica infima et athoma.

58.

Recursus confirmatur: eadem scientia specifice athoma quae agit de ratione communi et generica agit de speciebus quae sub tali ratione communi continentur, ergo ad eandem scientiam quae agit de motu seu de mobilitate naturali in communi expectat agere de aliis speciebus mobilitatis, quae sub mobilitate naturali in communi continentur: Nunc sic, s.° Philosophia per 8 libros Physicorum agit de mobilitate naturali in communi, et per alios tractatus agit de speciebus mobilitatis particularis, ergo est una et indivisibilis scientia, prout ad omnes suas partes se extendit. Ly antecedens constat, tum ex eo quod Arist. lib. 1. Physic. cap. 1. tex 1. asserit quod ab universalioribus est incipiendum, tum a ratione constat quia cum omnis scientia procedat necessario scientifice, et demonstrative si solum ageret de ratione communi, et generica, et deinde ulterius non disquireret de speciebus sub ipsa ratione communi et generica contentis non procederet ad perfecte demonstrative, cum ignoraret species quae sub illa ratione communi, et generica continentur, unde videmus quod in eodem tractatu in quo disserit Arist. de animalibus in communi, descendit ad species animalium in particulari.

59

Ulterius quia si ad eandem scientiam ad quam expectat agere de ratione communi generica, non expectaret agere de ~~ratione communi generica~~ speciebus sub ipsa contentis ~~non~~ non solum discederet Philosophia in 4 species ut asserit sententia contraria. s.° in alias plures ergo est quod ad eandem scientiam ad quam expectat tractatus de ratione communi expectat tractatus de rationibus particularibus sub ipsa contentis, assumptum suadetur. quia etiam in libris de generatione v.g. prius est sermo de generatione in communi, quam de generationibus in particulari et de alteratione in communi, quam de alterationibus in particulari, et similiter in libris de Anima prius est sermo de anima in communi, quam de ipsa in particulari, scilicet quam de vegetativa, sensitiva, et rationali; ergo etiam isti tractatus discederent in plures species quod nullus dixit. ergo est quia ad eandem scientiam ad quam pertinet tractatus de ratione communi et generica, expectat tractare de speciebus particularibus sub tali ratione communi contentis unde recta methodus et ordo doctrinae exposcit ut ab universalioribus ad minus universalia procedatur. idest a notioribus nobis ad notiora simpliciter, fiat transitus in cognitione scientifica.

§. III.

Dilluuntur replicæ

60 Replicabis quod in libris de Cælo, et in libris de anima reperiuntur diversa principia ad demonstrationes efficiendas ac reperitur in libris Physicorum, ergo si ut fatetur omnia ratio unitas specifica scientiarum, praeter unitatem in abstractione exigit unitatem principiorum Philosophia quum ad omnes suos tractatus se extendit non erit scientia unius athomae speciei, antecedens suadetur quia definitiones quae conficiuntur in libris de Cælo et in libris de anima, sunt abstractiores, et immateriaiores sed hoc stare nequit quin in praedictis libris de Cælo et Anima reperiantur diversa principia, ad suas definitiones conficiendas, ergo in praedictis tractatibus praeter maiorem abstractionem amaa reperiuntur diversa principia. ergo

61 Sed contra, nam diversitas quae reperitur in libris de Cælo et anima, relate ad libros Physicorum, et de generatione siquae diversitas reperitur, est pure materialis, et nequaquam formalis, unde refundere nequit diversitatem specificam in habitu. assumptum suadetur. nam in libris de anima, et in libris de Cælo demonstrationes quae efficiuntur sunt per ordinem ad magnitudinem sensibilem, et abstrahendo a materia singulari. et rursus demonstrando quod motus Cælorum et animatorum, est materialis, quia conformes sunt illis naturis, unde sunt christi exigentiae principii intrinseci, - et rursus demonstratur quod praedicti motus sunt inter 2. terminos, a quo scilicet, et ad quem; ergo nulla formalis diversitas reperitur in praedictis tractatibus, relate ad libros fisicorum, et ad libros de ortu, et interitu,

62 Quod et instatur in Metafisica, nam aliter definitur substantia ac definitur accidens, et rursus aliter definitur Deus ut est primus motor et 1a. causa, ac definitur substantia vel accidens, et tamen illa diversitas sufficiens non est ut ex illa arguatur diversitas specifica, in habitu Metafisicae, quidquid in contrarium sentiat contra communem dicendi modum M. RR. et SS. P. M. Rafael de Aversa. ergo similiter et si diversitas, quae reperitur in praedictis tractatibus, siquae reperitur, sufficiens non erit ut ex illa arguatur aliqua distinctio specifica in habitu. consequentia, est nota nam ideo praedicta diffinitionum diversitas sufficiens non est ut ex illa arguatur aliqua distinctio specifica, in habitu Methafisicae, quia maior vel minor immaterialitas quae reperitur tum in Deo relate ad creaturas, tum aliquibus creaturis relate ad alias creationes, est pure materialis et non formalis, cum de omnibus aequaliter demonstret

Metafisica

Metaphysica suas passiones, sc. veritas, bonitas & unitas quae entia sunt, ideo, 2° probatur quod similiter Physiologia eodem modo probat, & suadet naturalitas motus relate ad Caelum, quoque relate ad animatum, vel relate ad aliud mobile. cum praedictum naturalitas motus probet Physiologia in omnibus ex eo quia motus sunt & naturalis mobilium, & si in aliquo mobili prae alio reperiatur magis de actualitate & omnis sit alio actualis, unde exinde non potest provenire distinctio specifica relate ad libros Physiologiae cum omnia mobilia & omnes mobilitates considerent prout abstrahunt a materia singulari, & concernunt materiam sensibilem. 63

Rursum replicabis, & dices quod praedicta diversitas quae reperitur in libris de Caelo, & ortu, & interitu, & de anima, relate ad libros Physicorum non solum est diversitas materialis, sed etiam est diversitas formalis, ergo solutio nulla est. Assumptum suadetur 1° ex Ang. M. 1. Post. lect. 41. ubi loquendo de genere scibilium, seu de obiectis scientiarum sic ait: *aliud genus scibilium est Corpus naturale, & Corpus Mathematicum, & utrumque horum generum distinguitur in diversas species scibilium secundum diversos modos & rationes cognoscibilitatis.* ergo obiectum Physiologiae quod scilicet est corpus naturale, dividitur in diversas species scibilium, ergo Physiologia prout ad omnes praedictos tractatus se extendit non est unius atomorum speciei ac proinde diversitas quae reperitur in praedictis mobilibus non est solum diversitas materialis, sed valde formalis. &c. 64

Suadetur 2° idem assumptum. paritate desumpta ex obiecto Matematicarum. quia Arismetica. & Geometria differunt inter se in specie, & si utraque consideret quantitatem ut abstrahentem a materia sensibili, & ut concernentem materiam singularem. solum quia una determinate versatur circa quantitatem continuam, & altera circa quantitatem discretam. ergo similiter Physiologiae tractatus & partes diversificari debent in specie, & si respectu omnium sit una, & eadem abstractio a materia singulari, & concernentia, ad materiam sensibilem. &c. 65

Sed 2° hanc replicam insurgo negando assumptum. & ad 1m probationem assumpti ex authoritate Ang. M. Resp. Angelicum M. numquam dixisse quod ens mobile substantiale, seu quod obiectum filosofiae distinguitur in diversas species scibilium, sed solum dixit hoc de corpore naturali, ex quo nihil concluditur contra nostram solutionem & si corpus naturale, & ens mobile in re & in supponendo aliquid accipiantur eodem, tamen sub hoc nomine * corpus naturale * adest sufficiens fundamentum ut quando dixit D. Th. quod corpus naturale dividitur in diversas species

39 Rursus constat hæc suppositio ex eo q^a Anima raonalis, que x^a fide est vera corporis fra, realitr distinguitr a maa 1a, unde similitr maa 1a realitr distingui debet aqualibet alia frâ substantiali. ans stat, alias 1. anima raonalg esset corporea, vel corpus esset spirituale, quory utryq est falsy. unde questio presens non est utry maa 1a secundy se inspecta includat aliquy acty forlg. seu includat frg substantialg.

40 Similitr suppy est 2° questiony presentg non esse circa actum existentialem, utry nempe maa 1a identificet secy, vel non, sug existg hocenim specialg ingerit difficultatg. alibi enim hoc dubiy examinabimus, & constabit mag 1g scdm se non habere propriag existg sed solg existere p existg frê.

41 Ig^r presens difficultas est circa actualitg metaphisicg, seu circa grady illy differentialg, quos acty metaphysicy vocant, utry nempe maa 1a secundy se inspecta, & nullo attento ordine ad frg, isty acty metaphysicy includat? = seu qd idy est: utry maa 1a in sui conceptu, & scdm se inspecta, includat verg cpositg methaphysicg, ex genere, & differ°

differentia. ita ut non solum ex parte modi concipiendi, sed etiam ex parte obiecti, seu ex parte rei conceptæ, correspondeat aliquis gradus obiectivus differentialis, cum fundamento in re distinctus a conceptu obiectivo generico?

§. II. Referuntur sententiæ. 92

Prima sententia est affirmativa. hanc sequuntur quotquot asserunt materiam primam ex se habere aliquam existentiam, & in super ex thomistis, aliqui, qui cum Angelico M. acriter pugnant materiam primam ex se nullam habere existentiam quamlibet partialem, contendunt etiam materiam primam secundum se, & in suo conceptu includere actum essentialem metaphysicum, per quem in suo essentiali contineatur, & a forma substantiali, immo & a quolibet alio ente distinguatur. hanc sententiam tenet M. Ortiz lib. 1 Physic. cap. 5. M. Serna. lib. 1. Physic. q. 5. art. 4. & alij 93

Secunda sententia est extreme opposita, negativa scilicet, unde asserit hæc sententia quod materia prima secundum se inspecta, nullum actum metaphysicum dicit. hanc sententiam tenet M. Soto, q. 6. in fine, ar. 1. dub. 2. & dub. 6. Patres Complutenses, disp. 3. q. 2. M. Prado lib. 1. q. 6. §. 3. M. Parra, lib. 1. Physic. disp. 3. dub. 2. §. 1. SS. M. Aquinas lib. 1. Physic. disp. 9. sect. 1. & alij

§. III. Statuitur conclusio 94

Sit conclusio: Materia prima secundum se considerata, & secundum sua prædicata intrinseca inspecta, non includit actum Metaphysicum = Probatur conclusio iudicio esse expresse Philosophi, & D. Thomæ qui toto hoc lib. 1. Physic. loquendo de materia prima, semper eam ut quid omnino potentiale explicant, = & probatur 1º conclusio discursu subillato ex Philosopho, & ex D. Th. tex. 68. & sic efformo rationem. 95

Si materia prima secundum se inspecta, & unice inspectis suis prædicatis intrinsecis includeret aliquem actum metaphysicum, materia prima sic inspecta, & nullo ordine attento ad formam esset scibilis; sed materia prima suis prædicatis intrinsecis inspectis, & secluso ordine ad formam, scibilis non est; ergo materia prima secundum se inspecta, & unice suis prædicatis intrinsecis inspectis & secluso ordine ad formam nullum includit actum metaphysicum. Minor est expressa Aristotelis in hoc lib. 1. cap. 7. tex. 69 ubi ait * subiecta autem natura scibilis est

sm̄ analogiā. * quę vba exponens D. Th. ibidē lect. 13 ait: * dicit qd naā quę sc̄o subijcitr mutationi, non potest sciri per se ipsā, cū omne qd cognoscitr cognoscatr p suā frā, maa autē sa csiderātr subiecta oi frē; sed scitr sm̄ analogiā, idest sm̄ pportionē. = eadē min. constat ex Arist. 8. Methaph. & ex D. Th. ibidē lect. 2. littera. F. vbi ait: * materia vero non potest intelligi sine intellectu frē, cū non apprehendatr nisi vt ens in pōa ad frā. * ḡo mda sa. sm̄ sua pdicata intrinseca considerata scibilis non est.

4c — Probatr ḡo principalis maior. q̄a si maa sa secundū se, & suis pdicatis intrinsecis inspectis includeret actū Metafisicū actualitas ista metaphysica seccitr conceptū, esset conceptū differentialis respū alicuius gradus generici quē incomplete maē sē includeretr; s: eo ipso maa sa esset scibilis sm̄ se & solū attentis suis pdicatis intrinsecis, secluso etiā quocūque ordine ad frā, ḡo maa sa sm̄, & suis pdicatis intrinsecis inspectis non includit aliquē actū Metaphysicū. mai constat, omnis enim actualitas metaphysica eo est talis quia determinativa est, & contractiva alicuius gradus generici. & pbr. ḡo min. q̄a si maa sa sm̄ se, & suis pdicatis intrinsecis inspectis includit & gradū genericū, & gradū differentialē, maa sa sm̄ se & suis pdicatis intrinsecis inspectis est diffinibilis, difinitio enim vnice constat ex genere & differa. s: qd sm̄ se est difinibile, est etiā scibile sm̄ se, cū definitio sit vnus ex modis sciendi, ḡ si maa sa sm̄ se, & suis pdicatis intrinsecis inspectis includit & gradū genericū, & gradū differentialē maa sa sm̄ sua pdicata intrinseca, & nullo inspecto ordine ad frā erit scibilis; at vt vidimꝰ ex D. Th. & ex Philosofo maa sa non est scibilis per se, & secluso ordine ad frā; ḡo. dm̄ est qd maa sa sm̄ se & suis pdicatis intrinsecis inspectis non includit actū metaphysicū.

9) — Rursus confirmatr ratio. q̄a si maa sa sm̄ se, & suis pdicatis intrinsecis inspectis, & secluso ordine ad frā, (in hoc sensu loquimur de maa ore eadē toties repetamus) includeret aliquē actū metaphysicum maa. sa sm̄ se, esset cstituta in aliqā specie positiva, s: maa sm̄ se, non hēt spēm positivā, ḡo maa sa sm̄ se, nullū includit actū metaphysicū. min. est expressa D. Th. pluribꝰ in locis

pręsertim

præsertim 5. Met. lect. 4. ubi explicans definitionem Elementorum secundum quod differunt a materia prima, ait: * quartum est quod habeat aliquam speciem, quod non dividatur in diversas species, per quod differt elementum a materia prima, quæ nullam speciem habet. *

48

Rursus hæc eadem min. constat, quia si materia prima secundum se haberet aliquam speciem positivam ex materia prima, et ex forma substantiali non resultaret compositum constitutum in unica indivisibili specie. ex duplici enim specie positiva ut ex homine v.g. et ex equo, vel ex substantia, et accidente nequit resultare una species positiva, quæ per se sit talis, sed ad summum per accidens. unde constitutum ex substantia et accidente pertinet ad unam speciem per se, et ad aliam, vel alias per accidens. ut patet in homine albo, qui ut homo est pertinet ad substantiam et habet speciem per se, et ut albus pertinet ad prædicamentum qualitatis, sed ex materia prima, et ex forma substantiali constituitur una species per se, ergo est quod materia prima secundum se nullam habet speciem positivam.

49

Probatur ergo maior principalis syllogismi, seu sequella illa, nam omnis actualitas metafisica, seu omnis differentia metafisica, eo quia contractiva generis, constituit ipsum intra aliquam speciem positivam, seu in aliqua determinata specie positiva, ergo si materia prima secundum se, haberet actualitatem metaphisicam, esset constituta intra aliquam speciem positivam.

50

Rursus roboratur nostra ratio, quia si materia prima secundum se, includeret actum metaphisicum necessario pro fundamento diceret aliquam actualitatem phisicam, seu entitativam, sed materia prima secundum se nullum actum fisicum includit, præsertim in sententia Thomistarum, contrarium nostræ conclusionis affirmantium, ergo materia prima secundum se, non includit aliquem actum metaphisicum, sequella maioris probatur quia universim omnis gradus genericus supponit pro fundamento, aliquam qualitatem phisicam, quam vocant materiam metaphisicam, et et omnis gradus differentialis, qui utique est actus metaphisicus supponere debet aliquam actualitatem phisicam, quo pacto communiter dicitur quod genus sumitur a materia, et differentia a forma. ergo si materia prima includeret aliquem actum metafisicum necessario supponeret pro fundamento aliquam actualitatem fisicam.

§. IV. Proponuntur replicæ

51 Replicabis contra nostram solutionem & praecipue contra fundamentum quo ipsam munivimus. nam materia prima habet definitionem & effatum nos eam definivimus, ergo perperam inferimus materiam primam non esse scibilem, neque includere actum metaphysicum.

52 Rursus replicabis 2°. nam forma substantialis, quae est alterum principium entis naturalis, & quae est alterum membrum in quod dividitur substantia, ut sic, includit gradum genericum, unde in se compositionem metaphysicam dicit, ergo similiter materia prima includere debet gradum differentialem, ex quo & gradu generico habeat compositionem metaphysicam.

53 Rursus 3° quia materia prima, se ipsa, & omni alio secluso differt, & distinguitur a quocumque alio, sed illud per quod una res ab alia secernitur, & distinguitur, dicitur, & est actus metaphysicus, ergo materia prima includit necessario aliquem actum metaphysicum.

54 Rursus 4°. quia materia prima eo quod aliquid creatum est, est proinde necessario aliquid participatum a Deo, sed si materia prima secundum se inspecta, & suis praedicatis intrinsecis, inspectis, & secluso ordine ad formam non includeret aliquem actum metaphysicum, non haberet per quod diceretur esse, quid participatum a Deo, ergo materia prima secundum se inspecta, includit aliquem actum metaphysicum. probatur minor quia cum Deus sit actus purus, & infinitus expers proinde cuiuslibet potentialitatis, si participatur ab aliquo creato, necessario in ipso debet splendescere aliqua perfectio, seu aliqua actualitas ratione cuius assimiletur Deo, & ratione cuius dicatur Deum participare, sed ut supponimus materia prima nullam actualitatem physicam dicit, ergo ut intelligatur materiam esse participationem Dei, seu Deum in aliquo participare debet includere aliquem actum metaphysicum.

§. V.

Dilluuntur.

55 Verum, & si praeiactae replicae aliquam difficultatem praeseferre videantur, tamen non debent nos cogere ut a praeiacta solutione dimoveamur. unde ad 1am dico nos numquam intendere quod materia prima nullo modo sit definibilis, neque scibilis, sed dicimus materiam primam secundum se consideratam non esse scibilem, neque definibilem nisi in ordine ad formam, unde praeiacta definitio est materiae primae in ordine ad formam, ut & alia quam tradit Philosophus 7 Metaphysicae cap. 2. textu ubi * Materiam vero dico quae non hoc aliquid, ens actu

actu, potestate autem est hoc aliquid. * Et ideo D. Thom. ibidem lect. 2. litt. f. ait: * materia enim dicitur substantia, non quasi ens aliquid actu existens, in se considerata, sed quasi in potentia, ut sit aliquid actu. * scitur ergo materia, non in ordine ad se, et secluso ordine ad formam, sed in ordine ad formam scitur. unde ibidem D. Thom. ait: * Materia vero non potest intelligi sine intellectu formae, cum sit apprehendatur nisi ut ens in potentia ad formam. * ergo recte ex eo quod materia prima secundum se, et secluso ordine ad formam scibilis non est, inferimus magis quod secundum se nullum includat actum metaphysicum, ex isto enim, et ex conceptu generico, quem absdubio habet, conflaretur definitio ratione cuius esset scibilis.

56

Ad 2um replicam respondeo concesso antecedente, negando consequentiam, nam forma substantialis taliter est actus quod non est actus purus expers proinde potentialitatis omnis, unde est actus ad mixtum potentialitate, non quia componatur ex materia, hoc enim est impossibile, ut late demonstratur ad libros de Anima. sed quia habet potentialitatem ad recipiendum saltim accidentia, immo cum a sua existentia, et subsistentia distinguatur additam comparatur ut potentia receptiva. ac proinde adest sufficiens ratio ut in forma, cum fundamento in re concipiatur aliquis gradus genericus, qua parte scilicet est potentia, modo explicato. et cum in se entitative sit forma, et actus perficit fundamentum ad gradum differentialem ex quibus resultet compositio metafisica. = At vero materia prima taliter est potentia, quod secundum se, est pura potentia, unde non adest fundamentum ut in ipsa concipiatur aliquis gradus differentialis, seu aliquis actus metafisicus, proinde materia prima secundum se, non habet compositionem metaphysicam, non quia perfectius quid est, sed potius ob suam imperfectionem.

57

Et quod dicimus genera suprema non habere compositionem metaphysicam, non exinde arguitur aliqua perfectio in ipsis, cum potius ista carentia compositionis, oriatur ex eorum imperfectione, imperfecta enim sunt metaphysice, immo omnium imperfectiora, cum solum sint partes compositionis metaphysicae, et partes non qualiter cumque sed potentiales, et genericae, sic ergo pariformiter dicimus de materia prima, scilicet habere compositionem metaphysicam, scilicet quia sit quid perfectum, sed potius ob suam imperfectionem etenim est pars secundum se, et pars non quomodocumque sed potentialis omnino, et imperfecta.

58

Et per hoc patet ad 3um replicam. nam materia prima

verum est quod se ipsa differt a quocumque alio, quod est non ipsa, caeterum hanc distinctionem sortitur non per aliquam differentiam sed per se ipsam, quia ex se est primo diversa a caetero quod est non ipsa, ut communiter dicitur de quolibet praedicamento, seu de quolibet genere supremo, differt enim quodlibet a quolibet quod est non ipsum, verum hanc distinctionem sortitur non per aliquam differentiam quam includat, cum differentiae sint extra conceptum generis, sed genera suprema se ipsis distinguuntur quia ex se est quodlibet genus supremum primo diversum a quolibet alio.

59 Vel 2° respondere potest quod materia prima differt a forma substantiali, et a quolibet quod est non ipsa, per illum ordinem ad formam, quem includit in suo conceptu, unde quod instatur quod actus est qui distinguit, debet sumi cum distinctione haec propositio, actus enim vel ordo ad actum est qui distinguit.

60 Ad quod respondeo quod ut materia prima intelligatur esse aliquid participatum Dei sufficit habere in se rationem entis, ut contradistinctam a nihilo, ratio enim entis et perfectum entis physici, et si incompleti, quid perfectius est nihilo unde materia prima sortitur, perfectior est quam ipsum nihil, ergo illa ratio entis quam in suo conceptu dicit esse aliquid seu dicit esse quidditatem et si omnis imperfectionem, est aliquod praedicatum quod dicit in suo conceptu esse participatum Dei, est enim ratio entis ab alio, idest a Deo primo ente, unde explicat esse participationem et si inadaequatam rerum Dei, ergo etsi materia prima non dicat actualitatem metaphysicam explicat tamen esse quid participatum a Deo.

§. VI.

Ex dictis roboratur nostra ratio.

61 Imo ex hoc roboratur ratio nostra, qualis Deus ita est actus purus ut nullam potentialitatem neque metaphysicam includat, ergo materia prima ita debet esse pura potentia, ut nullam actualitatem neque metaphysicam includat, ratio enim substantiae ut abstrahens a creata et increata, dividitur primo in actum et potentiam et rursus actus subdividitur in substantiam actualem increatam et creatam, sic et potentia in puram potentiam et potentiam mixtam, seu secundam. ergo materia prima ita exigit esse puram potentiam, ut nullum includat actum neque metaphysicum.

62 Quod constat etiam ex D. Thoma 1. contra g. cap. 43. ubi ait: * in rebus invenitur

invenitr aliqd qd est pōa p̃d, ut maa 1a, & aliquid qd est actus p̃m, ut Deus. * ḡo ut hæc pparatio veniat ad rē, ita maa 1a est pōa p̃d, ut Deus est actus p̃d, s. deus excludit oēm pōalitē etiā mētaphysicā; ḡo & maa 1a excludit oēm actualitē etiā mētaphysicā, = qd et docet. 1. p. q. 115. ar. 1. ad. 2. ubi ait * maa 1a. est pōa pura, ut Deus est purus actus *. /

63

Rursus pfirmr. nra rao, nā ex t̃iis n̄ repugnat in rerū naā, quædā entitas que s̃ra se ita sit pōa, ut nullū includat actū, nequidē mētaphysicū, s. hæc entitas erit necessº maa 1a; ḡo maa 1a ita est pura pōa, ut s̃ra se, & suis pdicatis intrinsecis inspectis nullū includat actū mētaphysicū.

§. VII.
Corollaria ex dictis

64

Inferur. 1º. qq. 1a s̃ra se inspecta, & suis pdicatis intrinsecis attentis, nullā hēre unitē positivā, sed negativā. = qd pt ṫū ex Phlo. 7. Met. tex 8. ubi ait: * qd maa 1a p se ipsā neq est quid, neq quād, neq quale, neq aliqd eorū, quibus ens dtermināt. * = ṫū pstat ex Angº. M. 1. p. q. 16. ar. 7. ad 2. ubi ait * qd maa 1a dicitr ēē una n̄ q hēat unā fām, ut hoc est unus ab unitē omnius fæ, sed p remotionē oīū fāarū distinguentiū. *

65

Raone etiā pstat hoc corollariū. q2a unitas quælibet positiva pstituitr p aliquā fām, seu per aliquid qd hēat raonē fæ, seu qd se hēat p modū fæ, nempe p aliqd diffā mētaphysicā. s. ut vidimus maa 1a, nullum includit actū mētaphysicū, ḡo maa 1a n̄ hēt unitē positivā. =

66

Rursus q2a alias ex maa & fa, non fieret unū ens per se, cū ex duplici unitē positiva, nequeat unū quid positivū psurgere.

QUÆSTIO. III.
Utrum MATERIA PRIMA HABEAT PROPRIAM EXISTENTIAM?

§. I.
Prænotantur non nulla.

67) Quid existentiæ nomine significetur oportet præfermittere ut exinde facilius dignoscatur, num conveniat materiæ primæ secundum se inspectæ, et proprioni ad formam substantialem. = Igitur Existentia, actus quidem est, verum ut qualiter vel quo pacto, sit existentia actualitas, propriùs luce sciendum est, quod existentia ex vi sui formalissimi conceptus est ultimus actus essentiæ, sicut communiter dicitur de subsistentia, quod est ultimus actus naturæ medio quo natura redditur per se independens, et alteri incommunicabilis, quo pacto subsistentia solet definiri quod sit: * substantialis natura incommunicabilis, seu individua substantia. * de quo alibi erit sermo.

68 Existentia ergo ex vi sui conceptus est ultimus actus essentiæ, medio quo Essentia perfecte ponitur extra causas, unde per Existentiam extrahitur ab statu possibilitatis, et futuritionis ad statum præsentialitatis, quo pacto hoc prædicatum esse, media existentia verificari de qualibet re existente. Ac proinde Angelicus Magister q. 1. de Anim. ar. 7. ad. 3. ait: * ipsum esse est actus ultimus qui participabilis est ab omnibus, ipsum autem non participat. * Et in hac ratione constat, quod Existentia sit ultimus Actus essentiæ, quia Existentia est terminus ultimus actus, seu ultima perfectio quæ res quælibet habere potest est actus ille quo perfecte ponitur extra omnes causas seu est actus ille qui rem extrahit de statu possibilitatis et futuritionis, ad statum præsentialitatis, sed existentia est huiusmodi, cum ista solum verificetur de rebus quæ sunt extra statum possibilitatis, et futuritionis, seu extra omnes causas, ergo Existentia ex suo conceptu est actualitas quædam media qua essentia ultimo perficitur et ponitur extra suas causas.

69 Supponendum est 2° in præsenti non esse quæstionem utrum essentia realiter distinguatur ab existentia, vel potius identificetur cum illa, de hoc enim alibi reddibit sermo. Sed sensus est præscindendo de identitate, vel distinctione essentiæ cum existentia, utrum materia prima secundum se inspecta habeat propriam existentiam, vel secum identificatam, vel distinctam non solum ab eadem materia prima, sed et ab existentia formæ et compositi. etenim si supponitur existentiam identificari cum essentia, forte necessarium erit concedere materiæ primæ propriam existentiam quod quidem materia prima secundum se inspecta, habet suam essentiam, et sua prædicata metaphysica sibi particularia, et propria. = Sicut extra si supponitur

Existentia

existq distingui realiter ab essentia, forte materia prima non habebit proprium existq.= Et si non desint thomistae qui contendant. necesse ad questionem praesentem examinandum distinctionem realem essentiae ab existentia supponendum esse quorum fundamentum est. quod si supposita opinione contraria, vix exit locus questi cum materia prima habeat etiam suam existentiam. verum pro nunc a distinctione vel indistinctione essentiae ab existentia praescindendum esse iudico, ne forte toti simus, in una vel altera opinione stabilienda, principali instituto praetermisso. 10

Sensus praesentis questionis clarius innotescat, ultimo supponendum est, quod in praesenti non est sermo de materia prima sumpta secundum se, ut praescindenti ab omni statu, nam ut sic neque includit, neque excludit existq. ut universim quaelibet essentia sumpta secundum se, neque dicit neque excludit existq. sed indifferenter habet ad illam, neque similiter sermo est de materia prima, ut determinate est in statu possibilitatis, vel futuritionis, seu intra causas, quia quidem materia prima ut sic sumpta, potius dicit exclusionem existentiae, igitur sermo est de materia prima, quae est extra suas causas, utrum nempe sit extra causas per existq. propriam vel an per existq. formae, et compositi, ipsi materiae communicatam. unde sciendum est quod etsi sermo sit de materia prima ut est extra causas, terminus ut, non debet sumi reduplicative, etenim in hoc sensu esset idem ac inquirere utrum materia prima reduplicative prout existens includat existq.? in quo sensu existq includere absurdum constat. unde terminus ut specificative debet accipi, ita ut sensus sit, utrum materia prima quae existit, existat per existq formae, et compositi vel an existat per existq propriam, ita ut secundum se habeat existq.?

§. II.
Referuntur sententiae

Prima sententia est affirmativa, unde concedit materiae primae proprium existq, distinctum ab existentia formae, et compositi. hanc sententiam tenet Scotus in 2. dist. 12. q. 2. et cum eo omnes scotistae. similiter hanc sententiam tenent fere omnes Patres Societatis, unde in longum esset patronos huius sententiae recensere. 12

Secunda sententia est negativa, unde haec sententia asserit materiam primam ex se, et independenter a forma nullum habere proprium existq: sed unice existere per existq formae, et compositi, haec sententia absque dubio est Philosophi, ut videre est apud ipsum a cap. 5. huius libri primi physicorum, ad usque finem. et praesertim cap. 7. tex 69. et 70. et cap. 9. tex. 82. est etiam Angelici M. in hoc eodem lib. 1. specialiter a lect. 10. et 1. p. q. 7 ar. 2. ad 1 = et q. 66

ar. 1. = & q. 115. ar. 1. ad. 2. = & q. 4. de Pot. ar. 2. in corp. & 2. contra G. cap. 43. = & alibi pluries. secundum Angelicum Magistrum, Divi Thomistæ, unde etiam esset longum Patronos huius sententiæ recensere =

§. III.

Statuitur Conclusio.

13 Sit nostra Conclusio hæc sti Angelici Magistri. = unde asserimus mat. 1am ita esse puram potentiam, ut ex se careat omni actu entitativo, unde nullam existentiam propriam habet, sed solum existit per Existentiam formæ, et compositi.

14 Probatur ergo nostra Conclusio 1o ex Phys. ubi supra, idest tex. 69. & 70. ubi Aristoteles cum intenderet demonstrare dari in rerum natura, mat. 1am eam per analogiam ad materias 2as demonstravit, his verbis: * quæ autem subiicitur natura proportione sciri potest, quemadmodum enim ratione ad statuam æs habet, aut ad lectum lignum, aut ad aliquid aliud eorum quæ formam habent, materies, atque informe etiam habet, antequam suscipiat formam. * Ex quibus verbis hanc efformo rationem: sic comparatur æs ad formam artificialem, v.g. ad statuam Mercurij vel lignum ad formam lecti, ut materia 1a ad formam substantialem; sed æs secundum se inspectum, & similiter lignum, pro priori ad formam artificialem non habent aliquam existentiam artificialem, ergo similiter materia 1a pro priori ad formam substantialem nullam existentiam habet. Consequentia probatur, quia sicut ideo 1a est vera quia forma artificialis est principium radicale & adæquatum tribuendi existentiam artificialem, sed etiam forma substantialis est unicum & adæquatum principium dandi esse seu existentiam cum eo aliquid habet esse quia habet formam, ergo sicut æs pro priori ad formam artificialem nullam existentiam artificialem habet, ita similiter materia pro priori ad formam substantialem nullam existentiam habebit.

15 Secundo probatur Conclusio ex D. Thoma 1. p. q. 7. ar. 2. ubi ait: * materia 1a non existit in rerum natura per se ipsam, cum non sit ens actu, sed potentia tantum, unde potius est concreata, quam creata * Sed si materia 1a haberet propriam existentiam utique existeret per illam, effectus enim formalis existentiæ est facere existere; ergo est quia materia 1a nullam habet existentiam = quod et docet Angelicus M. q. citata de Potentia ubi ait: * Materia 1a non potest in rerum natura existere quin aliqua forma informetur, quidquid enim in rerum natura invenitur, actu existit, quod quidem non habet materia, nisi per formam quæ est actus eius unde non habet sine forma in rerum natura inveniri, ergo est quod materia 1a ex se, & independenter a forma non habet propriam existentiam.

Rursus

Recursus ... nra ... ratione deducta ex discursu quę Aristoteles efformavit contra antiquos Phylosofos, ut ostenderet contra illos dari in rerum natura materiam, &c, & proinde generatio substantialis, condistincta ab alteratione. Sic enim veteres Phylosofi apud Aristotelem arguebant, ut videre est apud ipsum cap. 8. huius. tex. 72, ubi sic ait: * Primi namque Phylosofi, veritatem atque naturam eorum, quę sunt quęrentes, exorbitarunt, quasi ad aliam viam quandam ... depulsi, atque asserunt neque fieri quidquam eorum, quę sunt, neque corrumpi, propterea quod necesse est quidem, omne quod fit aut ex ente, aut ex non ente fieri, generarique: neutrum autem esse potest, neque enim fit id quod est, iam enim est,, & ex non ente nihil fieri potest.* 77

Cui argumento antiquorum Phylosoforum videntur succumbere Recentiores, qui dum materiam ... existentiam ... concedunt, revera existentiam generationis substantialis e medio tollunt, & Aristotelis solutionem ad praefatum argumentum percipere nequeunt. Sic ergo hoc assumptum a me acceptum probo, & explico: efformando antiquorum argumentum sic enim veteres Phylosofi arguebant: * omne quod fit, aut fit ex ente aut ex non ente: (horum aliquid erat necessarium ipsis, cum inter ens, & nihil nullam distinctionem percipierent.) Sed horum utrumque est impossibile (unde concludebant) ergo nihil de novo fit, sed omnia per rarefactionem, vel condensationem alterant. minorem suadebant, quia si fit ex ente, ante quam fiat, iam est, & cum illud quod est iam non fiat, inde est quod ex ente nihil fit. Similiter ex non ente nihil fit. quia ex nihillo nihil fit. * 78

Cui argumento non respondit Aristoteles asserendo quod ex materia prima aliquid fit, quia materia prima est ens in actu existentię & si non in actu formali, ex qua materia, quę revera non est nihil, sed ens existens in se, & ... fit compositum. non sic respondit Aristoteles. Respondit ergo tex 78. per haec verba * Alius autem modus solutionis est per potentiam, atque actum, dici autem hęc possunt, potentia, atque actu * quae verba exponens D. Thomas ibidem lect. 14. ait: * & dicit Aristoteles quod contingit aliqua dicere, & secundum potentiam, & secundum actum, ut certius determinatum est in alijs 9. Metaph. ex ente igitur in potentia, fit aliquid per se. * 79

E contra. a. Recentiores contendentes materiam iam habere ... existentiam respondent praefato antiquorum argumento hoc modo: Ex ente in actu existentię, & si non

in actu formali, seu formae aliquid fit. = Nunc sic contra insurgo, ergo nihil fit de novo; quia quod iam est non fit; etenim cum existentia sit ultimus actus, et perfectio in linea essendi, res quae habet existentiam iam est, iam habet suam ultimam perfectionem, iam per media sua existentia est extra causas, igitur de medio aufertur generatio substantialis, si materiae primae conceditur propria existentia.

80 Rursus confirmatur haec ratio, si materia prima habet propriam existentiam, ut tenent sectatores oppositae, et per eam necessario constituitur materia prima in actu existentiali, et si incompleto, et partiali; ut docet opposita sententia, facillime responderet Aristoteles quod ex non ente in actu completo non fit aliquid fit tamen aliquid ex ente in actu incompleto, et existentiali, sed haec solutio numquam fuit adhibita ab Aristotele, ut constat ex toto lib. 1 Physicorum, praesertim a cap. 5. ubi eam tribueret si forte esset legitima, ergo vel dicendum est Aristotelem non perfuisse solutionem legitimam praeiactu antiquorum argumento, et non cognovit existentiam partialem, incompletam, et propriam materiae, vel dicendum est materiam primam nullam habere propriam existentiam.

81 Rursus comprobatur hoc idem assumptum ex D. Tho. opusc. 29. cap. 1. ubi haec habet verba * Ubi ponitur materia ens actu, nihil differt dicere materiam, et subiectum rei. Sic enim antiqui naturales qui ponebant materiam primam ens actu, dicebant materiam esse omnium rerum subiectum * ergo dicere materiam primam habere propriam existentiam, quod revera est dicere materiam primam esse ens actu, est tollere de medio generationem, et solum affirmare alterationem esse causam omnium mutationum.

82 Rursus confirmatur haec ratio quia eo ipso quod materia prima habeat propriam existentiam materia est per se, et independenter a forma substantiali, est in ultima perfectionis gradu, sed eo ipso tollitur de medio generatio substantialis, et solum restat antiquorum Philosophorum existimatio quorum aiebant omnia per solam alterationem mutari, ergo impossibile est quod materia prima habeat aliquam propriam existentiam maior constat, quia existentia ut ex notabilibus constat, est ultima perfectio quam quaelibet res sortiri potest; quae enim maior perfectio, quam habere illud per quod ponitur quaelibet res extra statum nihilleitatis, seu extra causas, eo enim ipso quod aliqua res sit extra causas, habet ultimum complementum in linea essendi.

83 Probatur minor quia generatio substantialis tendit ad ponendam

ponendus est extra causas, et in ultimo perfectionis gradu, ergo si materia secundum se ipsa habet, propriam existentiam se ipsa est in ultimo perfectionis gradu, ergo non adest locus generationi substantiali unde solum restat antiquorum via, scilicet quod omnia fiant per alterationem, vel per condensationem, seu rarefactionem.

§. IV.

Ratione communi iterum suadetur Conclusio.

Sic ergo constituo rationem communem in favorem nostrae Conclusionis quia si materia prima haberet propriam existentiam ex materia, et forma non fieret unum ens per se, sed ex materia, et forma, fit unum ens per se, ergo materia prima non habet propriam existentiam. Sequella maioris suadetur, quia si materia prima haberet propriam existentiam independenter a forma, esset ens in actu, sed si materia prima independenter a forma substantiali esset ens in actu, ex materia et forma non fieret unum ens per se, ergo si materia prima haberet propriam existentiam ex materia, et forma non fieret unum ens per se. Maior constat, quia existentia, ut ex ipso suo conceptu constat, quid actuale est, seu ut formalius loquar, existentia ex suo formali conceptu actus quidam est, minor autem etiam videtur nota, cum ex Philosophus 8 Metaphysica textu 15. ideo ex subiecto accidentium et ex forma accidentali non fit unum ens per se, quia tam subiectum quam accidens, sunt entia in actu, seu sunt in actu. ergo si materia prima est constituta in actu per suam existentiam ex materia prima et ex forma substantiali nequit fieri unum ens per se.

Rursus constat eadem minor. ergo Conclusio. Commune Philosophorum eloquium ex duplici ente in actu non fit unum ens per se ergo si materia prima est ens in actu per suam propriam existentiam, cum alioquin etiam forma sit actus, ex materia, et forma non fiet unum ens per se.

§. V.

Solvuntur replicae.

Dices partialiter axioma esse intelligendum ex duplici ente in actu completo, et totali, ex quo etsi repugnet quod fiat unum ens per se, non tamen repugnat quod ex duplici ente in actu incompleto, et partiali fiat unum ens per se. Et rationem assignabis ex quia quodlibet ens incompletum ex ratione suae incompletionis, exigit compleri per aliud, unde ex se ordinatur ad aliud, ergo etsi materia prima habeat propriam existentiam cum illa sit partialis et incompleta, poterit proinde materia prima constituere unum ens per se cum forma=

85 Sed contra quia ut ex duobus entibus fiat unum ens per se exigitur necessario quod unum ordinetur ad aliud, ac proinde indispensabiliter requiritur quod unum se habeat per modum potentiae, et alterum per modum actus, sed si materia prima habet proprium existentiam et proinde si aliquomodo est constituta in actu per suam existentiam materia prima et forma substantialis non comparantur per modum actus, et potentiae, ergo si materia prima habet proprium existentiam ex materia prima et forma substantiali nequit fieri unum ens per se. Praemissae indigent probatione et explicatione probatio et explicatio maioris probanda postea minor. = Et inprimis videtur esse commune philosophorum problema, quod ut ex duobus entibus fiat unum ens per se exigitur indispensabiliter quod unum se habeat per modum potentiae et alterum per modum actus. Et insuper hoc ipsum ratio suadet, nam quae se habent ut actus et si unum ordinetur ad aliud, tamen non faciunt unum ens per se, ut constat in forma accidentali, quae et ex natura sua ordinetur ad subiectum tamen quia ista pro priori ad formam accidentalem est in actu, ex subiecto et accidente non fit unum ens per se.

86 Ulterius ergo si materia prima pro priori ad formam substantialem habet proprium existentiam materia prima pro priori ad formam substantialem erit completa et perfecta, ergo falsum est dicere quod materia prima etiam si habeat propriam existentiam erit quid incompletum, unde poterit facere unum per se cum forma substantiali. Minor suadetur, nam existentia ex vi sui conceptus est ultimus actus, in linea essendi. Ergo essentia quaelibet quae ex se habuerit existentiam erit proinde per ipsam constituta in suo ultimo actu, ac per consequens completa, et perfecta, dum quia nulla maior et nobilior perfectio excogitari potest, quam quae respondet alicuius rei, quae illa perfectio, seu actualitas illa, media qua ponitur extra causas. Ergo si materia prima se ipsa habet propriam existentiam independenter a forma substantiali, independenter ab ista erit extra causas, unde independenter a forma habebit ultimam perfectionem, et complectionem.

87 Rursus ergo si materia prima habet proprium existentiam compositio materiae primae cum existentia erit prior quam compositio materiae primae cum forma substantiali, ergo compositio materiae et formae non erit ad constituendum unum per se, consequentia patet, quia prima compositio est quae facit unum per se [illegible]

etenim extrema primę compositionis comparantur, ut actus, et potentia-
ans suadet. neque materia prima primus intelligitur sub existentia, neque sub forma,
ergo primus faciet compositionem cum existentia, neque cum forma. 88

Dices magis 1° etsi
pro priori ad formam accidat supponi existentiam non exinde inferri debemus
materiam primam facere compositionem cum existentia sed solum cum forma, ac proinde
prima compositio erit cum forma, assumptum suadetur, quia existentia materiae
primae adstruitur indistincta a materia prima, seu est identificata cum materia prima,
ergo non faciet materia prima compositionem cum existentia. 89

Contra. neque in primis
pro nunc distinere debebamus ab opinionibus circa identificationem,
vel distinctionem inter essentiam, et existentiam imo debebatur supponi distinctio inter
essentiam et existentiam forte enim si supponitur essentiam et existentiam inter se
identificari non erit locus quaestioni praesenti, ut pluribus placet. 90

Contra 2°
quia si contendis ad praesentem quaestionem esse supponendum essentiam identificari
cum existentia ratio a nobis efformata praesertim paulo supra, idest n. 83.
efformanda erit ex eo quia materia erit in actu, unde non quia ut com-
positio cum forma faciat, et constituat unum ens per se, debet esse prima
compositio. sed quia ex duplici ente in actu fiet, ut confirmari potest in com-
positione quam facit substantia Angelica, cum accidenti, quae est compositio
per accidens, etsi sit prima, cum substantia Angelica sit spiritualis simplex
et incomposita, et aliunde supponatur essentia illius esse identificatum
cum sua existentia unde sicut illa compositio ex substantia Angelica, et
ex accidenti, non est talis per se, et si sit prima, quia est ex
duplici ente in actu, similiter etsi materia prima identificetur cum sua
existentia, ex materia et forma non fiet unum ens per se, quia, etsi sit
prima compositio, est ex duplici ente in actu. 91

Nec valet dicere, quod
ideo ex substantia Angelica et ex accidenti non fit unum ens per se, et
si sit prima compositio, quia substantia Angelica est quid completum, non quia
ex duplici ente in actu completo non fit unum ens per se, at vero materia
prima etsi sit ens in actu praesupposita existentia secum identificata, tamen est ens
in actu incompletum, unde ex ipsa et ex forma substantiali poterit fieri
unum ens per se.

92 Non tamen hoc poterit dici, neque reddit argumentum supra efformatum, scilicet quod implicat quod materia prima habeat propriam existentiam vel secum identificatam, ut contenditur ab adversariis, vel quomodocumque, et quod alias sit solum ens in actu imperfecto, cum eo ipso quod habeat propriam existentiam habeat suam ultimam et maiorem perfectionem, quae enim maior perfectio excogitari poterit quam habere illam actualitatem media qua ponitur res perfecte extra causas, unde forma substantialis separabilis relate ad materiam primam non est actus primus, sed est actus secundus, quo quidem existentia actus est, et actus pro priori conveniens materiae, etenim est actus identificatus cum materia, unde materia prima de se ipsa erit actus, unde ex materia, et forma, non fiet unum ens per se.

93 Et rursus urgetur quia sicut adversario licet contendere esse identificatum cum existentia debere supponi, quia alibi ab ipso tractatur, eadem ratione et nos contendere deberemus ad praesentem quaestionem discernendam supponendum esse esse realiter distingui ab existentia, cum et nos hoc ipsum alibi persuadeamus solidissimo et ineluctabili fundamento, quod brevissime negotio quoad praesens possumus indicare, ex eo quod implicat aliquod res accidentaliter praedicari de aliquo praedicato secum identificato sed de omni subiecto, et de omni esse praedicatur accidentaliter existentia, quod quidem accidentaliter convenit omni creato, ergo existentia universim distinguitur realiter ab omni esse; ergo si materia prima habet propriam existentiam erit distincta realiter a materia prima unde reddet iterum ratio a nobis efformata supra, n. 83, scilicet quod prima compositio ex actu et potentia, est quae est talis per se, unde cum forma adveniat materiae ut est sub sua propria existentia prima compositio erit inter materiam primam et suam propriam existentiam ac proinde compositio materiae et formae erit secunda unde ex materia et forma non fiet unum ens per se.

94 Iam ergo probatur et explicatur illa principalis minor quam supra probandam promisimus, scilicet quod si materia prima habet propriam existentiam materia prima, et forma substantialis non comparantur ut actus et potentia, quia ex duabus quorum quodlibet est ens in actu non comparantur ut actus, et potentia sed ad summum ut actus, et potentialitas secundum quid, sed si materia prima habet propriam existentiam est utique ens in actu

actu, et non qualitercumque sed ens in actu existentiali, qui etiam actus est omnium perfectior, ergo si materia prima habet propriam existentiam materia prima, et forma substantialis non comparantur ut actus et potentia.

Neque iterum 95
valet dicere. materia prima etiamsi habeat propriam existentiam comparari ad formam ut actum, et potentiam, materia prima praecisive ab existentia est extremum quod comparatur ad formam, et Existentia materiae comparatur ut potentia ad existentiam formae. quia quaelibet harum existentiarum est partialis, et in completa.

96
Nam contra est quia Ex terminis omnis Existentia est Actus secundus et ultimus in linea essendi, seu in linea existendi, ergo repugnat quod comparetur ad existentiam formae ut potentia, et insuper, ergo si in materia, et in forma praescindatur et conceptus essentiae, et conceptus existentiae et asseratur materiam primam sub conceptu essentiae, comparari ad formam etiam ita sumptam sub conceptu essentiae, et materiam primam sub expresso existentiae comparari ad existentiam formae, seu ad formam sub expressa Existentia tantum, specificative materia prima quae comparatur ad formam est materia prima existens. et in actu, et si identice, et realiter, ergo materia, et forma, sunt duo entia in actu unde manet in suo robore argumentum formaliter scilicet, quod extrema quorum quodlibet est actus nequeunt comparari ut actus et potentia.

97
Ulterius Si materia prima habet propriam existentiam non potest comparari ad formam ut potentia ad actum, ergo non fiet ex ipsis unum per se. antecedens suadetur quia quod communiter dicitur quod ut fiat unum ens per se extrema debent comparari, ut actus et potentia. sed ut actus, taliter est actus relate ad potentiam. quod neque identice est potentia relate ad alterum extremum. ut patet in forma substantiali relate ad materiam primam relate ad quam forma non explicat conceptum potentiae, sed solum communis actus, ergo similiter alterum extremum id est materia, taliter debet esse potentia quod sit potentia simpliciter et nullo modo sit actus, alias illa verba seu illi duo termini, potentia, et actus non eodem modo sumerentur sed equivoce, ergo si materia prima habet propriam existentiam non comparabitur ad formam ut potentia ad actum.

98
Rursus. vel materia prima per suam propriam existentiam existit propriis extra causas, vel non, horum aliquid est necessarium. Si existit, ut revera videtur dicendum, cum effectus formalis existentiae sit facere

seu constituere eam extra causas existentem, quomodo materia prima et existentia materiae potest comparari ut potentia ad existentiam formae, nam si ad aliquid respiceret hanc existentiam formae materia ut per eam existeret. existentia enim quaelibet alicui communicata nequit non constituere existentem eam cui communicatur.
2.do Si materia prima existit proprie per existentiam propriam, ergo materia prima habet quidquid ipsi praestare posset existentia formae, vel quaelibet alia existentia. ergo implicat quod existentia materiae primae comparetur ut potentia relate ad existentiam formae. = Si autem dicatur materiam primam non existere proprie extra causas per existentiam propriam, revera materiae primae existentia, non erit existentia; etenim existentia ex terminis est ratio formalis existendi, seu faciendi existere, sicut lux est ratio formalis illuminandi, et albedo dealbandi; ergo erit implicatio in terminis dicere materiam primam habere propriam existentiam quod non existit proprie per suam existentiam.

99 Ulterius nam quia operatio est actus ultimus in linea operandi, nequit una operatio per aliam operationem constitui operativum; ergo per existentia ex suo conceptu est ultimus actus in linea existendi, nequit ordinari aliquo modo ut per aliam existentiam existat. ergo existentia materiae primae nequit ordinari ad existentiam formae. ergo si materia prima habet propriam existentiam materia prima per illam erit proprie et perfecte existens extra causas, ergo erit ens proprie, et perfecte in actu, ergo ex materia prima et ex forma substantiali non fiet unum ens per se.

§. VI.

100 Proponitur fundamentum contrariae sententiae

Obiicies in hunc modum: ergo vel materia prima secundum se considerata, et prior ad formam substantialem, ut ergo recipit ipsam formam substantialem est aliquid reale, verum, et extra statum possibilitatis, vel est nihil in re, manens solum aliquid obiectivum, et intra statum possibilitatis, inter esse, enim, et non esse, non datur medium. Si dicatur hoc 2um erit prout sic incapax recipiendi realiter formam substantialem, cum realis receptio, nequeat convenire rei pure possibili, et solum in potentia obiectiva. Si autem dicatur 1um. ergo materia prima pro priori ad formam est aliquid reale verum, et existens extra statum possibilitatis, et ex proinde extra causas ergo materia prima pro illo priori habet propriam existentiam, implicat enim quod pro aliquo priori intelligatur existens aliqua res, perfecte, et proprie extra causas, et quod pro illo signo non habeat existentiam ergo materia prima habet propriam existentiam independenter a forma substantiali.

Rursus

Rursus implicat quod maa 1a intelligatr pro illo priori 101 receptionis frae quin pro illo priori intelligatr extra cag creantes proindeq quin intelligatr ut terminans actionē creativę; sed quod intelligitr extra cag creantē, & ut terminans actionē creativę intelligitr existens, ergo implicat qd maa 1a pro illo priori ad frā non habeat existā propriā. mai. constat etenim non recipit frā prout maa est intra cag creatē. probr ergo min. quia trus actionis creativę est exist. ergo si maa 1a pro illo priori, est trus actionis creativę maa 1a pro illo priori habet propriā existā. ans constat. tū ex terminis actionis dēlinea effectiva, quę utique respicit pro termino existā. unde ex parte principij operantis exigitr exista. etsi non ut ratio formalis operandi, tn ut conditio indispensabiliter exacta, & sine qua non. — tū ex conceptu peculiari actionis creativę. quia cū actio creativa sit actio propria Dei respicit in effectu quę producit aliquę formalitē universalē & utique oībꝫ perfectionē. quę formalitas utique est exist. unde ista est necess terminus actionis creativę. quo circa. Thomistę ad 1. p. q. 10. asserunt cū Angelico Mro qd esse est proprius effectus Dei, & communitr hoc esse exponitr de esse existē. ergo si pro illo priori intelligitr maa 1a ut terminus actionis creativę maa 1a pro illo priori habere debet existā.

§. VII.
Dilluitur

Hoc est fundamentū sed contrarię. verū quis non videat hunc syllogizandi, & arguendi modū resuscitare Antiquorū Phylosoforū delirantiū quo mag. 1ā evertere conabantr, asserentes proinde oīa fieri non generatione stricta, sed vel per densationē, vel rarefactionē. Sic enim Antiqui Phylosofabantr: vel enim aliquid fit ex ente, aut ex non ente, & subsumebant sequentē minorē, sed utrūque repugnat, ergo nihil fit de novo, sed oīa per alterationem variantr. maiorē ut ndū supponebant, inter enim ens, & non ens. nullū agnoscebant mediū. probabant ergo sic minorē, nq in primis ex ente nequit aliquid fieri, nq qd iā est non fit, sed ens est, ergo ex ente nihil fit. deinde aliā partē suadebant, nq ex non ente seu ex nihillo nihil fit. unde generationē substantialē e medio tolebant. 102

Hoc igr delirantiū resuscitat abs dubio 103

ctrariorum arguendi forma. cum. magis l.a intendunt appropriare existentiam vindicatam quaeso eamdem antiquorum formam, eisdem termi nis resuscitatam. quia materia l.a pro priori ad formam est ens, vel nihil seu non ens, si est non ens, seu nihil, nequit ex ipsa ali quid fieri, quia ex nihilo nihil fit, ergo est ens. unde subinferunt, ergo habet existentiam. si ergo haec ultima contrariorum consequentia concludit, rursus sic procedit, ergo ex materia l.a nihil fit, probatur quia, quod iam est non fit, unde rursus sic procedit ergo non datur in rerum natura materia l.a, neque proinde vera generatio. sed omnia proinde per alterationem variantur.

109. Aristoteles ergo ut magis l.a stabiliret, et generationem substantialem fundaret, et proinde principia entis naturalis inlucerent demonstraret, hanc antiquorum philosophorum argutiam ignorantiae vocavit. unde asserit Aristoteles antiquos nescivisse inter ens in actu, et ens in potentia distinguere. datur ergo medium secundum Aristotelem, et veritatem inter esse in actu, et non esse in actu, et inter esse existens, et non esse existens. inter esse extra statum possibilitatis, et non esse extra statum possibilitatis, inter esse extra causas perfecte, et non esse perfecte extra causas. igitur materia l.a pro priori ad formam neque est perfecte intra statum possibilitatis neque perfecte est extra causas, sed est in via ad existendum, seu est in ipso recipere formam, et existentiam unde pro illo priori est ens in potentia, in potentia utique non obiectiva, sed in potentia physica, et realiter receptiva, de conceptu enim potentiae receptivae, est non habere actu illud quod recipit, pro eo priori ad receptionem illius. unde cum materia sit potentia receptiva formae, et existentiae. debet pro illo priori non habere existentiam. quod enim ut est in potentia physica ad actum, et ad existendum nequit habere actum neque existentiam aliasque neque actum neque existentiam recipere posset. intus enim existens prohibet extraneum et ut tenet Commune philosophorum problema, et ut docuit Plato in Thimaeo. et ut docet Angelicus D. 1. p. q. 75. ar. 2. et alibi quod et docet Arist. 3. de Caelo. cap. 8. et colligitur ex eo quod docet 7 Met. tex. 8. ubi ait de materia l.a. *

105 * Materia l.a neque est quid, neque quantum, neque quale, neque aliud quid eius. sed haec omnia in potentia. *

Si enim

Si enim materia salveret proprium existentiam materia esset ex se ... esset enim constituta ex essentia et existentia, quo pacto Commentator ... Phys. com. 12 ait: * materia ergo substantiari per se. * Seu ut clarius loquitur August. lib. 12 Confessionum cap. 6. * materia est capacitas ipsa formarum omnium, in quas mutantur res mutabiles. * Ergo a primo ad ultimum ... quod materia secunda pro illo priori sit solum pura potentia, in omni linea, ... non poterit habere existentiam.

Et per hoc patet ad confirmationem, nam inprimis materia secunda non creatur, sed concreatur, unde se sola, et per se non est terminus creationis, ac proinde per se non exigit existentiam. ... Quod instari potest quod Deus pro aliquo priori creare potest materiam ergo et in alio posteriori educere formam, vel finaliter agens naturale ... illa materia secunda creata educat formam, ergo materia secunda terminare poterit ex se actionem creativam.

Respondetur ... hoc quod actio ... ad materiam ergo ... non est actio completa, sed incompleta, ... quae exigit aliquam actionem terminatam ad formam seu ad totum, ut ... sit recipere materiam ergo. unde numquam verificatur quod materia ... sola praecisive a forma habeat existentiam. quia ut terminet actionem creativam sufficit quod in toto illo instanti habeat existentiam et si ... a forma substantiali, proinde semper verificatur ... actionis creativae esse existentiam vel ... communicatam. Ergo ... ad ultimum ... necessario materia ergo non habet propriam existentiam.

QVAESTIO IV.

Utrum Materia Prima de Potentia Absoluta Possit Existere Sine Forma?

§ I.

Praemittuntur nonnulla.

108 Et Phylosofie naalis limites videtr superare questio praesens, etenim philosopho naturali soli de naalibus convenit investigare, verum quia quidam usus prevaluit hanc in praesenti examinare questionem vel forte quia Phylosofia naalis ex Metaphysica et Theologia plurimum adhibetur, vel forte quia sic melius quidditas materiae primae dignoscitur. unde communi usui obtemperando idcirco hanc in praesenti selligimus enodandam quaestionem.

109 Pro questionis igitur praesentis enodatione notandum et supponendum est materiam primam saltem naalitr, idest naali ordine rerum inspecto non posse existere spoliatam ab omni forma substantiali. quidquid in contrarium sentiant Marsilius in 2. dist. 12. q. 8. ar. 2. et Gabriel etiam in 2. dist. 12. q. 1. ar. 2. contendentes materiam primam naalitr existere posse spoliatam et destitutam omni forma substantiali. et sic etiam fatentur in prima mundi Genesi Deum asserunt creasse materiam corruptibilium rerum sine forma substantiali, quod ipsum videtur deduci ex sacra pagina ex illis verbis: * In principio Creavit Deus celum, et terram, terra autem erat inanis, et vacua idest ut exponunt, erat informis, seu absque omni substantiali forma.

110 Rursus sic asserunt contigisse in triduo dum corpus XPI. post mortem fuit in sepulchro, quo in eventu asserunt ibi extitisse materiam primam in illo Cadavere absque omni forma substantiali. sic asserit idem Marsilius in 3. dist. 13. q. 13. ar. 1. et Gabriel, in 3 dist. 21. q. 5. ar. 2. quorum sententiam etiam amplectuntur aliqui Recentiores.

111 Verum nostra suppositio communis est fere omnium Phylosofo rum consensu uno vel altero dempto. et potest dupliciter suaderi. Primo a paritate formae substantialis materialis, secundo a paritate compositi substantialis relate ad formas accidentales, quod compositum substantiale comparatur ut materia relate ad illas. et tertio denique ratione.

112. A paritate formae substantialis suadetur quia maiorem dependentiam habet naalitr materia prima a forma substantiali materiali quam habet ipsa forma substantialis materialis a materia prima; sed nulla forma substantialis materialis naalitr existere potest absque materia.

maa 1a. ergo potiori titulo, neque maa 1a poterit existere absque
omni forma substantiali. maior videtur constans. cum forma ex suo con-
ceptu sit actus. et maa 1a. potentia, unde perfectior est forma, quam
maa. cum perfectio supra actualitatem fundetur. minor autem et debet supponi
et insuper nota videtur, alias ipsis interrogemus quivel ubi dicitur
apparuisse aliqua forma substantialis absque maa, forte illam
somniarunt.

113

Et insuper alias forma substantialis maalis esset
per se subsistens, quod proprium est animae rationalis quia spiritualis,
ergo si repugnat formae substantiali maali existere separatae a maa
1a, potiori titulo repugnare debet mag. 1a naaliter existere, quae
spoliata omni forma substantiali.

114

Rursus alia pariter suadetur
assumptum. quia magis dependet maa 1a a forma substantiali,
quam dependet compositum substantiale, quod utique est maa 1a. ab accidentibus,
imo, et quam ipsa maa 1a. a forma accidentali, sed implicat na-
aliter, quod compositum substantiale existat absque omni accidente, imo si
maa 1a existeret ut contendunt adversarii sine omni forma subs-
tantiali subsistere, neque existere posset absque omni proorsus accidente,
nam etenim vel esset quanta, et esset alicubi, nisi velis mag.
1a concedere existentiam in loco modo Angelico, et spirituali, imo et
in tali casu esset in loco medio ubi angelico, ergo non posset
existere absque omni proorsus accidente, ergo potiori titulo existere
non poterit naaliter sed tum destituta ab omni forma substantiali.
maior enim videtur nota etenim magis dependet maa ab
ea forma quae praestat esse simpliciter, quam ab illa quae solum esse
secundum quid et Accidentale communicat.

115

Ni forte velis formam
accidentalem praestare mae 1ae in illo eventu esse primum, et
simpliciter tale, = Nam si hoc velis erit insignis chymera
tua existimatio, cum ex terminis forma accidentalis, nequit nisi
esse accidentale et secundum quid praestare. nulla enim for-
ma praestare valet sub.o esse aliquid quod in se non praecontin-
neat ut quo.

116

Nec valet dicere mag. 1a existere posse na-
aliter tum absque forma substantiali, quae etiam absque omni forma

accidentali. Nam materia prima saltem haberet aliquod ubi, vel materiale, ut videtur conformius rationi, unde et haberet quantitatem, vel aliquod ubi alicuius conditionis, unde si non esset materiale, esset spirituale, cum res adequate dividatur in materiale, et spirituale. nisi velis materiam primam non habere etiam aliquod ubi, ergo nullibi esset. - si ergo nullibi est, qua ratione potuerunt convincere contrarij materiam primam existere posse absque omni forma substantiali, ubi eam viderunt; si nullibi erat. ergo implicat materiam primam existere naturaliter absque omni prorsus forma accidentali, unde et potiori titulo et absque omni forma substantiali.

117 Ratione etiam constat idem assumptum quia implicat quod naturaliter existat materia prima sine esse simpliciter, esse enim simpliciter, est primum esse, et implicat in terminis aliquid cum esse, sine primo esse. Sed forma substantialis est quae naturaliter praestat materiae primae esse simpliciter, seu primum esse. ergo implicat quod materia prima existat naturaliter sine omni forma substantiali.

Unde ad

118 primum replicam desumptam ex illo 1. Gen. dicimus cum Augustino lib. 12. confes. cap. 33. et lib. 1. de Genes. ad litt. cap. 19. et cum alijs Sanctis Patribus, ad illa verba * terra autem erat inanis, et vacua.* quod terrae nomine non intelligitur materia prima nuda ab omni forma substantiali, sed intelligitur quoddam compositum substantiale materiale, compositum ex materia prima, et ex forma elementari quod compositum substantiale dicitur inane, vacuum, et informe propter absentiam decoris, et ornatus provenientis, tum a luce, cum tenebrae essent super faciem abyssi, tum ob absentiam decoris provenientis a plantis, tum ab arboribus, et ab animantibus. unde non dicitur informe propter absentiam cuiuslibet formae substantialis.

Ad illud quod dicitur de

119 Corpore Christi intriduo mortis, dicimus mansisse in sepulchro verum cadaver compositum nempe ex materia prima quae fuit in Christo vivo, et quae vere fuit pars humanitatis eius. et insuper compositum ex forma cadaverica quae solutio praeter rationes assignatas, est communis placitum Sanctorum Patrum, et Ecclesiae Catholicae.

difficultas

Difficultas ergo quaestionis praesentis unice devolvitur ad posse 120 extraordinarium, utrum nempe materia prima, ita dependeat a forma substantiali in existendo, ut non solum naturaliter non possit existere absque omni forma substantiali, verum etiam neque in aspectu extra ordinario, et absoluto posse Dei queat existere sine forma substantiali? Ac proinde in dubio utrum dependentia quam habet materia prima a forma substantiali sit non solum naturalis, sed etiam essentialis et insupplebilis? 121

PRO CUIUS

luce supponendum est 1º quod quando inquiritur utrum materia prima possit existere sine forma? Sensus quaestionis non est quod materia prima existat existentia proveniente a forma, sine forma, hoc enim neque Authores contrarii contendunt, neque intelligibile est. Si enim materia prima ut supponitur non habet formam utique non existat per existentiam provenientem a forma; unde quod in praesenti inquiritur est: an materia prima ita dependeat a forma substantiali ut neutiquam recipere possit, vel habere possit esse existentiale ab aliqua existentia, sive divina, sive alterius cuiuspiam ordinis, quin prius per aliquo priori habeat materia prima esse formale praestitum a forma, medio quo ipsa materia reddatur capax ut habere possit esse existentiale? 122

Rursus denique notandum est materiam esse dependentem in aliquo genere a forma substantiali, quod et Authores contrarii fatentur, unde solum a nobis discriminantur in assignando dependentiae genium quod habet materia prima a forma substantiali; Nos ergo cum communi Thomistarum ut supponimus materiam esse dependentem a forma substantiali non a posteriori, et ut a additione, sed a priori, prioritate omnimoda in genere causae formalis. quod suppositum est D. Thomae 5. Met. lect. 2 in principio ubi sic habetur: * forma autem et materia, sibi invicem sunt causa, quantum ad esse. forma quidem materiae in quantum dat ei esse in actu, materia vero formae, in quantum substentat ipsam. * 123

Et praeterquam quod est D. Thomae constat ratione. nam omnis effectus in eo genere in quo est effectus dependet a priori a sua causa. omnis enim causa, in eo genere in quo est causa, est prior suo effectu sed materia prima est effectus formae, in genere scilicet causae formalis. etenim materia unice est formata per formam, ergo materia prima dependet a priori a forma substantiali in genere causae formalis. 124

Unde

solu restat investigandu in presenti utru haec dependentia qua habet materia a forma suppletibilis sit, ita ut saltim de potentia absoluta, possit materia prima recipere existentiam absque forma substantiali.

§. 11

Referuntur sententiae & statuitur conclusio.

125 **Prima** sententia est affirmativa. hanc tenetur Scotus in 2. dist. 12. & cum eo Scotistae... est etiam communis Societatis, & omnium qui existimant materiam suum habere propriam existentiam.

126 Sententia negativa est communis Thomistarum cum Angelico Magistro pluribus in locis praesertim 1. p. q. 66. ar. & quodlib. 3. ar. 1.

127 Sit nostra conclusio: **Implicat** quod materia prima quolibet inspecto posse, existere valeat sine aliqua forma substantiali = unde implicat etiam attenta potentia absoluta Dei, aliquam existentiam communicari materiae se spoliatae ab omni prorsus forma substantiali, = & proinde dependentia quam habet materia a forma est essentialis, & insuppletibilis.

128 Haec nostra conclusio est ita expressa in Angelico Magistro vel potius supponi ex D. Thoma deberet, quam tempus consumere in ea manifestanda ex D. Thoma verum quia contrarii Iesuitae, authoritates D. Thomae, quas pro nostra conclusione adducimus in suum favorem conantur retorquere, unde D. Thomam pro ipsis stare contendunt, ideo non abs re erit nostram conclusionem ex D. Thoma stabilire, & firmare.

129 Sit ergo primum testimonium in favorem nostrae conclusionis desumptum ex loco citato, ex 1. p. ubi haec habet verba: * si materia prima informis praecessisset duratione, haec iam erat in actu, hoc enim duratio importat, Creationis autem terminus est ens actu, ipsum autem quod est actu, est forma, dicere igitur materiam praecedere sine forma, est dicere ens in actu sine actu, quod implicat contradictionem * quo nihil clarius pro nostra conclusione.

130 Rursus in quodlibeto citato haec habet verba: * quod aliquid sit, & non sit, a Deo fieri non potest, nec aliquid contradictionem includens, & huiusmodi est materiam esse actu sine forma, omne enim quod est actu, vel est Actus, vel est potentia participans actum. esse autem actum repugnat rationi materiae, quae secundum propriam rationem est ens in potentia, relinquitur ergo quod non possit esse in

in actu nisi inquantum participat actum actus autem participatus a materia, nihil aliud est quam forma, unde idem est dictu materiam esse in actu, et materiam habere formam, dicere ergo quod materia sit in actu sine forma, est dicere contradictoria esse simul, unde a Deo fieri non potest.* Haec D. Thomas in quibus verbis ita expresse continetur nostra conclusio ut de mente D. Thomae dubitare quoad praesens sit in meridie caecutire. 131

Verum etsi ita clara videantur praedicta D. Thomae testimonia in favorem nostrae conclusionis P. Peinado lib. 1. Physic. disp. 2. sect. 5. §. 1. n. 116. ea explicare conatur, et D. Thomam pro sua stare se ostendit. o Mira excellentia doctrinae D. Thomae dum sic quilibet pro se D. Thomam stare contendit. Nam P. Peinado asserit Sanctum Doctorem solum affirmare in praecitatis testimoniis implicatorium esse materiam primam esse in actu completo substantiali, sine forma substantiali. Seu solum affirmare esse implicatorium materiam primam habere actum formalem, vel existentiam provenientem a forma, sine forma. Non autem asserere Angelicum M. implicare quod materia prima existat per existentiam propriam, et non provenientem a forma, sine forma. 132

Caeterum hanc intelligentiam esse extortam, et violentam nullus est qui dubitet, si attente et sincere meditentur Angelici Doctoris verba. Si enim materia per propriam existentiam ut fatetur P. Peinado est in actu independenter a forma substantiali, ergo simpliciter, et absolute est vera haec propositio: Materia prima est in actu absque omni prorsus forma substantiali. Sed haec propositio est contradictoria propositioni D. Thomae in praedictis verbis ut meditanti patebit, ergo praedicta interpretatio non est ad mentem D. Thomae. 133

Rursum Angelicus M. non asserit esse implicatorium materiam primam habere actum formalem vel existentiam provenientem a forma sine forma, sed absolute, et absque addito profert hanc propositionem: * dicere materiam primam esse in actu, sine forma, est dicere contradictoria esse simul.* ergo non solum negat [illegible] materiam primam esse in actu formali, vel existentiali provenienti a forma, sine forma, sed absolute et simpliciter negat quod materia prima possit esse in actu absque forma, sit actus, qualiscumque volueris, sive proprius, sive alienus, et [illegible] catus. Si enim materia prima esset in actu aliquomodo sine forma, verificaretur contradictoria propositio Angelici M. unde sinistre ostenditur P. Peinado Angelicum M. stare pro sua se.

134. Rursus Commentator 2. Physic. com. 12. ait: * quod si materia prima nudaretur ab omnibus formis, tunc quod non est in actu, esset in actu. * Ergo ex Commentatore si materia prima existeret sine forma esset in actu, et non esset in actu, utique non esset sub aliquo actu tam formali, quam existentiali proprio, vel alieno. Illud enim non est dictio universaliter negativa. Ergo similiter quod asserit a D. Thom. quod si materia prima esset in actu sine forma, esset, et non esset in actu, illud non debet universaliter sumi, unde negat omnem actum tam formalem, quam existentialem, provenientem a forma, vel quomodocumque illum haberet, praeter quam quod ut iam late est demonstratum materia prima non habet propriam existentiam independenter a forma, quidquid in contrarium sentiant contrarii Autores.

135 Sed replicabis cum Scoto, qui directe contrariatur Ang. M. et dices rationem D. Thom. in aequivoco laborare, illum ab actu formali ad actum entitativum seu existentialem procedit; unde ex eo quod materia prima sit sine forma, solum sequitur materiam primam carere actu formali, ac proinde poterit esse in actu existentiali, praesertim cum materia prima habeat propriam existentiam independenter a forma substantiali.

136 Caeterum haec impugnatio Scoti procedit in sententia adstruente in materia prima propriam existentiam quam ex professo q. praeced. eliminavimus. — Et insuper haec impugnatio Subtilis Doctoris corruet ex probatione nostrae conclusionis. nam ut ibidem manifestabimus materia prima, ex se non est capax recipiendi immediate existentiam sed mediante forma, quae per prius respicit materiam primam actum primum quam actum secundum, de quo ut dixi paulo post erit sermo.

§. III.

Ratione suadetur conclusio.

137 Ratio quae ad nostram conclusionem manifestandam reducitur et consistit in manifestandam implicationem quae continetur in eo quod materia prima existeret sine omni prorsus forma substantiali: quam rationem sic construo in forma. Si materia prima existeret sine omni prorsus forma substantiali, verificarentur duae propositiones contradictoriae, sed hoc est impossibile, etiam de potentia absoluta; ergo materiam primam existere absque omni prorsus forma substantiali implicat contradictionem. Caetera patent, et probatur major. Si materia prima existeret sine forma substantiali verificarentur illae duae propo-

sitiones

sitiones: * maa 1a est in actu = maa 1a non est in actu. * Sed istę sunt contradictorię; ergo si maa 1a existeret sine forma substantiali verificarentur duę propositiones contradictorię. cetera patent. Et probatur mai. Et in primis affirmativa esset vera, quia implicat mag 1a existere, et non esse in actu. Deinde verificaretur negativa, quod sic probatur. quia ex terminis implicatorium est habere actum qui ex naa sua et essentialiter est actus secundus, non praesupposito, et habito actu qui ex naa sua est actus primus, unde dicere quod habetur actus 2us sine 1o, et dicere quod non habetur iste actus secundus, sed existentia ex vi sui conceptus essentialis est actus 2us, et forma est actus primus ergo verificaretur illa propositio negativa, in consortio verificationis affirmativę, quę est eius contradictoria. = mai constat, quia ex terminis implicat quod illud quod ex naa sua est actus secundus essentialiter dependens ab actu 1o conveniat rei cui non convenit actus primus.

138

Unde solum restat probanda min. quę sic suadetur. quia si existentia ex vi sui conceptus non repugnaret esse actus 1us. Et proinde si existentia ex vi sui conceptus non esset actus 2us, existentia esset actus constitutivus essentię; sed ex terminis implicat quod existentia sit actus constitutivus essentię. ergo ex terminis implicat quod existentia sit actus primus, ac proinde necessario est existentia actus 2us supponens 1um. mai. constat quia ex terminis actus primus in linea essendi est actus constituens essentiam quid enim magis intime, et essentialiter potest alicui rei convenire, quam actus ille quo 1o constituitur in sua essentia; ergo si existentia non repugnaret esse actus 1us existentia esset actus constitutivus essentię

139

Iam ergo probatur min. quia si existentia esset actus 1us constitutivus essentię, existentia esset predicatum essentiale rei; sed ex terminis implicat existentiam convenire essentialiter alicui creaturę, alias creatura necessario existeret, ergo existentia repugnat esse actus 1us immediate constituentis rei absque eo quod praesupponi debeat alius actus 1us quo sit constituta in sua essentia. ergo existentia necessario supponit formam substantialem tamquam actum 1um maę, ut ipsa existentia convenire possit ipsi maę primę. ergo de 1o ad ultimum si maa 1a existeret absque omni prorsus forma substantiali maa 1a esset in actu, et maa 1a non esset in actu.

190 Rursus confirmatur haec ratio. quia materia prima ex vi sui conceptus essentialis est pura potentia, ex se carens omni actu, ut iam manet ostensum, ergo implicat quod materia prima immediate respiciat existentiam absque eo quod per prius habeat, et respiciat formam substantialem. antecedens supponitur ex dictis, consequentia autem probatur. quia in terminis implicat non respicere immediate actum, qui ipsi materiae dat esse primum, et essentiale, quam actum, qui non dat, neque dare potest esse primum, et essentiale.; Sed ex terminis implicat quod existentia det esse primum et essentiale, alias ut dicebamus existentia conveniret essentialiter creaturae; ergo implicat materiam primam immediate respicere existentiam absque eo quod per prius habeat formam substantialem. totus syllogismus est evidens et maior evidenter nota, minor etiam constat, aliunde forma substantialis non esset actus primus materiae. quod utique est falsum cum forma substantialis sit ex natura sua actus primus constitutivus essentiae, quapropter forma substantialis definitur a Philosopho lib. 2. de Anim. quod est, Enthelechia, idest, actus quo materia prima constituitur in suo esse essentiali, et specifico.

191 Nec nostram rationem infringit communis adversariorum solutio, quam ex subtili Doctore emendicarunt, dum asserunt, quod ex eo quod materia prima existeret sine forma solum convincitur quod esset in actu existentiali, et quod non esset in actu formali, quae duae propositiones contradictoriae non sunt.

192 Responsio enim haec seu solutio iam est praeoccupata nam implicat materiam primam esse in actu existentiali quin prius sit in actu formali, ob rationem datam quia nempe existentia essentialiter est actus ultimus supponens primum, ut docet D. Thomas q. unic. de Anim. ar. 6. ad 2. ubi ait quod existentia est actus ultimus qui participabilis est ab omnibus unde recte, et a priori convincitur quod si materia prima non haberet formam substantialem quae utique unice est actus primus requiritur, habere actum 2um existentiae unde si haberet existentiam sine forma esset in actu sine actu, esset utique in actu existentiali, sine actu existentiali cum iste, ut pote 2us nequeat esse sine 1o. et similiter esset in actu formali, sine actu formali, esset in actu formali quia haberet existentiam quae necessario supponit esse formale proveniens a forma. et non esset in actu formali, cum supponatur

existentiam

existere sine forma. ergo esset in actu quod ex his implicat contradictionem.

§. IV.
Proponitur fundamentum contrariorum.

193

Sed oppones 1o vulgare argumentum levitatum. quia ex terminis magis dependet accidens a subiecto, quam materia prima a forma substantiali, sed accidens potest divinitus conservari sine subiecto, ut patet in accidentibus Eucharisticis; ergo materia prima existere, et conservari poterit sine forma.

194

Sed quis non videat hoc argumentum esse stultum ad illorum quam antequam illud somniarent efformare. unde vel non legunt Magistrum Nostrum vel simulant ipsum legisse. igitur D. Thomas 1. p. q. 66 ar. 1. ad 3. sic solvit argumentum his verbis: * ad 3um dicendum, quod accidens cum sit forma, est actus quidam; materia autem secundum id quod est, est ens in potentia, unde magis repugnat materiae esse in actu sine forma, quam accidenti sine subiecto. * ex quibus verbis patet disparitas, inter materiam relate ad formam, ex una parte, et inter accidentia relate ad subiectum ex alia.

195

Accidentia enim substantialiter unde solum dependent a subiecto in subsistendo, seu in substentari, in quo genere dependentiae, etsi importetur dependentia a subiecto in genere causae materialis, tamen fortius resplendet dependentia a subiecto in linea efficiendi, sustentare enim, est dare esse, quod genus est genus causae efficientis; unde cum in eo quod est Deus supplere genus causae efficientis, et facere per se solo quod facit media causa efficiente, nullum sit inconveniens, imo sit magna perfectio, soli Deo conveniens inde oritur quod Deus possit conservare accidentia sine subiecto at vero materia prima est pura potentia. et dependet a forma. non ut a substentante, sed ut a constituente. quod genus dependentiae est unice in genere causae formalis, ac proinde insupplebilis a Deo. cum Deus nequeat ut forma uniri alicui subiecto

196.

Sed replicabis. non implicat Deum uniri hypostatice materiae primae absque eo quod hypostatice uniatur formae. ergo tunc casum poterit per se ipsum conservare materiam primam, et facere existere absque forma substantiali.

197

Sed contra et nego consequentiam. antecedens enim constat imo de facto contigisse in triduo mortis fatemur.

Atq naa 1a Cadaveris Christi Domini mansit hypostatice unita subsistentiae Verbi, nam quod semel assumsit numquam dimissit, et forma cadaverica non fuit unita hypostatice Verbo. aliàs defacto non solum naa humana fuisset hypostatice unita Verbo, sed etiam alia naa insensibilis, ut est Cadaverica. Ergo non repugnat mag materiae 1ae hypostatice uniri alicui personae divinae. absque eo quod talis divina persona uniatur hypostatice formae substantiali defacto componenti cum illa maa 1a. verum etsi praejacens ans sit verum, negatur conseq. nam aliud est mag 1am existere, per existentiam divinam, proinde non provenientem a forma substantiali creata, aliud mag 1am existere sine forma. 1um contingere potest et defacto contigit in Cadavere Christi Dni, in triduo mortis. at vero 2um implicat. nam ut diximus, implicat mag 1am habere esse quod essentialiter est 2um quin prius a priori habeat esse quod est essentialiter 1um. et medio tali esse 1o constituatur essentialiter.

148 Sed iterum replicabis nam ex terminis non repugnat quod ex duabus entitatibus realiter inter se distinctis Deus destruat unam aliam conservando, Ergo poterit stare quod semel existente maa 1a per existentiam divinam Deus destruat seu anihillet formam substantialem, et aliunde conservet sibi hypostatice unitam mag. 1am Sed contra

149 Et nego ans. nam etsi aliqua duo realiter inter se distinguantur potest tamen stare inter ipsa essentialis connexio. unde nequibit una entitas destrui alia indestructa permanente. ut patet in sententia Scoti, nam in ista sa totum realiter distinguitur a partibus simul sumptis, et unitis, et tamen nequit Deus destruere et anihillare partes conservando totum. 1. contra. = Et similiter in eadem sa Scoti non potest Deus conservare subum sine relatione et tamen in eius sa ista relatio realiter distinguitur a subo. Ergo similiter etsi maa 1a realiter distinguatur ab omni forma substantiali, non exinde debet inferri quod Deus posit destruere omnem formam substantialem, et conservare mag 1am. Et per hoc patet ad fundamentum Scoti quod sistit in eo quod Deus potest ex duabus entitatibus unam destruere aliam indestructam conservando.

§us V.

Aliud argumentum proponitur.

Opponi

2° Opponces 2°. et dices qd ideo non posset maa 1a. existere sine 150
fra substantiali qa maa 1a est pura poa in linea physica
cuius ratione est prius respicere actu 1u, et essentialē, quā actu
2u, et existentialē, sed hoc solu probat qd maaliter debet servari
praedictus ordo, ergo non repugnat qd maa 1a de poa absoluta
existat absque fra substantiali. Probr. min. quia magis distat
poa obiectiva ab actu existendi, quā poa fisica; sed non re-
pugnat qd illud qd est in pura poa obiectiva, et logica tran-
seat immediate ex nihilo in quo est ad statu existendi; ergo po-
tiori titulo poa fisica qualis est maa 1a. poterit transi-
re de poa absoluta ad existā. quin prius habeat frā
substantialē.

151 Resp° concesso anti negado conq. Concedimus enim
qd res possibilis transit ad existā seu ad statu existendi immediate
(praescidimus pro nunc de statu futuritionis, sub quo res
possibilis debet prius esse quā transeat ad statu exist. verum
quia de hoc statu est eadē difficultas quomodo res transeat
de futura ad existens quin prius habeat aliqd esse ideo prae-
cindere debemus a statu futuritionis) at vero negamus
mag 1a quae est poa fisica posse habere actu existendi quin
prius habeat frā substantialē. ratio disparitatis consistit in
eo qd status poae obiectivae solvitur et non manet sub
statu exist. unde est transitus de genere in genus. at vo
poa fisica, qualis maa 1a manet sub exista. unde debet
esse quid proportionatū ut existat sub illa, et cum ut ex
probatione nrae concls, et ex dictis constet, mag 1a non esse
capacē actus ultimi quin prius habeat actu 1u, inde oritur repug-
nantia ut maa 1a possit existere sine fra substantiali. poa
autē obiectiva solvitur adeqe. per statu praesentialitatis unde
non est investigandus per quod proportionetur. ergo stat qd
res possibilis transeat de statu obiectivo, et pure poali
poa scilicet logica, ad existentialē statu absque eo quod
talis poa proportionetur medio aliquo actu. et tamen
ex inde non debet inferri quod maa prima possit
existere spoliata ab omni forma substantiali qualibet
inspecta poa.

DISPUTATIO IV.

DE VARIIS AFFECTIONIBUS MATERIAE PRIMAE.

QUAEST. I.

QUID SIT MATERIAM PRIMAM ESSE SUBJECTUM?

§. 1

Praemittuntur nonnulla.

1 Praecipuas conditiones materiae primae, quarum aliquae ad considerationem metaphysicam expectant, aliae autem ad physicam veluti consequentes proprietates seu affectiones consequuntur, ut plenius natura, et quidditas materiae primae dignoscatur sumsimus in praesenti explicandas, et examinandas. Ast notandum est, quod etsi materia prima secundum se inspecta non sit scibilis, ut docet Philosophus 1. Physic. cap. 7. text. 69. et ibidem D. Thomas lect. 13. unde potius materia ex se est incognita, ut docet idem Arist. 7 Met. tex 35., seu ut dicit Augustinus lib. de natura boni cap. 18. ubi ait: * magis per nullam speciem, sed per privationem omnis speciei cogitari vix potest; tamen materia prima in ordine ad formam cognoscibilis est, unde idea materiae primae semper efformatur in ordine ad formam substantialem, ut ad terminum suae habitudinis transcendentalis; ac proinde et in ordine ad formam investigandae sunt praecipuae conditiones materiae primae.

2 In praesenti ergo selectiones conditiones seu affectiones materiae primae tradiderimus, et quasi modo doctrinali

doctrinali, ut post earum examen stricte ad libros Metaphysicorum expectat. verum ne transeamus absque aliquali notitia mae p[ri]mae, ideo eius praecipuas conditiones, quae pertinent ad quidditatem quam quae ad eius esse expectant, et ut proprietates eius sequenter describimus enodandas. 3

Praecipuae ergo affectiones seu proprietates mae p[ri]mae, quarum aliae ad eius esse constitutivae, aliae ad ipsum subsequentes, sunt sex, scilicet, quod sit Subiectum, Potentia, quod sit ingenerabilis, incorruptibilis, eius unitas, et denique appetitus, seu inclinatio ad formas substantiales. in praesenti de priori agemus unde quid sit mam p[ri]mam esse subiectum oportet explicare.

§. II. Referuntur varij modi dicendi.

4 Ex ipsa definit[ion]e mae p[ri]mae constat mam p[ri]mam esse subiectum uniuscuiusque formae substantialis, ast etsi certum sit mam p[ri]mam esse subiectum, tamen aliqui omnia volentes in dubium vertere contendunt nullam esse rationem oppositi cur potius maa p[ri]ma sit subiectum formae substantialis quam e contra cur forma substantialis non sit subiectum mae p[ri]mae quando quidem aequaliter, et uniformiter inter se uniuntur, et colliguntur. ad quod alij resp[onde]nt. 5

~~[illegible]~~ Ideo mam p[ri]mam esse subiectum formae, et non e contra formam respectu mae p[ri]mae quia maa p[ri]ma denominatur a forma. 6

Verum hic dicendi modus insufficiens est. quando quidem si maa p[ri]ma denominatur actuata, et informata a forma et etiam forma denominatur maalizata a maa: ergo etiam forma substantialis accipit denominationem a maa. ergo nulla est ratio cur maa p[ri]ma sit subiectum formae quam e contra. 7

Alij autem asserunt ideo mam p[ri]mam esse subiectum formae, et non e contra, quia maa completur per formam. 8

Verum, et haec ratio est insufficiens etenim etiam forma completur per mam. 9

Alij autem contendunt ideo mam p[ri]mam esse subiectum formae, et non e contra, quia maa p[ri]ma praesupponitur pro aliquo priori ad formam.

10 Verum et haec ratio etiam est insufficiens, et quaerit principium, et reddit idem per idem. nam sicut materia prima praesupponitur pro aliquo priori, idest in genere causae materialis ad formam. ita similiter forma praecedit materiam pro aliquo priori scilicet in genere causae formalis, causae enim sibi invicem sunt causae, quod proprie verificatur de materia, et forma sibi invicem comparatis, unde quaelibet in suo genere est prior alia, igitur non explicatur cur una prioritas sit sufficiens ut constituat materiam esse subiectum, secus vero non sufficiat alia, ut constituat formam subiectum respectu materiae.

11 Rursus alii respondent ideo materiam esse subiectum formae et non e contra, formam respectu materiae, quia materia prima perficitur a forma, et non e contra.

12 Verum haec solutio sic prolata, et absque additione aliqua videtur insufficiens, nam etiam forma perficitur a materia, etenim de ratione cuiuslibet partis, cum ex se quaelibet sit quid incompletum, est perfici, et compleri a sua comparte. ergo sicut materia perficitur a forma, sic etiam forma perficitur a materia.

§. III. Vera sententia statuitur.

13 Dicendum est igitur materiam primam esse subiectum formae, et non e contra formam esse subiectum materiae, quia materia prima est potentia receptiva, et forma actus.

14 At notandum est quod est duplex genus subiectorum, aliud enim est esse primum subiectum. aliud vero secundum subiectum. utrumque enim consistit in eo quod sit potentia, primum subiectum exigit quod sit prima seu pura potentia. et absque omni actu. secundum autem subiectum debet esse potentia secunda, et praeinde actuata actu substantiali.

15 Quo sic stabilito probatur assertio nostra ex D. Th. 1. p. q. 66. ar. 2. in corp. ubi ait: * quod materia secundum id quod est est in potentia ad formam. * et paulo inferius ait: * idest est quod aliquid sit habens formam, et quod componatur ex forma, ut ex subiecto formae. * et in 4. dist. 12. q. 1. ar. 1. quaestion. 3. in corp. ait: * substantia corporalis habet quod sit subiectum accidentium ex materia prima cui primo convenit subiici *

16 Insuper constat nostra assertio ex ipsis terminis. nam esse prorsus puram qualis est materia prima, est quid imperfectius quam esse aliud, ut constat nam

nq actus cuius proximius explicet esse participationis Dei, a quo Omnis perfectio derivatur est prius in illo actus ex natura sua perfectivus potentiae; Rursus esse quid imperfectum, et inferius dicit ex suo conceptu subiicibilitatem subiicibilitas enim, est in ordine ad superius et perfectius, ergo idem est materia primam esse puram potentiam receptivam ac esse subiectum. unde materia dicit esse quid perfectibile a forma, et forma dicit rationem superioritatis, et dominationem supra materiam.

17

Nec valet dicere quod subiectum accidentium potius dominatur accidentibus quae quaeque contra, ergo esse potentiam relatae ad aliquem actum et si per modum potentiae receptivae comparatur non explicat esse subiectum illius. unde et esse subiectum non dicit ex terminis inferioritatis.

18

Non inquam id obstat, nam est magna differentia inter primum, et secundum subiectum. etenim subiectum primum accipit omne esse a forma et nullum dat esse formae, unde Angelicus in 2. Physic. lect. 5.º cuius Philosophi tex. 31. ait: * Comparatio imperfecti ad perfectum, est comparatio materiae ad formam * et lect. 15. ad tex. 81. ait: * materia appetere formam sicut turpe pulchrum * ergo ex terminis illud quod est imperfectum et turpe non dat esse perfectioni et pulchritudini, et potius a perfectione et pulchritudine accipit esse, ergo materia prima non tribuit esse formae.

19

Contra 2. secundum subiectum dat esse accidentibus cuius ex terminis perfectior illis. secundum enim subiectum est substantia completa, quae ex natura sua est perfectior accidentibus unde D. Ths. q. 1. de verit. ar. 3. ait * quod subiectum dat fulcimentum accidenti et quod illud comparatur ut potentia ad actum. * et opusc. 31. ait * quod subiectum dat esse accidenti. et accidens non habet esse nisi per subiectum. *

20

Igitur primum subiectum ex natura sua, videtur tale est quod pura potentia est in ordine ad formam, ex quo ipsi convenit ut subiiciatur formae, et a forma dominetur, et perficiatur, quod totum satis liquet ex ipsis terminis purae potentiae; neque est huius alterius rationem quaerere, nam cum esse materiae primae subiectum sit ipsi praedicatum quidditativum et essentiale difficiliter redditur ratio illius, nisi per circumlocutionem, et explicationem terminorum, ut si inquiratur cur lux luceat. et rationale efficiat animal, et non e contra hoc non aliter veniet explicandum nisi per expositionem terminorum. = addo quod subiectum secundum etiam aliquomodo perficitur per accidentia. saltem secundum quid. unde et conceptus subiecti ut abstrahit a primo et secundo est perfici a forma.

QUÆSTIO II.

PER QUID CONSTITUATUR MATERIA PRIMA IN ESSE POTENTIÆ?

§. I.

Referuntur sententiæ.

21 Idem est ac si inquiramus utrum mag. 1a esse puræ potentiæ sit aliquid superadditum ipsi mat. 1æ, vel an sit quid indistinctum ab ipsa, et secum identificatum? Mag. 1a se ipsa non esse puram potentiam in ordine ad formam substantialem recipiendam, sed indigere aliquo superaddito ad prædictum munus exercendum docuit Averroes. 1. Physic. cap. 9. quem secuntur Iandinus, q. 18. P. Pereira. lib. 5. cap. 22. Zabarella lib. 1 de Mat. 1a, cap. 19. Toletus, q. 12. M. Masius 1. Physic. q. 1. unde prædicti Authores docent, quod etsi mat. 1a sit, quæ est quod recipit formam, tamen ratio formalis sub qua, est quædam potentia superaddita, ipsi mat. 1æ. = Quorum ratio videtur esse desumpta ex paritate potentiæ activæ, et operativæ, nam substantia indiget ad operandum aliqua potentia proxima ipsi superaddita, et realiter a se distincta, quæ sit proxime receptiva formæ substantialis.

22 Ceterum potentiam receptivam cum mat. realiter identificari est communis sententia non solum inter thomistas, sed et fere inter omnes alios, unde in longum esset Authores recensere.

§. II.

Statuitur Conclusio.

23 Sit nostra conclusio: Materia prima se ipsa, et nullo alio superaddito est potentia passiva, et proxime receptiva cuiuslibet formæ substantialis. = Hæc nostra Conclusio expresse deducitur ex Phil. 1. Physic. a cap. 5. usque ad 9. in quibus capitibus quoties sermonem instituit de mat. 1a semper explicat eam penes hoc quod sit potentia, quæ oportet ut formæ et privationi, quæ sunt principia entis naturalis contraria, subiiciatur. = et insuper deducitur ex eodem Phil. 7. et 8. Met.

24 Insuper est Angelici Magistri pluribus in locis eam tenet expresse 1. Physic.

1. Physic. lect. 15. ad tex 82. vbi hęc habet vba: * Sed ne quis hic dubitet occasione horū verborū, qd sit poa maę, & vtrū sit una vel plures, dicēdū ē, qd actus, & poa, dividunt qdlibet genus entiū. vt pt. 9 Met. & in 3. huig. vnde sicut poa ad qualitē non est aliquid extra genus qualitatis, ita poa ad esse substantiale, non est aliquid extra genus substē. non ergo poa maę est aliqua proprietas, addita sup essē eius, sed maa, sēm sug substā est poa ad esse substantiale; & tn poa maę, subiecto est una respectu multarū formarū, sed ratione sunt multę poę, sēm hitudinē ad diversas formas. * quo nihil clarius pro nostra cle pot dici. 25

Ratione autē pbr. nā Ddc. qa ex terminis poa pxa, & actus debent esse in eodē genere qāquidē poa, proxime ordinatr ad actū. & ab illo sumit sug speciē, sed actus est in linea substę, forma enim substantialis est actus maę, ergo poa proxima maę primę est ipsa substa maę primę. 26

Rursus actū, & poa sm D. Thog immedē dividunt oē genus entiū, vde tam linea essendi quā linea operandi, immo dividuntr per actū, & poā, ergo in linea essendi quę strictē est linea substantialis, datr eadē immediata divisio in actū, & poā; ergo in linea substantiali, est aliquid substantiale qd se ipso, & absq aliquo superaddito est poa, & aliquid qd seipso & absq aliquo superaddito est actus. ergo sicut est aliqua substa quę se ipsa & absq aliquo superaddito est actū, vt patet in forma substantiali, ita similitr in eadē linea debet eē aliqua substa quę seipsa, & absq aliquo super addito sit poa, non enim est maior ratio unius prę alio, cur nempe actus substantialis sit se ipso actū, quā poa substantialis sit se ipsa poa. 27

Vlterius si maa pa non est se ipsa poa proxima sed est poa per aliquid sibi superadditū, & realiter a se distinctū, ergo vel illud a se distinctū quo constituitr in esse potentię proximę, est substa vel accidens, inter hęc enim non datr mediū. si dicatr poā proximā superadditā maę eē accidens, ergo maa pa prius facit compositionē cū accidenti quā cū forma substantiali ac proinde compositio ex maa, & forma substantiali non erit pa compositio sed erit secunda. = & vlterius ergo vel maa pa recipit se ipsa immedē hanc formā accidentalē, quā vocas poā proximam, ? vel non? = Si non, ergo eget alia poa superaddita, ac proinde non vitatr processus in infinitū = Si recipit immedē illam, ergo potiori titulo se ipsa poterit eē potentia

proxima, & immediata. relate ad frm substantialem.

28 Si autem dicatur illam pom proximam superadditam materiae esse substantiam, ulterius rogo, ergo vel materia secundum se recipit immediate hanc pom proximam, vel non? si non, non vitatur similiter processus in infinitum; si illam recipit immediate, ergo materia debet esse pom proximam receptivam; non est quid repugnans materiae sibi, & cum aliunde materia secundum se ex se ordinetur ad frm substantialem se ipsa debet esse pa proxima in ordine ad formam substantialem.

§ III.
29 Soluitur fundamentum contrariae sententiae

Fundamentum contrariae sententiae facile diluitur, nam pa proxima operativa ideo repugnat identificari cum substantia, quia ut dicebamus actus, & pa debent esse in eodem genere, unde cum actus sit accidens, quod quidem est operatio, inde oritur quod substantia nequit esse immediate operativa. = at vero actus ad quem materia secundum se, dicit immediatum ordinem est in linea substantiali, proindeque & ipsa pa proxima debet esse intra idem esse substantiale.

30 Rursus insuper quia ut dicebamus actus & pa, dividunt omne genus entium, ergo si linea essendi dividitur per gradum substantialem, debet dividi etiam, & per pom substantialem. divisum enim in linea essendi est substantia ergo membra dividentia debent esse substantia quod divisum debeat esse substantia constat quia omne genus entis dividitur per actum & pom. quod & parificatur in rea divisione, scilicet accidentis in pom, & actum, quae membra dividentia accidentia sunt, ut sit in pa proxima operativa, & in operatione quia ibi divisum est accidens.

31 Sed replicabis & dices materiam debet etiam esse pom activam; ergo si pa activa, est quid superadditum poti radicali, pa materiae exit etiam quid ipsi realiter superadditum assumptum probatur ex eo quod quantitas dimanat immediate a materia, & relatio ad frm.

32 Sed negamus assumptum quidquid in contrarium renuant aliqui Jesuitae nam quantitas dimanat a forma substantiali formae quod praestat infimum gradum scilicet Corporeitatis, & relatio non inhaeret immediate in materia secundum se sicut neque aliud accidens ut late demonstrabitur in libros de generatione praeterque quod pa materiae est in ordine ad recipiendum frm substantialem, ad quod non conducit materiam debere pom activam relate ad aliquod accidens, si tali pa activa forte daretur. quae tamen non datur, sed est chymerica existimatio.

QVÆSTIO III.

Utrum Materia Prima sit ingenerabilis, et incorruptibilis?

§. I

Prænotantur nonnulla.

33

Vtrumque coniunctim decrevimus explicare, etenim ingenerabilitas et incorruptibilitas correlativa sunt, sicut et generabile, et corruptibile. unde illud dicitur, quod est ingenerabile, quod est incorruptibile, et e contra. Sicut, et quod generabile est corruptibile est, et econtra, quo circa communiter dicitur quod generatio unius est corruptio alterius. 34

Incorruptibilitas ergo alia est talis solum ab extrinseco, alia autem ab intrinseco. Vt talis est solum ab extrinseco revera, non est incorruptibilitas, sed manutenentia extrinseca Dei, volentis conservare illud quod alias, si sic non manuteneretur rueret in sui corruptionem. incorruptibilitas autem quæ talis est ab intrinseco est quæ proprie est incorruptibilitas, et est talis, quia res cui convenit ab intrinseco, et ex natura sua caret principijs corruptionis, = In præsenti ergo disquirimus de incorruptibilitate quæ talis est proprie, et ab intrinseco, num conveniat materiæ primæ attenta sua natura. 35

Est notandum etiam materiam primam non posse esse ingenerabilem, et incorruptibilem quia sit forma per se subsistens, quomodo sunt Angeli, et Anima rationalis, de hoc enim non est dubium. unde solum est difficultas, utrum supposito materiam primam esse puram potentiam, et consequenter supposito non esse quid spirituale, neque quid completum, sed quid materiale partiale, et incompletum sit proprie et ab intrinseco ingenerabilis, et incorruptibilis.

§. II.

Statuitur Conclusio

36

Sententia affirmativa, est communis, tum Arist. tum D. Thom. et fere omnium, unde sit nostra Conclusio: Materia prima, secundum se, et sua

naa inspecta, est proprie, & ab intrinseco ingenerabilis, & incorruptibilis probatr 1°. ex Phyl: 1. Physic. tex 82. ubi ait: * incorruptibilem, & ingenitã, necesse est esse ipsã. * loquitr de maa 1a. vel ut alia versio legit: * Sed nec occidat, nec oriatr necesse est, nã si gignitr subiiciatr aliquid 1ũ oportet, ex quo hoc pacto nascereter ut insit in ipsa. * ubi Phylosophus clare tribuit maæ 1æ incorruptibilitatẽ stricte propriã, & ab intrinseco talẽ, incorruptibilitas enim ab extrinseco rebus corruptibilibus ex se, competere potest. = unde Angs. Magr. ibidẽ. lect. 15. ait: * sic igitr est impossibile maã 1ã generari, vel corrumpi. *

3) Probatr 2° 2lo ratione deducta ex prædictis verbis Phylosophi, & ex D. Thõ. ibidẽ. quia si maa 1a generaretr necesse ei subiiceretr aliquid ex quo fiat, seu si maa 1a. generaretr necessº præsupponeretr aliquod subm ex quo fieret; sed hoc est impossibile; ergo implicat qd maa 1a generetr, vel corrumpatr. maior constat, qa cũ maa 1a sit 1ũ subm implicat qd ad ipsã præsupponatur aliud subm alias ipsa non esset 1a; sed esset 1ũ illud aliud præsuppm. & de hoc erit quæstio nũ sit ingenerabile & incorruptibile, unde quo ad præsens supponimus maã 1ã eẽ 1ũ subm. = Probatr. maior. qa generatio ex naa sua, est transitus de non esse ad esse in subiecto stricte apto, quo pacto supra ex Phylosopho stabilita sunt tria principia entis naalis, scilicet, trus a quo, & ad quẽ, & subm. ergo si maa 1a generaretr necessº præsupponeret aliquod subm ex quo fieret, unde cũ hoc sit impossibile, & impossibile est maã 1ã eẽ generabilẽ, vel corruptibilẽ. = eadẽ stricte ratione qua pbr eẽ ingenerabilẽ, probatr stricte eẽ incorruptibilẽ. qa corruptio est transitus contrarius generationi unde est de eẽ ad non eẽ, stricte in subiecto ergo necessº debet præsupponi aliquod subm in quo fiat iste transitus & cũ hoc sit impossibile, alias maa 1a n. eẽt 1ũ subm. contra præsuppositũ quoad præsens. & impossibile ẽ maã 1ã corrumpi. =

§. III.
Solvitur quoddam argumtũ

38. Dices maã 1ã necessº esse naaliter corruptibilẽ, ergo falso asserimus maã 1ã eẽ incorruptibilẽ. assumptũ probas, qa si per impossibile maa 1a nudaretr ab omni forma substantiali maa 1a necessº corrumperetr, sed naaliter non impossibile

impossibile mag. eg nudari ab oi fra substantiali, g° maa 1a est naalitr corruptibilis, min constat, ng ut diximg supra & pro nunc supponitr implicat mag. eg existere absq oi forma substantiali. unde si spoliaretr ab oi forma, naalitr maa 1a corrumperetr. pbr. g° mai. q naalitr est possibile qd maa 1a spolietr a fra substantiali quq libet, g naalitr est possibile qd spolietr ab oi fra substantiali. ans ostat, etenim cg sermo sit de maa 1a sublunari & oia sublunaria sint corruptibilia, est proinde naalitr possibile mag. eg spoliari a fra substantiali quq libet. 9seqa auts pbr. g° haec est optima 9seq: haec forma substantialis est naalitr corruptibilis, & deffectibilis a maa, & haec, & haec. & sic de singulis numerando oes: g° ois fra substantialis est naalitr deffectibilis a maa 1a ac proinde est naalitr possibile mag. eg spoliari ab oi fra substantiali. ans videtr 9stans, ng bene valet 9sa, a collectione oig singulariy. ad universale, ut pt in hac arguendi forma: hic ignis calefacit, & hic, & hic, &a. g° ois, hic homo est animl, & hic, & hic; g° ois. quq arguendi forma in qualibet maa tenet, nam etig valet in maa 9tingenti; ut si supponatr esse tm tres homines albos bene valet, hic homo est albus, & hic, & hic, g° ois. g° similitr haec 9sa erit optima, haec forma substantialis est naalitr deffectibilis, & pot. deficere mae 1e, & haec. & haec, & sic de alijs, g°. ois. oes enim ss sublunares, & corruptibiles.

g Reurscu Thomistq 9tra Jesuitas arguunt qd ex positione auxiliorg indifferentig, quq regularitr per scientig medig, sequitr creatura inconvertibilis metaphysice, quq deus suo infinito absoluto posse non pot. 9vertere. unde sic arguunt Thomistq: Voluntas creata pro suo libito pot. resistere huic aux° & huic, & huic. & sic de singulis etig numerando totg infinitg collectionq: g° pot. resistere oi aux° g° deus non habet efficacig in suis thesauris ut convertat creaturq. quq 9og probant 9munitr ex eo qa cg collectio 9fletr ex oibg singularibg, & cuilibet aux° in singulari possit resistere, alias ut infeunt deresitq eius libertas destrueretr, seqr qd possit resistere oi aux° g° similitr in praesenti debemg arguere: naalitr pot. deficere mae 1e haec fra substantialis, & haec, & haec, &c. & sic de singulis oes eas enumerando, g° naalitr pot. deficere mae 1e oi fra substantialis

g° maa La naaliter defficere potest. etenim si maa La spoliaretur naaliter ab oi fra substantiali maa La eet naaliter deffectibilis.

Fateor

40

Prima sa asserit privationes esse indistinctas ab omni ente positivo. Et inde quae haec sa identificat privationem cum ente reali positivo. = verum non uniformiter loquuntur Autores huius sae, nam alij contendunt privationes esse aliquas qualitates reales subo super additas, alij autem relationes, alij autem transire per identitatem de non esse, ad esse, at omnes isti dicendi modi conveniunt in eo qd privatio est aliquid positivum in re existens, sive conveniunt in eo qd privatio non distinguatur ab ente reali positivo. Hanc sententiam quoad id in quo conveniunt Authores huius modi dicendi tenent Antts Perez, apud Palaviziny, Hizquierdo. disp. 9. Phari q. 3. n. 39. P. Rivadeneira, Complutensis disp. 6. de scientia Dei, n. 6. & alij qui relati citant, & sequuntur.

14

Secunda sa, Thomistarum communis

asserit privationes, & negationes non esse aliquid positivum in re existens hanc sed tenent omnes Thomistae inter quos eg illustrat. N. P. M. Joseph Saenz de Aguirre in Physica. disp. 12. & insuper eg tuentur aliqui ex a

§. II.

Statuitur Concl.

15 Sit Concl. Privatio non est aliquid positivum, existens in re, seu quod idem est: Privatio distinguitur ab omni ente reali positivo, existente in re. Collig. haec Concl. ex Arist. 4. Met. tex 2. ubi ait: * ipsum non ens, esse non ens dicimus. * quod et docet 5. Met. cap. 22. tex. 27. = 9 Met. cap. 1. 10 Met. cap. 6. tex 7. & in eisdem locis Angelicus M. = Rursum Angelicus M. 1. p. q. 96. ar. 2. ad. 2. ait: * Ens dupliciter dicitur uno modo secundum quod significat entitatem rei, & hoc modo privatio non est ens, alio modo secundum quod significat veritatem propositionis, & sic caecitatem dicimus esse in oculo. vel quascumque alias privationes. *

16 Ratione autem suadetur Concl. quia ex terminis, nisi contentio sit in vocibus, privatio, ex se, & ex suo conceptu dicit non ens, in subiecto utique apto, (vel inepto si sit negatio) seu quod idem est privatio ex suo conceptu dicit carentiam formae: sed non ens, seu carentia formae, non dicit aliquid positivum, seu adaequate distinguitur ab omni ente positivo, ergo privatio ex suo conceptu non est aliquid positivum. Rursus.

17 illa quae afferunt praedicata essentialiter, & ex natura rei opposita non possunt esse idem, sed potius necessario distinguuntur, sed privatio, importat praedicata ex natura rei essentialiter opposita cum praedicatis, quae ex natura rei importat quidquid est aliquid positivum, ergo privatio, distinguitur necessario ab omni eo quod est aliquid positivum. maior videtur nota, quod enim maius signum distinctionis, & non identitatis excogitari potest quam importare praedicata essentialiter, & ex natura rei distincta, & opposita, seu inter se incompossibilia. Probatur ergo minor. quia privatio, ex natura rei, & ex suo conceptu dicit carentiam, seu non ens, at qui id quod est quid positivum dicit ens, & non explicat carentiam, neque est carentia, seu non ens, ergo privatio, & id quod est quid positivum important praedicata essentialiter & ex natura rei inter se opposita.

18 Rursus si privatio dicit, & est pro formali quid positivum, & solum aequivalenter est quid negativum, confunduntur necessario entia

entia realia cum privationibus, ita ut potius sit verum dicere quod omnis entitas realis est privatio, quam quod sit verum dicere quod omnis entitas realis est ens reale. Sed hoc est impossibile, et est evertere naturam rerum, ergo privatio distinguitur adaequate ab omni ente reali positivo. Probatur maior quia omnis entitas realis creata, eo quod finita, dicit negationem alterius quod est non ipsa, ergo omnis entitas realis, et positiva dicit in suo conceptu ex primaria intentione quid positivum, et consequitive, seu ex secundaria intentione dicit esse quid negativum. Tunc sic, ergo si privatio dicit ex primario conceptu quid positivum et solum consequitive quid negativum potius est verum dicere privatio est quid positivum, et e contra, quod est quid positivum est privatio, quam e contra, ac proinde confunduntur entia realia cum privationibus. 19

Rursum si privatio seu negatio dicit, et est aliquid positivum, sequitur quod ab aeterno sit in rerum natura aliquid positivum: sed hoc est falsum; ergo privatio, seu negatio non est aliquid positivum. Maior patet quia ab aeterno, et ante mundi constitutionem erat carentia mundi ergo si carentia, vel negatio, seu privatio est aliquid positivum, ab aeterno existit aliquid positivum. 20

Rursum si privatio est aliquid positivum sequitur quod existat in rerum natura aliquid positivum, de quo habeat Deus decretum positivum nolitionis, seu sequitur quod detur in rerum natura, aliquid positivum cuius non existentiam Deus per decretum negativum decreverit; sed hoc est impossibile; ergo privatio non est quid positivum. Probatur maior quia demus Deum decernere sic: Nollo Petrum videre: seu nollo Petrum habere potentiam visivam. posito hoc decreto erit verum dicere, Petrus non videt, seu Petrus est caecus, seu Petrus habet carentiam visus. ergo si haec carentia visus, seu haec privatio est quid positivum, sequitur quod illud positivum existat in re decernente Deo eius non existentiam quod est manifesta chymaera. ergo dicendum est negationem seu privationem non esse quid positivum. et proinde distingui realiter ab omni ente reali positivo.

§. III.
Proponuntur replicae.

21 Sed replicabis. Si privatio non esset quid positivum sed potius distinguitur ab omni ente reali positivo, privatio non haberet.

proprietates reales, & positivas, sed privatio ~~aliquando positiva~~ habet proprietates reales, & positivas, ergo privatio est quid positivum. Mai est certa, nam proprietates sequuntur esse illius cuius sunt proprietates, ac proinde ipsum non potest esse quid positivum, si eius quid positivum non est; probatur ergo min. 1° quia hoc quod est maleficium causare nequit non esse quid positivum, secutum proinde ab aliquo positivo, sed privatio iuxta Arist. 1. Phy. tex 81. maleficium causat, seu est, ibi enim vocatur ab Arist: Malefica, ergo privatio habet proprietates positivas, & reales.

22 Rursus 2° probatur eadem min. nam communiter dicitur quod privatio est causa appetitus, sed appetitus quid positivum est, ergo privatio est etiam quid positivum, alioquin effectus esset nobilior sua causa.

23 Rursus 3° probatur eadem min. nam Philos. 3. de Anim. cap. 2. asserit quod visu discernimus tenebras, & lucem, sed quod visu percipitur quid positivum est, ergo tenebrae sunt quid positivum, & cum tenebrae sint privatio lucis sequitur quod privatio est quid positivum.

24 Rursus 4° illud quod habet existentiam realem nequit non esse quid positivum, sed privatio habet existentiam realem, & positivam, ergo privatio quid positivum est. probatur min ex Sacra pag. 1° ex illo Geneseos 1. ubi dicitur: * Et tenebrae erant super faciem abissi * ex quo sic efformo discursum: quod alicubi est, aliquid est. & aliquam existentiam verum habet, prius est enim esse, & existere quam alicubi esse, sed tenebrae quae utique sunt lucis privatio alicubi erant, scilicet super faciem abissi; ergo sunt quid positivum. = 2° probatur ex Cantico trium Puerorum nam ibi tenebrae invitantur ad laudes iuxta illud: * Benedicite lux & tenebrae domino. * sed quod ad laudes divinas invitatur, quid positivum est, ergo tenebrae sunt quid positivum. = 3° probatur eadem min. ex concil. trid. sess. 5. ubi loquendo de peccato originali asserit existentiam quod transfunditur per generationem, & quod cuilibet inest suum peccatum originale, tunc sic. sed hoc quod est inesse, & transfundi nequit non convenire enti realiter positivo; ergo peccatum originale est aliquid positivum. tunc sic ulterius sed peccatum originale est aliquid positivum ergo est quia privatio dicit de formali aliquid positivum.

25 Denique probatur eadem min. quia peccatum habituale consistit in privativo seu in privatione

ergo

gr[ae] sanctificantis d[icun]t probabilius theologorum est, imo d[icun]t aliquos, et peccatum actuale, sed peccatum habituale ante omnem fictionem intellectus reddit hominem exosum, et inimicum Deo, qui utique sunt effectus reales, qui nequeunt ab ente reali et positivo non provenire, ergo est quia privatio consistit in positivo.

25

Rursus prob[atu]r ratione principale assumptum, quia illud cui conveniunt praedicata entis realis positivi nequit non esse quid positivum, sed privationi conveniunt praedicata entis positivi, ergo privatio quid positivum est. caetera patent. et prob[atu]r min. 1º. quia habere unitatem positivam qua constituatur in se, et distinguatur a quolibet alio est proprium praedicatum entis positivi, s[ed] privatio quaelibet habet suam unitatem qua in se constituatur et secernatur a quolibet alio, ergo privationi conveniunt praedicata entis positivi. 2º quia privatio est principium entis realis quod utique quid reale est, s[ed] hoc quod est esse principium entis realis est praedicatum quod videtur convenire non posse nisi enti positivo, ergo privatio est quid positivum. denique prob[atu]r eadem minor quia hoc quod est expellere et carere aliquid est praedicatum proprium entis positivi; sed ante omnem operationem intellectus convenit privationi, scilicet tenebris, expellere aliquid, scilicet lucem, et carere lucis absentia, ergo privatio quid positivum est.

§. IV.
Diluuntur.

Verum his non obstantibus, verissima est nostra concl[usi]o unde asserimus privationem non consistere in aliquo positivo, quandoquidem ipsum met nihil esset aliquid positivum, unde esset, et non esset aliquid positivum, quod est absurdum. assumptum patet, tum quia sicut ipsam privationem explicamus ad modum entis, quo pacto dicitur habeo egestatem, habeo indigentiam, dicimus atque nihil habeo, unde et ipsum nihil explicatur ad modum entis, unde etiam dicitur quod ante mundi constitutionem nihil erat, si erat, quomodo nihil? et si nihil, quomodo, erat? unde est quia et ipsum nihil explicatur per modum entis, cuius ratio est, quia intellectus noster nequit aliquid cognoscere, quin illud sub ratione entis, quod utique est huius obiectum, attingat.

Resp[onde]o ergo 28 ad 1um ex Arist[otele] quod Aristoteles vocat privationem maleficam non effective, quasi malum faciat, sed formaliter, quia eo ipso quod non sit forma, non est, quod esse bonum est, et appetibile, unde dicitur existere

maleficiu, seu privationes formae, quod utique revera non est aliquid existens sed potius est non existentia entis positivi.

29 Ad 2um dicimus quod verum est quod communiter dicitur, quod privatio est causa appetitus, verum ista est impropria locutio, cum privatio secundum Aristotelem vera causa non sit, unde privatio communiter enumeratur inter principia, non vero inter causas, quo pacto divisionem causae explicat Aristoteles per 4 genera causarum, ut dicemus ad lib. 2 causis igitur est impropria locutio dicere quod privatio est causa appetitus, quia eo ipso quod non est forma, materia ex se appetit habere illam, quippe forma est quoddam divinum, et optimum.

30 Ad 3um dicimus quod visus positive non percipit tenebras, sed negative, quia non videt lucem, quippe lux est unicum objectum visus, seu ut fortius loquar objectum visus est lucidum coloratum, non autem tenebrae, quippe istae cum nihil sint non percipiuntur positive.

31 Ad probationes desumptas ex sacris litteris, respondeo ad 1um quod sacer scriptor eo loci usus fuit modo usuali, et communi loquendi quo pacto ut saepe diximus, et ut ex Aristotele notavimus ipsum non ens, ipsum nihil, esse non ens, et esse nihil dicimus, unde etiam dicimus homo est caecus, ac si caecitas esset aliquid quocirca Augustinus tomo 10 lib. de vita beata ait: *, nescio quomodo dicitur habet egestatem tale est enim ac si locum aliquem qui lumine careat dicamus habere tenebras quod nihil aliud est quam lumen non habere. Unde ad 2um dicimus, quod tenebrae non invitantur ut si ipsae aliquid essent, seu aliquid sint quod Deo fundere laudes queat, sed dictum illud intelligitur pariter eo quod nos nocte, et die, debemus laudare Deum, id est omni tempore =

32 Ad illud de peccato originali dicimus quod quando dicitur quod inest animae et quod generatione transfunditur, non est sensus quod aliqua qualitas morbida vel aliquid aliud positivum animae insideat, et generatione transfundatur; sed sensus est quod anima non habet gratiam, et iustitiam originalem, quam habere debebat, et quam haberet si primi Parentes non peccavissent, unde illud non habere, quod culpabile, scilicet in causa, seu in capite, est quod foedat animam et ipsam dehonestat: et per hoc patet ad illud de peccato habituali, dicimus quod ut homo sit homo infectus peccato, dicatur exosus Deo, et Deitati odibilis sufficit quod non habeat quod debet habere. quocirca et si peccatum dicatur macula animae non est quia in anima est aliquid positivum foedans, sed quia ibi non est splendor gratiae

gratię: seu ipsa gratia, quę in se est pulchritudo, & puritas rectificans animam.

Ad argum 33

autem desumptum ex ratione resp. negando privationi convenire praedicata, quę nata sunt convenire enti positivo, seu reali, unde unitas quę privationi convenit non est positive talis, sed negative, quia haec privatio, non est alia, vel quia non est quid positivum, quippe cum in se quid negativum sit, seu quoddam non esse, per ipsum non esse secernitur ab alio quocumque quod esse habet, sicut et quoad explicari unum non esse distinguitur ab altero non esse.

Ad 2um 34

Respondeo quod privatio quę est principium entis naturalis, non est principium per modum componentis, sed per modum termini a quo deseritur, seu excluditur ad quod non exigitur privationem esse aliquid positivum. sed sufficit ipsi non esse. quippe quod non est, est quod tollitur & aufertur per esse.

35

Ad ultimum Respondeo quod tenebrę non expellunt lucem, sicut neque aliquod non esse, esse effective, & si quoad nos & quoad modum dicendi, explicetur absentia lucis, ac si esset expulsa effective a tenebris, quippe eo ipso quod ipsa lux quę est quid reale, & positivum, fugiat, & abit, dicitur lucem esse expulsam, & tenebras introductas esse, verum hoc est quoad explicari, nam lux se ipsa causat sui absentiam, eo quia cum corpore luminoso transit ad praesentialitatem alterius loci, ut patet in sole, sicut ego quando ex mea voluntate egredior ab hoc gymnasio v.g. dicor expelli a mea absentia, non quia absentia aliquid faciat in me, sed quia ego quia aliquid positivum sum, egredior, & transeo ad alium locum, unde numquam convincitur quod privatio sit aliquid positivum. & si ut quid positivum explicetur.

§. V. Corollaria ex dictis.

36

1o Infertur quod quando diximus privationem distingui a materia 1a, & a quolibet ente positivo realiter, hoc realiter ex parte unius extremi intelligi debet. modo quo ens rationis, dicitur distingui realiter ab ente reali. seu modo quo ipsum nihil distingui dicitur ab ente reali. 2o Infertur 2o. quod in materia 1a non est nisi una privatio proxima, & si in ea sint plures privationes remotę. ratio est. quia cum materia 1a nequeat habere nisi unicam formam substantialem, solum potest habere unam privationem [illegible] unde ad discernendum quę privatio proxima est quę datur in materia 1a attendendum est ad dispositiones quę ipsam materiam afficiunt. quippe dispositiones sunt quę sigillant materiam ut potius unam formam quam aliam exigat determinate.

DISPUTATIO VIII.

DE TOTO COMPOSITO SUBSTANTIALI.

QUAESTIO I.

Methodum scientificam insequendo, post consideratum principium entis naturalis tam in communi, quam in particulari, restat, ut de ipsorum compositione, & coniunctione agamus scilicet cum materia prima, & forma substantialis, quae sunt 2 principia entis naturalis in facto esse inter se coniungant, ut ex ipsis fiat ens naturale, restat proinde ut de hoc conflato seu constituto, composito ve, agamus. & cum istae duae partes considerari possint simul unitae ad ipsum totum constituendum, & componendum. ideo de unione erit nobis prius inquirendum. rursum autem ex ipsis unitis resultat totum, unde an ipsum totum a partibus distinguatur disquiretur, ulterius autem de terminis talis totius compositi substantialis erit venandum. quia vero cum materia, & forma, possint considerari prout unitae ad constituendum totum in esse, quo pacto dicuntur constituere essentiam, hoc modo ipsis correspondet existentia ut terminus in linea essendi, unde de distinctione essentiae ab existentia erit consequenter investigandum, & ulterius ipsa materia & forma, ut unitae considerari possunt ut sunt principium radicale operandi, ex eo quia operari sequitur ad esse, & substantiae inspectae constituunt naturam, unde composito correspondet subsistentia, ut terminus, quia ratione subsistentiae constitutum suppositum capax operandi, seu eliciendi operationum. unde de distinctione subsistentiae a natura, & ab existentia disquiretur. unde pro complemento ultimum disputationum institutum ut de terminis extrinsecis, & accidentalibus ipsi composito disquiramus unde de terminis magnitudinis, & parvitatis erit sermo, & forma 2° libro in ...

QUAESTIO I.

Utrum UNIO DISTINGUATUR REALITER A MATERIA & FORMA?

§. 1.

Praenotantur nonnulla.

Pro.

Pro quæstionis intelligentia notandū est unionē sumi posse triplicitèr, 1. 1º. pro actione agentis naalis, unientis mag. & frg. seu ex maa frg educentis, (si educibilis est fra) quo pacto resultat etiā passio prædicamentalis, recepta in 9posito substantiali, verū sic sumpta unio potiùs dici debet unitio quā unio, unde & pro nunc supponimus qd unio hoc modo sumpta, quæ nempe est unitio, uniens active mag. cū fra, & inferens passionē prædicamentalē in toto 9posito, distinguitr realitr. tū amaa 1a, tū a forma substantiali. ~ Cuius suppositionis ratio, ex eo 9stat. quia tā actio agentis, quā passio illata ab actione 9stituunt diversa prædicamta. quippe maa, & fra, substantialis, pertinent ad prædicamtū substantiæ, & actio, & passio alias duas categorias ex sex ultimis constituunt. ~ ~ & insuper 9stat, qa tam actio uniens quā passio illata ab actione sunt quid citò transiens, maa, autē, & fra, sunt quid permanens, ergo tam actio uniens, quā passio ab actione illata distinguntr realitr a maa, & fra.

Rursus 2º. 2

unio sumi potest relative, scilicet pro relationibus quæ resultant inter mag. & frg. quæ etiā unio in plaucsibiliori, & 9muniori sententia distinguente relationē prædicamentalē a suo fundamto, distinguitr etiā. a maa, & fra, unde non est difficultas præsens, de istis duobus modis quibus unio accipi potest. quippe, ut sic sumpta unio dististinguitr realitr a maa, & fra. 3

Igitr rursus 3o

unio sumi potest propriè, scilicet formalitr, quo pacto unio effectiva præsupponitr ad unionē formalē, & unio relativa subsequitr ad prædictam unionē formalē, igr. unio formalitr accepta sumitr pro medio colligante mag cū forma, seu pro ratione formali uniendi ut quo mag. cū fra, unde de unione sic accepta inquirimus talis unio sit aliquis modus substantialis, medians ut quo inter mag. & frg. illas formaliter connectens, & uniens,? utrū nempe distinguatr realitr a maa, & forma? vel. An potiùs cū ipsis identificetr.? seu qd idē est an maa, & forma, pro formali unionis importent aliquod vinculū, seu nexū aliquē, mediantē & cadentē inter ipsas prout in facto esse sunt unitæ, & 9stituentes ipsū totū 9positū substantiale, qui nexus realitr ab ipsis distinguatr.? ~~

§. II. Referuntur sententiæ.

Tres in præsenti difficultate circumferuntr sententiæ, quarū prima 9tendit unionē pro formali esse aliquod vinculū, seu aliquē nexū

realiter distinctus a maa, & fra, medianti, & cadentis inter ipsas prout infacto esse sunt unitæ. hanc ssm unicus modus unionis realiter distinctus a maa, & forma admittentis defendunt, ex thomistis. Bannez. 1. p. q. 76. ar. 1. dub. 3. = P. Complutenses in Physica. disp. 6. q. 2. = Illust. Araujo. 3. p. q. 2. ar. 8. dub. 2. = SS. P. M. Joseph Saenz de Aguirre in Physic. disp. 19. sect. 2. = & alij quam plurimi thomistæ. est insuper hæc sa plausibilior inter Doctores Societatis, & in Schola Subtilis Doctoris. =

5 Secunda sententia admittit, & agnoscit inter materiam, & formam, duplicem modum unionis, realiter distinctum, tum a maa, & a fra, tum, & quilibet ab alio. unde asserit hæc sa unum se tenere ex parte maæ, & alterum ex parte formæ. hanc sam tenet ex thomistis Illust. Godoy. 3. p. disp. 11. §. 8. n. 111. & in manuscriptis eam tenent aliqui ex nostris. = hanc etiam docet Vazquez 3. p. disp. 18. =

6 Tertia sa extreme opposita est negativa, unde docet inter maam & formam, nullum medium cadere, & nullum reperiri modum unionis a maa, & forma distinctum, qui ipsas formaliter, & ut quo uniat, sed asserit maam, & fram seipsis immediate uniri absque eo quod ipsis adveniat aliquis modus realiter ab ipsis distinctus. hanc sam docet Caiet. 1. p. q. 76. ar. 1. = & 3. p. q. 2. ar. 7. & 10 = M. Joan. a Sto Th. in Physic. q. 6. ar. 3. = M. Lerma. q. 16. = & M. Joan. Mart. de Prad. docet hanc esse probabiliorem, in Met. 2. p. controv. 5. ar. 2. & & pro hac opinione citat Flandriam, Soncinatem, Capreolum, Alvarez, & alios thomistas tum antiquos tum modernos. hanc eandem tenet perdocte Deguegie, ex nris SS. P. M. Antt. de la Parra. tom. de incarnat. tract. 1. disp. 2. q. 2. ar. 2. = Cuius prælibatio sit:

§. III.

Statuitur Clo negativa, & authoritate fulcitur.

7 Sit nostra Clo: Vt materia prima, & forma substantialis in facto esse formaliter uniantur, non indigent aliquo modo unionis, realiter ab ipsis distincto, sed seipsis immediate uniuntur. Colligitur hæc Clo ex Aristle 8. Met. tex. 15. part. 9. idest in fine lib. 8. ubi enumerans causas quæ unitatem constituunt nullam aliam præter efficientem assignat, unde ait: * quare nulla alia causa est nisi quid fuit tamquam ex potentia in actum movens. * quæ verba exponens Angs. M. ibidem lect. 5. ait: * assignat, (idest Aristt.) causas erroris prædictorum, dicens quod causa, quare talia posuerunt est quia

in quiaubra

inquirebant quid faciens unu[m] pot[enti]a[m], et actu[m], et inquirebant diff[erenti]as eorum quasi oporteret eas colligari per aliquid unu[m] mediu[m], sicut ea quae sunt diversa secundu[m] actu[m].* et postea subdit:* et sic non oportet ea univi per aliquod vinculu[m] ut ea quae sunt penitus diversa, unde nulla causa est faciens unu[m] ea quae sunt composita ex m[ateri]a et f[orm]a, nisi q[uo]d movet pot[entia]m in actu[m].*

Rursu[m] 8
probatur ex D. Th. n[ost]ra ... 1. 2. q. 110. ar. 1. ad. 2. ubi ait:* inter forma[m] et mat[eri]a[m] non cadit aliquod mediu[m] q[uia] f[orm]a per seipsa[m] informat mat[eri]a[m] vel subj[ectum].* et q. unic. de Anim. ar. 9. in medio corp. ait:* sic ig[itu]r anima s[ecundu]m q[uo]d est forma dans esse, non habet aliquod aliud mediu[m] inter se, et mat[eri]a[m].* et ibidem in fine ait:* unde cu[m] f[orm]a s[ecundu]m se ipsa[m] det esse mat[eri]ae, s[ecundu]m se ipsa[m] unitur mat[eri]ae proprie, et non per aliud aliquid ligamentu[m].* = et 2. Contra g. cap. 58. ratione 5. sic ait:* ex duobus aut pluribus non potest fieri unu[m], nisi unu[m] illoru[m] se habeat ad alteru[m], ut actu[m] ad pot[entia]m, sic enim ex m[ateri]a, et f[orm]a, fit unu[m] nullo vinculo extraneo eos colligante.* Uterius 3. dist. 2. q. 2. ar. 2. ut suadeat verbu[m] divinu[m] univi imm[edia]te et absq[ue] modo unionis humanit[ati] X[rist]i D[omi]ni, affert exemplu[m] ex m[ateri]a, et f[orm]a, et ait:* inter mat[eri]a[m] et f[orm]a[m] nihil cadit mediu[m]* = q[uo]d et docet, 8. p. q. 2. ar. 7. 8. et 9. et alibi pluries. E[rg]o ex Angelico M. constat mat[eri]a[m], et f[orm]a[m] se ipsis imm[edia]te univi absq[ue] omni medio seu vinculo eas colligante.

Sed dices 9
[illegible] tan Philosophus, qua[m] Ang. M. praedictis in locis, et in alijs quae possent allegari solu[m] negant mediu[m] aliquod cadens ut quod inter mat[eri]a[m], et f[orm]a[m], non vero negant mediu[m] quo ~ haec est solutio valde plausibilis inter autores agnoscentes modu[m] unionis realiter distinctu[m] inter mat[eri]a[m], et formam quae solutio ex eo conantur suadere, q[uia] t[a]m Philosophus qua[m] Ang. M. unice intendunt negare mediu[m] impediens imm[edia]t[a]s informat[ione]s, qua[m] mat[eri]ae praestat f[orm]a et imm[edia]t[a]s maalizationes, qua[m] f[orm]ae praestat m[ateri]a, sed mediu[m] quod, ut quod mediante unice tale impedim[entu]m praestare posset, secus aut[em] mediu[m], quod solu[m] ut quo se haberet; E[rg]o ex praedictis verbis t[a]m Philosophi, t[a]m Angelici M. non convincitur inter mat[eri]a[m] et forma[m] non dari modu[m] unionis realiter a m[ateri]a et f[orm]a, distinctu[m].

10
S[e]d c[ontr]a 1o. si t[a]m Philosophus, qua[m] Angelicus Mag. solu[m] negarent mediu[m] quod, non vero mediu[m] quo, diminute processisset uterq[ue] non assignando illud mediu[m] quo, si aliunde esset necess[ariu]m ut m[ateri]a, et f[orm]a, inter se univentur, quippe Arist. 8. Met. et ibidem Ang. M. ex professo disquirebant quid faciat unu[m] inter mat[eri]a[m], et f[orm]a[m]. E[rg]o non assignando

medium quod ut quo exigitur diminute processisset sterum, quod nefas est dicere, ergo medium dicendum est quod neuter cognovit medium aliquod inter mag, et frg, sive ut quo sive ut quod medians

Rursus 2o. sic praeiactam solutionem impugno: quia verba

11

quibus Angelicus Mag negat aliquod medium cadere inter mag, et frg, sunt universalia. unde omne medium tam ut quod cadens, quam ut quo medians negatur, aliunde distributio non esset completa, sed incompleta, undecumque ad ipsam distributionem incomplete accipiendam nulla solida posit assignari ratio, nisi omnino voluntaria, unde proinde necessario dicendum esse Angelicum M. omne medium tam ut quod quam ut quo negasse. assumptum constat ex verbis Angelici M. ait enim, quod uniuntur nullo vinculo extraneo eas colligante, et quod nihil cadit medium, et quod non cadit aliquod medium, quae omnia aequipollentia sunt. nihil enim aequivalet nullo, et nullum et non aliquod similiter sunt aequipollentia. ergo omnino voluntarie limitantur verba Angelici Mag. ad distributionem incompletam. quippe praedicta signa praeseferunt distributionem completam.

Rursus, et

12

urgentius impugnatur praeiacta solutio, quia Aristoteles, et Angelicus M. praecitatis verbis negant inter mag, et frg cadere aliquod medium, quod praebeat impedimentum aliquod ut forma informet immediate mag, et ut materia materializet immediate frg; atqui hoc impedimentum praestatur tam a medio cadente ut quod inter mag, et frg, et tam a medio ut quo interveniente, ergo et Arist. et D. Th. utrumque medium negavere. caetera patent, et probatur min. quia Thomistae contra quos in praesenti praecipue agimus, dum in libris de Ortu, et interitu, disputant de subiecto immediato receptivo accidentium, uno animi consensu fatentur nullum accidens immediate inhaerere materiae [illegible], = et quando praemuntur ab Autoribus contrarium sentientibus quomodo materia prima disponatur ut immediate recipiat hanc frg, potius quam alia, si immediate non recipit dispositiones mediis quibus determinatur ad eius receptionem, respondent quod nequaquam recipit immediate dispositiones quia alias materia, et forma non unirentur immediate. = dumque rursus praemuntur simili quo nos ipsi intendunt praemere argumento nempe quod etsi materia prima reciperet immediate dispositiones tamen immediate informaretur a forma, et immediate ista materializaret, eo quia dispositiones media essent inter mag, et frg ut medium quo seu ut formalis loquar ut mediis quibus determinetur materia. = Respondent, et replicant praecitati contrarii Thomistae quod etiamsi dispositiones se haberent ut quo, seu ut mediis quibus determinaretur materia, si semel caderent inter mag, et frg, immediate, et immediatum reciperentur in materia, impedirent immediatam informationem, quam forma praestat mag, et immediatam materializationem quam frg praestat materia. = Nunc sic ex hac responsione sic

sic argumentor. ergo similiter nobis in praesenti licebit arguere, et negare non solum medium quod, sed etiam medium quo inter mag. et frm. quae aliam immediate non unirentur; ergo utrumque medium est negatum ab Aristotele et ab Angelico M. 13

Sed dices

quod Angelicus M. 1. p. q. 76. ar. 1. ad. 6. ait: * quod sicut Corpus leve manet quidem leve, cum a proprio loco fuerit separatum, cum aptitudine tamen, et inclinatione ad proprium locum, ita anima humana manet in suo esse cum fuerit a corpore separata, habens aptitudinem, et inclinationem naturalem ad corporis unionem. * ex quibus verbis sic argues, sed corpus leve constituitur sursum, seu in loco suo per ubicationem realiter ab ipso distinctam, ergo et anima unitur intrinsece suo corpori per unionem realiter ab ipso distinctam. 19

Rursus oppones (D. Thom. q. 27 de verit. ar. 3. ad. 25. ubi comparat informationem quam materiae praestat forma, operationi causae efficientis, sed haec distinguitur realiter a causa efficienti, ergo et informatio quam materiae praestat forma, ~~[illegible]~~ est aliquid distinctum ab ipsa materia, et forma. verba Angelici Mag. haec sunt: * duplex est actus formae, unus, qui est operatio, alius vero actus formae, est materiae informatio, qui est actus primus sicut vivificare corpus est actus animae. * min. autem etiam constat, quod informatio est formalissime ipsa unio formae ad mag. ergo si informatio formae ad mag. est quid distinctum ab ipsa materia et forma, similiter et ipsa unio est aliquid distinctum a materia, et forma. 25

Ulterius ratione desumpta ex paritate quae in hac autoritate continetur potest fulciri argumentum nam exercitium causae efficientis distinguitur realiter a causa efficiente, ergo et exercitium causae formalis, scilicet informatio distinguitur etiam realiter a causa formali, seu a forma, ac per consequens et unio distinguitur realiter a materia, et forma. 26

Sed contra nam praeiactae autoritates neutiquam evincunt contrarium nostrae conclusionis praesertim cum allatae in favorem nostrae conclusionis ita clare illam suadeant. ad 19 ergo ex 1. p. resp. (D. Thom. solum afferre similitudinem quandam, tum Corporis relate ad suum locum naturalem, tum causae efficientis respectu sui actus cum forma in ordine ad appetitum materiae, et in ordine ad eius informationem, unde minime convincitur distinctio realis unionis inter mag. et frm. igitur resp. ad 19 quod Angelicus M. comparavit corpus leve respectu sui naturalis loci cum anima relate ad corpus. in eo quod utrumque quasi extremum suae habitudinis, ut terminum suae naturalis inclinationis. scilicet

Corpus leve locus sursum, et anima corpus; at D. neutiquam dixit, neque leviter insinuavit Ang. M. qd sicut ubi est quid distinctum a corpore locato, sic unio est distincta ab anima, et corpore. alias si paritas in omnibus tenere deberet sicut ubi est quid accidentale relate ad corpus, sic et unio esset quid accidentale relate ad animam qd nullus dixit, ergo est quod paritas non tenet in omnibus. stat ergo qd solum teneat penes id, ad quod stabiliendum sumitur exemplum scilicet penes inclinationem naalem ad suum terminum.

17 Et per hoc patet ad 2am partem etenim Angelicus M. solum ibi intendit suadere, qd informatio est exercitium cae formalis, sicut operatio est exercitium cae efficientis; sit, vel ne tale exercicium distinctum a formatione est questio alterius loci, alias ut supra arguebamus si paritas teneret in omnibus sicut operatio de linea efficientis est accidens, ita, et informatio de linea cae formalis esset accidens, qd non dicet quis.

18 Ad argum antis desumptum ex ratione inclusa in parit. resp. concesso anti, neg. cons. cuius disparitas constat ex eo quod exercitium de linea efficientis est exercitium de linea dicente in suo conceptu perfectionem, unde identificari nequit cum cãa, alias ut dicitur ad tract. de cais, esset caa infinita; at exercitium de linea cae formalis est exercitium de linea dicente in suo conceptu imperfectionem unde identificari valet cum fra, quin arguatur aliqua perfectio excedens capacitatem formae, sed potius arguitur imperfectio, quippe identificare secum imperfectum, imperfectio est. ergo neutiquam convincitur ex Angelico M. qd unio distinguitur realiter a maa, et fra.

§. IV.

Ratione suadetur Xl.

19 Iam ig. ratione stabilitur Xl. quia maa la. seipsa, et absque aliquo superaddito est poa receptiva formae, et forma seipsa est actus sui maae, ergo ut maa recipiat fram, et ut fra informet maam non indigent aliquo a seipsis distincto sed unice exigitur actio activa agentis immutantis maam, ut recipiat fram, et applicantis illam, nunc sic, sed implicat qd maa recipiat fram, et quod forma informet maam, quin intrinsece inter se uniantur, ergo maa la. et fra substantialis, seipsis immediate uniuntur.

20 Rursus confirmatur. si maa la egeret aliquo vinculo unionis realiter distincto, ut intrinsece uniretur formae, et forma egeret eodem vinculo ut informaret maam, maa la seipsa non esset poa expedita ad recipiendam fram, neque forma esset seipsa actus primus expeditus ad informandum

informandū mag. quipe expedientr per illū modū unionis; sed maa se ipsa est poa expedita ad recipiendū fig. & forma seipsa est actu suū expeditū ad informandū mag. ergo ut intrinsece recipiat maa fig, & ut fra intrinsece informet mag non est opus aliquo modo unionis realitr ab ipsis distincto.

§. V.
dissuuntur obiecta.

21

Pro 2.d dices, quod ex Arist. lib. 7 topic. cap. 2 loc. 17. * si potest alterū sine altero esse, non erit idē. * unde ortū habuit illud cōmune axioma, * quę realiter separantr realiter distinguntr. * sed unio realiter separatr a maa, & fra; ergo unio realiter distinguitr a maa, & forma. cōseqūa constat. min. autē nota est in morte hominis & mai est expressa Arist. & insuper raone naali.

22

Ad 2.d contra hanc replicā, quā invictissimā censent adversarij. resp. admissa maiori, ut iacet, dist. min. si unio separatr a maa, & forma, quo ad rectū neg. mai. quoad obliquū, conc. min. & nego. cōq. dicimus ergo quod unio quoad rectū non deficit, quipe unio quoad rectū, est quid indistinctū a maa, & fra, sed solū deficit unio, quo ad obliquū, & cōnotatū, scilicet quoad obliquū applicationis, quū nempe deficit actio conservativa ipsarū, & alię cōditionę exactę ad cōservationē.

23

Replicabis, & dices 1.o quod hęc nostra solutio anū prębet ut merito audiamus illā vulgarem vocem. qua nos, encomiastes nostri Connotatores, vociferant. = 2.o sic raone insurges, nā illa cōnotatio ob cuius defectū deficit unio, vel est quod manente in rerū naa entitate maę, deficiat fra, vel est quod manentibus utrisque entitatibus maę, scilicet, & fre, deficiat aplicatio extrinseca agentis, vel est aliquid aliud; sed neutrū potest esse, ergo unio non solū deficit ex parte obliqui & cōnotati, sed etiā ex parte recti. min. quoad 1ā partē cōstat in morte hominis, in qua perseverat tū entitas maę, tū entitas formę. = quoad 2ā autē partē probatr, quia illa applicatio extrīnseca agentis in tm̄ sufficeret ad unionē, quū non solū effective, sed etiā formaliter, & intrinsece per illā unirentr maa, & fra, sed hoc est impossibile, quipe applicatio illa solū effective cōcurrere potest, ergo illa applicatio extrinseca non sufficit ut uniantr, ac proinde unio non solū deficit quoad obliquū, sed etiā quo ad rectū.

24

Ad 2.d cōtra, & omittendo defensionē ad illā frivolā impositionē, qua cū pronomine Connotatorū nrām solutionē illudere connantr, resp. quod cū non sit novū tū in Phylosofia, tū in theologia sacra recurrere ad extrinseca cōnotata ad constitutionē

alicuius rei. illud cnotatum ob cuius deffectum defficit unio est actio applicativa, et conservativa, maae, et formae, invicem communicatarum inter se etenim actio illa facit, ut maa sit intime presens formae, et forma sit etiam intime presens. maae, qua intima presentia, et indistantia stabilita, maa, et forma se ipsis immediate uniuntur, quod totum intelligitur absque modo unionis realiter distincto. imo si talis modus daretur impediret utique hanc immediatam communicationem utriusque, unde et si applicatio extrinseca agentis, se ipsa solum effective, et non formaliter concurrat, tamen ea posita, maa, et forma se ipsis immediate formaliter uniuntur.

25

Sed dices, quod illa intima presentia, quae maa, et forma possunt inter se sortiri ob cnotationem illius actionis applicativae solum est ut sic dicamus presentia quasi localis; atqui stare potest illa intima presentia localis, maae, erga fig. et e contra sine quod mae quin uniantur inter se, ergo est quod defficit modus unionis superadditus. mai. constat quippe illa presentia, et indistantia non videtur esse posse alterius ordinis, proba ergo min. quia hoc quod est ponere animam separatam intime presentem, seu indistantem mae etc. quae propria fuit ipsius animae non excedit facultatem Angelicam, atqui tunc casu stante illa intima presentia seu indistantia, illa anima non unitur mae etc. ergo stare potest predicta indistantia, quin maa et forma inter se uniantur. mai videtur constans, quia non est supra facultatem Angelicam impedire omnem mediationem inter illam animam separatam, et eius maam propriam. proba ergo min. quia si posita illa intima presentia maa, et forma uniretur sequeretur quod resuscitare mortuos non esset supra facultatem naturalem Angelorum, unde resurrectio mortuorum non esset miraculosa, quod nefas est dicere. neque ullus ex Antiquis Philosophis qui intelligentias separatas Caelorum motrices agnovere, talia dixit. ergo stat illa intima presentia inter maam, et formam, quin intrinsece inter se uniantur, ergo est quod defficit modus unionis

26

Sed contra

quia presentia, quam maa erga fig. et fra. erga mam habere debent inter se, ut intrinsece uniantur non est illa presentia quasi localis memorata in argumento, sed est alia excellentior presentia, seu intimior approximatio, quae substantialis valet appellari. cuius ratio est. quia unio quam inter se habent maa, et fra. cum sit prior priori ad omne accidens, est utique unio substantialis constituens unum per se, ac proinde est unio pro priori ad omne ubi. unde presentia exacta neque est localis, neque quasi localis, sed substantialis, quae utique causari nequit ab aliqua virtute Angelica, quippe intra sphaeram Angelorum solum est approximatio

matio localis. per motum localem. sive strictum, qualis est qui exercetur a corporibus motis ab Angelis. sive altiorem qualis est qui exercetur ab animalibus motis ab Angelis.

27

Sed. replicabis quod etiam potest stare haec praesentia substantialis. mae. et formae, et extra, quin maa, et forma intrinsece uniantur inter se. ergo est quia deficit unionis modus. Assumptum suadet, quia Deus saltem de potentia absoluta, creare potest animam rationalem intra mam, ultimo dispositam ad eius receptionem, et in hunc casum potest Deus servare in eadem maa formam substantialem embrionis, ergo hunc casum anima rationalis erit intime praesens. praesentia substantiali mae primae, et aliunde maa, et forma, inter se non uniuntur. cum ut supponitur non sit expulsa forma corrumpenda.

28

Rursum suadetur idem assumptum quia potest Deus penetrare humanitatem Petri cum humanitate Pauli, ergo hunc casum utraque forma substantialis erit intime substantialiter praesens, mae alterius, quin forma substantialis Pauli uniatur mae Petri, et e contra neque forma Petri uniatur mae Pauli. ergo est quia deficit modus unionis.

29

Sed dico quod ut detur sufficiens praesentia substantialis, exacta simpliciter ut intrinsece uniantur inter se maa, et forma, non sufficit quod Deus creet animam rationalem in maa ultimo disposita, si tamen ibi servat formam Embrionis; imo casus est implicatorius quia implicat mam esse ultimo dispositam. ad animae rationalis receptionem, et quod simul servet formam substantialem Embrionis, quippe una, et praecipua, ex ultimis dispositionibus est non servatio, seu expulsio formae substantialis corrumpendae. unde forma Embrionis ibi miraculose servata impediret intimam praesentiam substantialem, quam anima debet habere ut uniatur mae. cum intimior sit eidem mae anima rationalis, quo destructa, et expulsa sit forma Embrionis. unde ratio obquam non unirentur hunc illi mae anima ibi creata, non est ex defectu modi unionis, sed quia non habet praesentiam illam intimam quam habere debet.

30

Et per hoc ad 2um probatum patet solutio. etenim licet Deus penetret illas duas humanitates, forma Petri non est intime substantialiter praesens mae Pauli, sicut neque e contra forma Pauli, mae Petri quia neutra maa est disposita ultimo, imo neque aliquo modo ad alterius formam, quippe ut diximus una ex praecipuis ultimis dispositionibus est absentia cuiuslibet alterius formae substantialis, et rursus forma Petri intimior, et praesentior est suae propriae mae. quam mae Pauli, et e contra. ergo ratio ob quam non uniuntur non ex defectu modi unionis, quippe non exigitur, sed ex defectu intimae praesentiae substantialis exactae.

31 S.d replicabis cum quodam A. ex nostris. quod de facto Deus creat animam rationalem intime substantialiter praesentem materiae &c. quin ex vi creationis uniatur anima rationalis materiae &c. ergo stare potest intima praesentia substantialis in solutione exacta, quin materia, et forma uniantur. ergo est ex defectu unionis. ans suadetur. quia de facto non creat Deus animam rationalem extra materiam &c, sed intra, atqui pro illo priori pro quo intelligitur actio creativa Dei, ut praeveniens actionem generativam hominis, et si intelligatur anima rationalis intra mat. et intime substantialiter praesens eidem mat. non unitur mat. ergo taliter Deus creat animam rationalem intime substantialiter praesentem mat. quod ex vi creationis non intelligitur unita. unde erit ob defectum unionis mai est omnino certa quippe anima rationalis non creatur in aliquo instanti extra mag. probatur ergo min. et inprimis suppositum illum est constans, quia nulla alia intimior praesentia substantialis excogitari potest, quam illa, quae pro illo priori creationis, habet anima, ergo mag. quippe pro illo priori est materia, ultimo disposita, et absque omni forma substantiali, alioquin pro eodem instanti haberet materia duas formas substantiales. = probatur ergo min. quo ad id quod affirmat. quia alias si pro illo priori Anima rationalis intelligeretur unita mat. &c. actio generativa hominis nihil faceret, ac proinde esset frustra, quod est manifeste falsum cum Deus et natura, nihil faciant frustra. ergo ideo pro illo priori non intelligitur unita anima rationalis mat. &c. quia pro illo priori nondum intelligitur actio generativa hominis producens unionis modum. ergo stat illa praesentia substantialis formae ergo mag, quin intrinsece uniantur.

32 S.d ergo nostra ratio obiectionis pro illo signo actionis creativae non intelligitur anima rationalis sufficienter substantialiter praesens mat. &c. ut intrinsece cum illa uniatur, est quia illud signum non est signum unionis, quippe unio exigit instans reale ut verificetur, ac proinde usque dum pro alio signo intelligatur actio generativa hominis ultimum et exactum praesentiam substantialem praebens, non intelligitur anima unita, unde signum illud actionis creativae, neque est signum unionis, neque non unionis, sed est signum praecisionis, = nisi velles, quod neque pro alio signo subsequente, ponatur actio generativa hominis, sed unice in toto illo instanti reali intelligatur et sit actio creativa Dei, quia tunc casus Deus non solum erit causa universalis illius geniti, sed etiam particularis, unde ratio obiectionis pro illo signo non intelligitur anima rationalis unita, non est est defectus modi unionis, quippe iste necessarius non est, imo esset perniciosus, utpote impediens immediatam dicationem mat. cum forma, et sed est quia pro illo signo nondum intelligitur adaequate praesentia substantialis exacta. usque dum succedat aliud signum, ut verificetur instans, quod exigitur ad unionem.

§. VI.

§. VI. Alia dilluitur replica

33

Sed iterum Dom. Rlis replicabis, et post. est replica ad omnes precedentes solutiones et dices: quod ex nra Rlt. et ex nostro modo dicendi videtur sequi quod detur in rerum natura nova actio generativa, quæ nihil omnino producat; atqui hoc videtur falsum, ergo actio generativa hominis debet producere unionis modum, premissæ indigent probat. probatur ergo mai. probanda postea min. quia actio generativa hois, est nova actio, in rerum natura existens; sed si hæc actio non producit unionis modum nihil producit. quippe non producit animam rationalem, nec magis. cum utraque sit ingenerabilis, unde utraque per creationem a Deo solo producitur, ergo si non datur modum unionis sequitur quod detur in rerum natura aliqua nova actio, quæ nihil omnino producat. = Iam ergo probatur illa min. tum quia si illa actio nihil in rerum natura producit frustra esset in rerum natura. tum quia omnis actio specificatur a termino, quem producit, ergo si non producit unionis modum, non datur terminum a quo specificetur, = Unde et rursum sequitur dari in rerum natura aliquam naturam genericam, quæ non sit in aliqua specie determinata, quod est ponere ideam platonicam, sequella patet, quia illa actio esset generativa. pro inde quia in genere actionum productivarum, et cum aliunde nihil produceret, non esset in aliqua determinata specie. ergo existeret in rerum natura Idea Platonica, quæ est insignis chymera.

39

Sed Dico. Respondetur quod etsi actio generativa hois non producat modum unionis, neque animam, neque mag, tamen est necessarissima ad hois generationem, quippe talis actio facit quod materia exerceat officium primi subiecti recipiendo formam, et quod munus actus ei exerceat forma, informando mag. quorum utrumque quælibet per suam met entitatem facere potest. unde et si nihil ut quo, (ut sic dicamus) producat illa actio, seu et si non producat aliquam partem seorsim, totum aliquid ut quod producit cum eo ipso quod applicet mag formæ, et formam mag. constituat, et producat novum hominem. = Et iste modus producendi aliquod tertium, absque producto alicuius partis illius tertij non est quid novum in Phylosophia, neque in Theologia Sacra. nam Phylos. 7 Met. ait: * non fit sphæra, non fit æs, et fit sphæra ærea.* En secundum Phylosophum novam actionem productivam sphæræ æneæ scilicet, quin producat seorsim aliquam partem sphæræ. = Et in Theologia Sacra in fere omnium Thomistarum communi sententia Visio beatifica, est nova actio, et tamen nihil producit, cum Verbum non producat, in hac sententia. = Unde Ang. M. q. 2. de Poa. ar. 2. ait: * Non semper potentia activa per suam actionem aliquam rem producit, quæ sit terminus actionis, cum sint multæ operationes quæ non habent aliquid operatum. ut Phylosophus dicit. 1. Ethic. et 9. Met. *

in quibus verbis expresse docet Ang. M. qd non omnis actio productiva debet aliquid novum producere: ergo stat qd actio generativa hominis sit necess.ria ad hois generat. & si non producat modum unionis, praesertim cum ig assignemus terminum qui illius scilicet ipse homo ut quod productus.

35 E certe vellem in doctrina filij regis, nam dato qd actio generativa hois, produceat modum unionis, adhuc talis modus unionis specificare nequit actionem illam cum x.to thomistas, contra quos in praesenti, in libris de ortu, & interitu, terminus actionis generativae, sit duplex, scilicet, terminus qui, & terminus quo & rursus terminus quo adhuc vipartitur, in totalem, scilicet, & partialem, & asserunt omnes unanimiter, qd in homine, v.g. terminus qui est ipse homo productus terminus quo partialis est anima, & terminus quo totalis est humanitas. St & in principio efficiente principium quod productivum est suppositum, sit hoo. & ratio formalis radicalis totalis adeqta. & totalis a qua oritur actio, est natura, sit humanitas, & ratio formalis est forma. sit anima. ergo ab his terminis specificatur actio generativa & non a modo unionis sidarctur, ergo in stiliter exigitur modus unionis ut sit terminus actionis generativae hominis & ut illam specificet, & cum aliunde ad nihil exigatur, dicendum est non dari modum unionis.

§. VII.

36 Paritas desumpta ex essentia, & existentia diltruitur

Secund. dices, (& potest esse replica ad hucusque dicta) qd in nostra, & omni thomistarum sn̄ia, signum evidens distinctionis realis inter aliqua duo est praedicatio accidentalis quae inter illa exercetur, ergo cum actu unici accidentaliter praedicetur de materia & forma unitis, sequitur qd unio realiter distinguatur a materia, & forma, ans constat ex D. Th. pluribus in locis, praesertim 1.p.q.3.ar.4.= & 2. contra g. cap. 52.= & ultimum suadetur ex paritate ess., & exist., quippe una ex rationibus quae thomistae reputant efficaces ad stabiliendam dist. realem inter essentiam & existentiam est qa actu existere accidentaliter, & proinde separabiliter praedicatur de omni essentia creata, sed actu unini accidentaliter, & proinde separabiliter praedicatur de materia, & forma, ergo si essentia distinguitur realiter ab exist. sic unio debet distingui realiter a materia, & forma.

37 Sed contra

qd assumptum solum est verum, qdo praedicatum dicitur accidentaliter de sub.o tam pro recto, quam pro obliquo, quo pacto exist. praedicatur accidentaliter de ess. at si qd solum de obliquo dicitur accidentaliter solum infertur qd obliquum distinguatur realiter a recto ut accidit in praesenti. quippe ut diximus, obliquum seu connotatum disting. a ma

ct maa, et fra. cum illud sit actio generativa, et applicativa, et dispositionum ultime exacte ad unionem. =

38

Sed replicabis: atqui actu uniri accidentaliter predicatur de maa, et fra. etiam pro recto, non minus quam actu existere dicitur de essentia, ergo sicut ista distinguitur realiter ab ess. ita unio distinguitur realiter a maa. et fra. subsumptio probatur quia ideo actu existere dicitur accidentaliter de essentia etiam pro recto, quia existentia est actualitas superaddita esse sed etiam actu uniri est exercitium superadditum seu actualitas superaddita mae et fae, secundum se sumptis; ergo actu uniri predicatur accidentaliter etiam pro recto de maa, et fra.

39

Sed 2do neg. actu existere ideo accidentaliter dicitur de ess., quia non convenit esse secundum suam entitatem, non autem quia est actualitas superaddita esse, cum potius hec causalis sit vera, ideo est actualitas superaddita esse, quia accidentaliter dicitur de ess. at vero actu uniri convenit mae, et fae, secundum suas entitates concreise, positis tamen conditionibus exactis, scilicet posita actione agentis, et dispositionibus determinantibus mam. unde actu uniri nunquam pro recto dicitur accidentaliter de maa, et fra.

90

Sed adhuc replicabis, si actu existere est actualitas superaddita esse, ergo et actu uniri est actualitas superaddita mae, et fae. ans. patet. et cons. probatur ideo actu existere est actualitas superaddita essentie, quia aliter si identificaretur cum essentia, essentia esset infinita, sed etiam si actu uniri identificaretur cum maa, et fra, quelibet esset infinita. ergo sicut actu existere est actualitas superaddita esse ita actu uniri est actualitas superaddita mae, et fae.

91

Sed dist. ans. et nego cons. et ad probationem nego minorem. Cuius disparitas consistit in eo quod si existentia identificaretur cum essentia ista esset infinita; quia nempe identificaret actum ultimum in linea essendi qui actus ex suo conceptu non dicit limitationem, ac pro inde non esset unde limitaretur quippe actus ultimus de linea essendi est in linea dicente in suo conceptu formali perfectionem, at vero actu uniri est actualitas de linea cause formalis, que in suo conceptu dicit imperfectionem, unde tantum abest quod sit perfectio identificare secum actu uniri, quin potius sit imperfectio magna.

§. VIII.

Alia solvuntur argumenta

92 Obiicies 1°. q. si non datr modus unionis inter mag. & frg. realiter ab ipsis distinctus, nullu dabitr fundam. ad relationes, quae inter mag. & formg resultant, sed hoc non est dicendu, quippe relatio omnis exigit fundam. ad sui exist., g° datr modus unionis realitr distinctus a mag. & fra. mai videtr cstans, nq si aliquod esset fundam. max. modus unionis, g° si iste non datr nullu datr fundam. ad praedictas relationes.

93. Rsd. 1°. & inprimis, etiā si datr modus unionis non sufficit ad tales relationes fundandas, g° ex hoc capite non convincitr exist.a modi unionis, cns suadetr. q. relatio quaelibet exigit suu fundam., g° cu relationes quae inter mag. & formg resultant sint duae erit proinde insufficiens modus unionis.

94 Nec valet dicere qd etiā si sit unus modus unionis habet duplicē consideratione, & proinde poterit duas relationes fundare. = Non inquā. id valet quia cu relatio sit ita minimae entitatis, exigit pro suo fundamento entitatē, quae sufficere valeat ad dandum esse ipsi relationi, ac proinde non sufficit diversa formalitas, in unico modo unionis, ut sit fundam. duaru relationu.

95 Ob hanc, & ob alias rationes alij authores quos retullimg & referendo sunt, contendunt duplicem modu unionis reperiri inter mag. & frg, ut uniantr, alteru qui exparte mae se habeat, & alteru, qui exparte formae seteneat.

96 Rsd. 2°. nq modus ille qui setenet exparte mae vel unit mag formae, vel non. Si non, g non est modus unionis, quippe ex terminis unio dicit colligare extrema, si autē unit mag fre, g° etiā fra. est unita mae, quippe inintelligibile est qd detur unu extremu alteri unitu, quin illud alteru sit etiā unitu illi extremo unito. etenim unio unius ad aliud ex vi sui conceptus est nexus duoru. g° implicat mag esse unitā formae, & qd forma non sit unita mae.

97 Rsd. dices. qd modus unionis, qui setenet exparte mae unit subiective mag, fre, & forma proinde non intelligitr unita subiective mae, sed tm terminative. unde exigitr alter modus exparte formae, ut forma sit subiective unita mae.

98 Rsd. 3°. & inprimis haec solutio est proprie. sui ctra terminis, unde seipsa corruit.

Dursus

Rursus implicat mag esse unitus subiective formae, quin materializet ipsam frm. sed chymera est qd maa maalizet frm. quin forma informet mag. ergo per unicum modum unionis non solum maa intelligitur unita subiective frae, sed et fra, intelligitur unita subiective mae. 49

Ulterius illi duo modi, quos admittit haec sententia vel uniuntur inter se, vel non? Si non uniuntur, ergo totum constitutum ex illis non est quid unum, consequentia patet. quia non est unum per identitatem ut constat, non per unionem, vel compositionem, cum tales duo modi supponantur non uniri, et aliunde cum totum illud constitutum sit quid per se unum necesse est dicere qd uniuntur illi modi in toto, compositio enim est distinctorum unio. ergo admittenda est prima pars dilematis. Nunc sic: ergo ut uniantur indigent alio 3o modo unionis, vel non. si indigent 3o modo ut uniantur, et in unum colligantur dabitur inter mag, et frm triplex modus unionis. = et rursus unus non sufficiet ut colligantur illi duo modi quippe. unus tantum uniet unum subiective, et alterum terminative, unde erit necessarius quartus ut alium uniat subiective, et proinde ad istos duos supperadditos uniendos erit necessarius quintus, et eadem ratione sextus, septimus, et octavus usque in infinitum. ergo admittenda est alia pars dilematis nempe qd tales duo modi seipsis immediate uniuntur. ergo et maa et fra, poterunt seipsis immediate uniri absque modo unionis ab ipsis realiter distincto. 50

Unde Respondeo ad principale argumentum. qd ut resultent relationes inter mag, et frm, non exigitur aliquis modus unionis, sed fra, prout informat mag. est fundamentum relationis quae se tenet ex parte formae, et maa, ut maalizat frm, est fundamentum relationis quae se tenet ex parte mae.

Obiicies 2o. 51 et dices, qd ut partes continui continuantur inter se, indigent modo unionis realiter ab ipsis distincto, ergo ut maa, et fra uniantur inter se indigent similiter modo unionis realiter ab ipsis distincto. antecedens constat, tum in linea, quae indiget punctis, tum in superficie, quae indiget lineis, tum in corpore quod indiget superficiebus. tum in tempore quod indiget instantibus, et in motu, qui indiget mutatione. 52

Respondeo negando consequentiam. et disparitas est clara, quippe partes cuiuslibet continui non se habent per modum actus, et potentiae, sed ut actus, unde indigent aliquo determinante eas ut uniantur. at vero maa et fra se habent ut actus, et potentia, unde se ipsis immediate uniuntur. quippe seipsis sunt immediate proportionatae. ~~

QVÆSTIO. II.

V[trum] TOTVM DISTINGVATVR realiter A SVIS PARTIBVS SIMVL SVMPTIS, ET VNITIS.?

§. I.

Prænotantur nonnulla.

53 Sensus quæstionis est de toto composito substantiali fisice sumpto, utrum distinguatur a suis partibus simul sumptis. Et dicimus simul sumptis, nam certum est quod quælibet pars si sumitur seorsim ab alia, distinguitur totum ab illa. homo enim non est sola materia prima, et neque sola anima rationalis, unde loquimur de partibus coniunctim sumptis

54 Rursus sensus quæstionis est de toto composito fisico, quippe de toto logico, et Metaphysico. ut diximus in logica. non distingui a suis partibus nisi per rationem, et et ipsæ partes inter se logice, et Metaphisice sumptæ tantum distinguuntur obiective, et per rationem. ut ut in logica ostensum est.

55 Ad pro quæstionis intelligentiam notandum est. quod etsi totum compositum substantiale physicum præter materiam, et formam, includat tum subsistentiam tum Existentiam. immo et aliquos. et modum unionis, tamen neque subsistentia, neque existentia, neque modus unionis sunt totum, sed termini seu modi ipsius totius, et ipsius compositi substantialis, unde stricte et si non sint partes integrantes ipsius totius, pertinent tamen ad ipsum totum, atque ut partes, et si late. ad modum quo modificationes rerum pertinent ad ipsas res quarum sunt modificationes. unde stricte, in toto composito substantiali fisico nullas alias partes strictas agnoscimus nisi materiam primam, et formam substantialem, ex quibus unitis resultat totum. v.g. in homine, et est materia prima, seu corpus, et est anima rationalis. quæ duæ partes invicem unitæ constituunt humanitatem unde in præsenti idem est quod inquirit titulus ac si diceremus: utrum humanitas v.g. sit quid distinctum a corpore, et anima. prout unitis, seu simul sumptis.

§. II.
Referuntur sententiæ.

56 Duæ sunt in præsenti extreme oppositæ sententiæ, & altera media. Prima sententia, affirmat totum distingui realiter a suis partibus simul sumptis, & unitis. hanc sententiam videntur tenuisse Antiqui Thomistæ, & illius expressam in Angelico Magistro iudicabant: Eam tenet Capreolus in 3. dist. 2. = Ferrara, 4 contra Gentes cap. 81. = Fland. 7 Met. q. ultim. ar. ultim. = Caiet. 3 p. q. 6. ar. 5. ad 1. = eamdem sententiam tenuit Avicena, 8. Met. cap. 4. = Eam docet Subtilis Doct. 8. Met. q. 4. = & in 3. dist. 2. q. 2. et est communis inter Scotistas. inter quos Pontius perdocte disp. 6. q. 1. = Ex Patribus Societatis eam tenent quoque plurimi, inter quos Vazq. 3. p. disp. 19. cap. 2. & noviter Ricardus Lince lib. 2. Physic. tract. 9. & alij quamplurimi. unde ex defectu autoritatis extrinsecæ, non potest non iudicari probabilis.

57 Secunda sententia iam his temporibus communior, totum non distingui a suis partibus simul sumptis, asserit, & defendit, videtur D. Th. & Arist. stare expresse pro hac sententia, eam tenent Recentiores Thomistæ. PP. Complut. in Physic. disp. 6. q. 4. = M. Ioan. a S[to] Thom. ibidem. q. 6. ar. 2. = Serna lib. 1. Physic. q. 17. = Barra. in Physic. disp. 6. dub. 2. = Martinez de Prado in Met. 2. p. controv. 6. ar. 2. & novissime. RR. P. M. Ioseph. Saenz de Aguirre. in Physic. disp. 7. Sect. 1. = & eam tenet N. SSmi. RR. P. M. Raphael de Aversa. in Physic. q. 19. Sect. 8. = & est communis his temporibus.

58 Tertia sententia docet totum distingui a suis partibus formaliter ex natura rei. ita Arauxo. lib. 7. Met. q. 3. ar. 1. = & alij =

§. III.
Statuitur Conclusio.

59 Sit secunda sententia nostra Conclusio. unde dicimus, quod totum non distinguitur realiter a suis partibus simul sumptis, & unitis. = Probatur 1°. Ex Arist. 5. Met. tex. 30. apud D. Th. lect. 21. ubi ait: * totum dicitur Cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur, & quod continet contenta, ut unum quid illa sint. * in quibus verbis, ut constituat totum solum enumerat partes, = idem docet. lib. 2. de Anim. cap. 1. ubi ait: * Anima, & corpus est animal sicut pupilla, & visus est oculus. *

60 Rursus suadetur Conclusio ex D. Th. 4. contra Gentes cap. 81. ubi

ubi hæc habet vba: * de humanit.e non ē intellig. q.d sit quæd. fra
Surgens ex Diunct.e fr.æ ad mag, quasi realitr sit alia abstrag.*
quæ verba videntr exp.sse Dtinere nrã Q.õẽ. 61

Rationes pbr. 1.° Q.ᵒ

1.º si toty distingueretr realitr a suis partibg, dy non intelligeretr illa en-
titas totius, non intelligeretr toty: S.d unice intellectis maa, & fra
unitis intellig.r toty; g.º est q.ª toty non dicit aliq entitat.z a partibg.
mai. Dstat. quipe non intellecto p.dicato constitutivo rei, non intelli-
gitr res, & non intellecta entit.e quæ est ess.º alicuiy non potest talis
res intelligi. pbr. g.º min. q.ª unice intellectis maa; & fra unitis, &
p.cisa qualibet alia entit.e maa, & fra, faciunt aliqd uny, seu
Dstituunt quoddã toty, qd est uny p.er se. atqui tale Dstity ex maa,
& fra, non est uny unit.e simplicitatis, g.º est uny unit.e Dpositionis, c.º
mai. est. Arist. 8. Met. in fine. ubi ait: * & qd p.õa, & qd actu, uny
quoddã m.º est. * & antea dixerat: * uny enim quiddã uny qdd.ã.*
id est. ut explicat D. Tho. * qd ex p.õa & actu fit uny p.er se. min.
etiã est certa. nã ex duabg entitatibg nequit resultare aliquod
uny, unit.e simplicitatis. qd enim simplex quid est, indivisibile est.
at uny qd.ã resolvitr in ea ex quibg Dponitr: g.º toty qd ex maa &
fra Dsurgit, divisibile est in mag, & frã. g.º est uny non unit.e sim-
plicitatis, s.d unit.e Dpositionis. g.º 62

Ulterius. Si toty distinguitr realiter a
partibus; g.º toty dicit aliquã entit.z p.reter partes. Dña. p.t. quipe
inintelligibile est, qd uny distinguatr realitr ab alio, si non dicit ali-
quã aliq entit.z ab illo alio. lapis enim distinguitr realitr a lapide:
g.º lapis a dicit aliq entit.z ab entit.e lapidis. &c. similitr. q.ª maa ra-
distinguitr realitr a forma, maa r.a est alia entitay, & si incpleta, ab
entit.e fr.æ. & sic de oi quocunq alio ab alio distincto. Dnc sic:
Sed implicat qd toty dicat aliam entitat.z ab entitatibg partium,
g.º toty non distinguitr a partibg. subsumpta pbr. 1.º q.ª vel entitay
illa, quæ toty dicitr addere supra partes, est simplex, vel est Dposita,
neutry pot.e dici, g.º toty non dicit aliq entit.z ab entitatibg partiy.
pbr. min. quoad 1.ã p.t. & deinde quoad 2.ã. q.ª si talis entitay esset
simplex, cy illa entitay esset toty, toty p.oinde esset uny unit.e simpli-
citatis, s.d hoc est falsy, quipe toty divisibile est in suas partes.
g.º toty non addit ad entitates partiy aliq entit.z simplicem. De

ig 2a. pars probr. quia si esset illa entitas composita, vel componitur ex alijs partibus a materia, & forma, vel non. Si non; ergo totum non est alia entitas a partibus, quippe ipsae partes exurunt componentes entitatem totius, vnde nullam entitatem praeter partes erit totum. Si autem entitas in qua dicitur consistere totum, & quae dicitur addere ad entitates partium, componitur ex alijs partibus a materia, & forma. Nunc sic. ergo vel illae partes ex quibus resultat totum, vt totum constituatur addunt aliquam entitatem, scilicet compositam, vel non.? Si non, ergo similiter ex materia, & forma vnitis, poterit consurgere totum absque additione alterius partis, si autem addunt aliam entitatem compositam sequitur processus in infinitum, quippe etiam alia entitas superaddita, & composita, vt sit totum exiget additionem alterius partis, etiam compositae, & sic de alijs, ergo de primo ad vltimum dicendum est quod totum non dicit aliam entitatem praeter partes.

63 Rursus suadetur subsumpta illa. nam vel illa entitas quae addit totum ad partes, est substantia vel accidens, neutrum potest dici. ergo totum non dicit aliquam entitatem praeter partes. prima minoris pars suadetur. nam ergo entitas adveniens enti constituto in actu non est substantia. quippe supponi debet quod in homine v.g. non est alia entitas substantialis praeter materiam, & formam. alioquin de homine non esset vnum per se, etenim ens per se solum consurgit ex actu, & potentia. scilicet ex materia prima et ex forma substantiali: (diximus supra quod non loquimur de subsistentia, & existentia quia istae sunt termini substantiales, de quibus nunc non loquimur, quippe reductive pertinent ad partes ipsius totius) quod autem entitas illa non possit esse accidentalis constat, quia alias totum non esset ens per se, sed esset quid accidentale. ergo dicendum est quod totum non potest addere aliquam entitatem supra entitatem partium, vnde totum non potest distingui a suis partibus simul sumptis.

§. IIII.

Dilluuntur obiecta

64 Sed dices, quod vt totum distinguatur realiter a suis partibus simul sumptis & vnitis non exigitur quod totum addat aliquam entitatem supra entitatem partium, sed sufficere, quod totum sit alia tertia entitas in quam, transeant, & confluant ipsae partes vt vnitae, ita, vt ex vi vnionis, & coniunctionis, quaelibet pars seorsim amittat suam entitatem, & transmutetur seu transeat in aliquam 3am entitatem, quae sit entitas totius, ergo totum poterit esse alia entitas ab entitatibus partium etiam simul sumptarum. quin exinde colligi totum addere aliquam entitatem supra entitatem partium. Sic Faber in 3. dist. 5. d. & alij Scotistae.

S.d Dtra. nq hec solutio & evertit totq Phylosofiq, & in 65
sacra Theologia non est secura. g.o non est sustinenda. assumptu
suadetr. & in primis qd evertat totq Phylosofiq videtr ostens. quipe
ex hac solut.e sequitr qd non sit in rerq nra maa. 1a, neq fra
substantialis. s.d hoc est evertere totq phylosofiq nag. g.o
hec solutio evertit totq Phylosofiq naalq. sequella videtr
evidens. q.a cq maa, & fra, sint partes totius, homo enim cons-
tat, ex maa, & fra, slt. ex corpore, & anima, maat.o & fra substan-
tialis proinde amittent suas entitates proprias, & aliq tertiq, sli-
cet entitatq totiq otituent. unde non erunt in rerq naa, maata,
neq fra substantialis, ad modq quo accidit in mixtione. v.g.
quando una portio aque infunditr cq totidq portione vini, non
remanent entitates aque, & vini que praexistebant, sed aliud
tertiq otituunt, unde illud tertiq mixtq. neq est maa
Osecrationis Calicis, neq est maa Bautismi. 66

Ulteriq non
est secura in theolog.a sacra. quipe in homine non erit anima
rationalis; sed ex illa et ex corpore osurget alia tertia en-
titas, unde Anima raonalis que in resurrectione reunitear cor
pori, non erit eadq ac anima beata, que beata est separata
a corpore; v.g. anima D. Petri, non erit eadq ac anima
seu fra, que habeat D. Petrq in resurrectione Judicij, quipe
separata, est pars, & reunita, amittet suq proriq entitatq, &
ofluet in entitq totius. & similitr cq sicut ex anima
raonali, & Caro unq est homo, ita Deq & homo unq est
Christq seq proinde qd in Xpo, non est Anima raonalis neq
humanitas, imo fortare neq Persona Verbi, sed potiq ex his,
ut ex partibq osurget, & otituta erit alia tertia entitq. que
otiq sequelle. sane non sunt, neq tute in fide. 67

Dices 1.o & oppo-
nes Phylosofq 5. Met. tex. 19. apud Ang. M. Lect. 16. ubi ait. qd *
Sex non sunt bis tria. * g.o cq due species ternarij sint partes,
ex quibq senariq osurgit, videtr qd totq distinguatr a partibq.

S.d O.o 68
nq in prędictis verbis Phylosofi, neq quo ad apparientiq otrariatr
otre D.li: unde sensuq verborq Phylosofi est qd due ternarie unitates

seu q͡d idē est duę species ternarię conservando species ternarię
non constituit aliā speciē, scilicet speciem senarię. q͡d utique evidens
est quippe una species non componit aliā unde ibidē Philosophus ait.*
sed sex semel, sex sunt.* idest sex unitates iunctę faciunt nu-
merum senarium. unde totum, idest, hæc sex non dicit aliud a partibus

Rursus

89 dices ex ratione. quia inter cāam et effectum necessario versatur distinctio realis
aliunde idē se ipsum cāaret, sed partes simul sumptę sunt cāa
90 totius, ergo totum distinguitur a partibus. ~~ Ulterius aliqua veri-
ficantur de toto quę de partibus non verificantur. ergo aliquid aliud dicit
totum præter partes.

91 Resp. 1°. dist. mai. inter cāam et effectum est dis-
tinctio realis si sermo sit inter cāas extrinsecas, et effectum conc. mai.
si sermo sit inter cāas intrinsecas et effectum neg. mai. et dist. sed partes
simul sumptę sunt cāa totius; sunt cāa intrinsecę conc. min. ex-
trinsecę neg. min. et cons. ratio est. quia causę intrinsecę causant
per exhibitionem suę entitatis, unde non distinguuntur ab effectu cau-
sato, sed sunt eędemmet ipsę ut communicatę. ~ Resp. 2°. ad
missa mai. ut iacet, dist. min. sed partes simul sumptę sunt
cāa totius utraque pars in recto neg. min. si una pars su-
mitur in recto, et alia in obliquo, et e contra, sed. min. et neg.
conam. dicimus ergo q͡d si partes sumuntur in recto, idest hoc pacto
maa, et fra si sumitur, sic non cāant totum sed potius sunt ipsum
totum causatum. si autem sumuntur una in recto, et alia in obli-
quo idest hoc pacto, maa recipit frā, ipsaque frā maalizat,
et fra informat maā. sic sunt causa totius et sic distinguuntur
a toto, quippe totum dicit in recto utramque partem. = ex his soluti-
onibus præbeas quę malueris mihi verior est prima. ~
Ad confirmationem resp. q͡d ut aliqua verificentur de toto quę non veri-
ficantur de partibus sufficit distinctio rationis inter totum et partes. unde
non sequitur q͡d totum distinguatur realiter a suis partibus simul sumptis. et unde

QVÆSTIO III.

Utrum EXIST.tia DISTING.R REAL.R AB ESSA

§. 1.

Prænotantur non nulla.

Quid

Quid nomine Essentiæ significetur, et quid nomine existentiæ? intelligatur oportet prænotare ut exinde facilius dignoscatur earum distinctio, vel indistinctio. igitur Essentia proprie est quod significatur per difinitionem, ceterum cum res per diffinitionem explicata in triplici statu possit considerari, scilicet, secundum se, in intellectu, et prout est aparte rei, similiter in eodem triplici statu possunt considerari essentiæ rerum. Primo ergo considerantur secundum se, idest quatenus solum explicant prædicata quidditativa, essentialia, et necessaria, quæ in omni statu exigunt reperiri, verum quod sic secundum se considerantur præscindunt tum ab existentia seu ab eo quod est esse aparte rei, et tum ab eo quod esse in intellectu unde talia prædicata prout sic etiam conveniunt essentijs rerum etiam submersa possibilitate inspiciuntur. unde ortum habuit illud commune proloquium logicale, scilicet, quod convenit alicui secundum se, semper et in omni statu debet illi convenire, et sub nullo potest illi repugnare. 3

Rursum In intellectu dicitur res, et concipitur, quando ita ipsi attribuitur esse, quod ei repugnet pro ut sic esse in rerum natura, unde rei prout in intellectu, attribuitur esse obiectivum, sicuti v.g. homini attribuitur esse speciem, et animali esse genus de quo iam diximus in logica. Denique aparte rei ita significatur essentia, quod illa prædicata quæ diximus rei convenire secundum se, et prout erat in statu possibilitatis, iam sint extra causas cum vero, reali, et positivo esse. quando ergo inquiritur utrum Essentia distinguatur realiter ab Existentia,? sermo non est de essentia secundum se, seu prout unice secundum se consideratur, neque est sermo de essentia, prout in statu possibilitatis, neque est sermo de Essentia prout est in intellectu. sed sermo est de essentia quæ datur extra causas, utrum distinguatur ab existentia mediante qua dicitur existens in rerum natura. 4

Verum insuper pro maioris intelligentia, de significatu præsentis Essentia, et pro maiori quæstionis intelligentia notandum est quod essentia sumi potest, Metaphysice, physice, et logice. logice sumitur quando concipitur ut subiectum denominabile ab aliqua secunda intentione generis vel speciei, vel alterius cuiusque universalis.

Ess.a metaphysice sumpta, dicit praedicata quae rei s[ecundu]m se conveniunt, unde & prout est in statu possibilitatis, conveniunt talia praedicata & proinde Ess.a ut sic constatur ex genere, & diff.a &c. Essentia autem fisice sumpta, explicatur per partes intrinsecas & quidditativas rei quae actu ipsi quidditative conveniunt, unde in rebus corporeis, essentia physica, constat, ex maa [materia] p.a & ex fra [forma] substantiali. & in rebus spiritualibus ess.a fisica cum sit indivisibilis, & in composita dicitur quod sit quaedam actualitas p.a capax existentiae. [Log]q.do de

75 Essentijs rerum corporearum, quae proprie physicae sunt, diximus Ess.s fisicas constari ex maa, & fra, unde cum maa, & fra, & possint considerari s[ecundu]m se, & possint considerari prout sunt extra caas, inquiximus proinde essentia physice sumpta, quae actu est extra caus.as, existat, per aliquam actualitatem sibi fisice superadditam, vel angustius quaerin[ius] per suam met entitatem sit & existat extra caas. unde x^x [ex] utrum existe.a sit actualitas superadditata ipsi essentiae, seu maae & formae unitis, quae sunt in rerum naa, unde Ess.a explicatur per hoc nomen ens, nominaliter sumptum.

76 Existe.a autem dicit proformaliter id quo essentia ponitur perfecte extra caas. seu existe.a est illa ultima actualitas quam essentia habere potest ut sit actu in rerum naa, & extra omnes caas. quaratione consuevit definiri, ex eo quod sit * actus ultimus essentiae seu ut ipse definit Angelicus M. q. unic. de Anima ar. 6. ad 2. per haec verba: * Existentia est ultimus actus qui participabilis est ab omnibus ipse tamen non participat. * unde Existe.a explicatur per hoc nomen ens, seu per hoc esse quo patet. D. Th. 1. p. q. 5. ar. 1. ait * quod ens dicit: aliquid proprie esse in actu. * & q. 21. Quest. ar. 2. in corp. ait: * impossibile est quod sit aliquod ens, quod non habeat esse unde q.do ess.a habet existentiam, seu q.do essentia existit, explicatur per hoc nomen ens participialiter sumptum. quippe existe.a sola non est neque essentia sine existe.a est, sed Essentia existens, est. Igitur

77 quaestio praesens, est de essentia quae in rerum natura est, utrum distinguatur realiter ab existentia media qua in rerum naa est? vel An essentia, se ipsa, & absque aliqua alia actualit.te superaddita sit in rerum naa, & extra omnes suas caas.? Seu quod idem est utrum

Utriq[ue] maa et forma, (quae etiam ut unitae constituunt essentiam totalem physicam, seu constituunt totum.) ut actu sint in rerum naa, et extra omnes causas indigeant aliqua actualitate superaddita, qua mediante sint, et existant in rerum naa, vel an se ipsis absq[ue] aliqua actualitate ipsis superaddita existant, et sint in rerum natura, et extra omnes causas? 78

Tres in hac parte versantur sententiae prima identificat essentiam, et existentiam, unde ita sentit ut actu sit essentia extra causas ~~non~~ indiget actualitate aliqua superaddita, ita Aureolus in 1. dist. 8. q. 1. ar. 4. = Durandus in 1. dist. 8. q. 2. = Suarez in Met. disp. 31. sect. 1. n. 12 = Vazquez 3 p. disp. 72. cap. ultim. = et est communis inter Doctores Societatis. 79

Secunda sententia distinguit essentiam ab existentia distinctione formali ex naa rei. ita Scotus in 3. dist. 6. q. 1. et communiter Scotistae. 80

Tertia et vera sententia docet essentiam, et existentiam realiter inter se distingui, ita omnes Thomistae, quorum esset in longum recensere cathalogum. cum Angelico M.o locis infra referendis hanc etiam amplectuntur aliqui ex PP. Societatis ita Molina. 1. p. q. 3. disp. 2. = Rubio in Physic. tract. de maa 1a. q. 2. = Conimbric. in Physic. cap. 9. ar. 2. et alij, et haec sententia est expressa Angelici D. locis referendis.

§. II.

Statuitur Concl.o

81

Sit haec 3a sententia nostra Concl.o unde dicimus quod essentia creata quaelibet illa sit, distinguitur realiter ab existentia. Haec Concl.o colligitur ex Arist. toto hoc lib. 1. praesertim cap. 8. et 9. ubi loquendo de maa 1a. ita asserit esse puram potentiam, ut ex se nullam actualitatem habeat, quod et docet in libris Methaphisicorum et quoties fit sermo de maa 1a. unde cum maa 1a habeat suam essentiam et si incompletam, et partialem ad totum ordinatam, si maa 1a. nullam habet actualitatem vel existentiam infert nullam essentiam habere ex se existentiam et proinde nullam essentiam identificare secum existentiam. 82

Suadetur insuper ex Angelico Mag. in primis. 1. contra g. cap. 22 et 2. contra g. cap. 52. ubi asserit expresse quod in omnibus creaturis etiam intellectualibus datur compositio ex essentia et ex esse. sed extrema inter quae

datr compositio realis, seu ex quibus datr compositio realis datr etiam distinctio realis, quippe compositio est distinctorum unio, ergo essentia et existentia realiter distinguntur. rursus suadet hanc nostram sententiam D. Th. ibid. id est cap. 52. ex 2. contrag. ex eo quod alias essentia esset infinita si secum identificaret existentiam. quippe non daretur caput unde limitaretur, ut postea magis explicabimus probando nostram sententiam ratione deducta ex hoc discursu Angelici Magistri.

83 Rursus suadetur nostra sententia ex D. Th. cap. 1. de Ente, et Essentia et 1. p. q. 3. ar. 4. et q. 5. ar. 1. et q. 50. ar. 2. et alibi pluries verum in quodlibet. 15. cap. 8. ad 4. ait: * est igitur in quocumque praeter primum et ipsum esse tamquam actus, et substantia rei habens esse, tamquam potentia receptiva huius actus quod est esse. * quo nihil clarius.

Mitto authoritatem ex opusc. 48. cap. 2. ubi expresse dicitur * quod esse essentiae et esse actualis existentiae differunt realiter tamquam duae diversae res. * quae verba sunt expressa pro nostra sententia verum quia aliqui dubitant de legitimitate huius opusculi an nempe debeat enumerari inter legitima opera Angelici Mag. ideo non maxime haereo huic authoritati. verum hanc nostram sententiam tenet, quisquis autor est huius opusculi.

84 Duplici ratione deducta ex Angelico M. suadenda est nostra sententia 1a desumitur ex locis citatis ex 1. p. et ex 2. contrag. et sic se habet: Si essentia creata identificaret secum suam existentiam essentia esset quid infinitum simpliciter in linea essendi. Sed implicat quod essentia creata sit quid infinitum simpliciter in linea essendi ergo implicat quod essentia identificet secum suam existentiam. Cetera patent, et probatur seu explicatur mai. si essentia identificaret secum suam existentiam essentia identificaret secum aliquod praedicatum quod ex vi sui conceptus nullam limitationem dicit; sed illud quod est identificatum cum praedicato quod nullam limitationem dicit, seu cum praedicato quod ex vi sui conceptus dicit illimitationem, est simpliciter infinitum, ergo si essentia creata identificaret secum suam existentiam esset quid infinitum in linea essendi simpliciter. min. constat, nam eaque identificantur sunt idem; ergo si ex una parte aliquod praedicatum est ex vi sui conceptus quid illimitatum, et infinitum si aliunde tale praedicatum identificatur cum alio. erit utrumque infinitum, quippe nullum erit nec intelligibile erit aliquod limitatum. probatur ergo mai. quia existentia ex vi sui conceptus dicit ultimam actualitatem in linea essendi; sed ultima actualitas ex vi sui conceptus non dicit limitationem, sed potius dicit illimitationem, et infinitatem

infinitatis quippe exist.a est praedicatum formaliter conveniens Deo. ergo si ess. identificaret secum suam existam identificaret secum aliquod praedicatum quod ex vi sui conceptus nullam dicit limitationem. 85

Rursum confirm.r haec eadem ratio. quia Actus ex vi conceptus quo actus est, dicit illimitationem et infinitudinem, quippe actus ex vi sui conceptus perfectio simpliciter simplex est, quae formaliter reperitur in Deo. ergo illud quod ex vi sui conceptus taliter est actus quod nullo ex capite dicit limitationem est actus simpliciter infinitus: sed exist.a ex vi sui conceptus est actus, et aliunde si identificatur cum ess.a nullo ex capite dicit limitationem, ergo si ess.a identificatur cum exist.a erit simpliciter infinita. maior constat ex ipsis terminis, et min. quo ad 1am partem quippe hoc quod est existere quid actuale est. 2a ergo pars suadetur, quia actus quilibet unice ex duplici capite potest limitari, et determinari, ad aliquod esse certum, et determinatum. vel penes hoc quod taliter sit actus quod simul dicat potentialitatem ad aliquid recipiendum. vel penes hoc quod ipse ex suo conceptu ordinetur ad aliquod subiectum in quo recipiatur. ex terminis, non videtur aliud caput ex quo oriri possit limitationem, ut docet Ang. M. 1. Contra g. cap. 22. et alibi: sed si exist.a identificatur cum ess.a ex nullo capite, praenumerato limitari potest. ergo si exist.a identificatur cum ess.a, ex nullo capite dicit limitationem. probatur min. inprimis exist.a ex vi sui conceptus non ordinatur ad aliquam aliam actualitatem recipiendam, aliunde autem si identificatur cum ess.a, non limitatur penes hoc quod recipiatur in alio. ergo si exist.a identificatur cum ess.a ex nullo capite, ex praeallegatis limitari potest. ans. quo ad 2am partem constat, quia si exist.a identificatur cum ess.a exist.a non recipitur in ess.a, nihil enim recipitur in se ipso, seu in illo quod est sibi identificatum, tum quia ess.a non recipitur in alio sub.o quippe [?] ad ess.m non datur aliud subiectum ergo inprimis si ess.a identificatur cum exist.a exist.a non limitatur penes hoc quod recipiatur in alio. ~ 1a 2a pars antecedentis suadetur. quia Exist.a ut saepe diximus est, ex vi sui conceptus est ultima actualitas in linea essendi, sed ex terminis, ultima actualitas alicuius lineae non ordinatur ad aliquam aliquam actualitatem ultimam recipiendam, aliunde non esset ultima, quo circa operatio quae est ultima actualitas in linea operandi, non ordinatur ad aliquam operationem, ergo exist.a non potest limitari ex eo quod ordinetur ad aliquam actualitatem ac proinde ex nullo capite.

86 Dupliçi via occurri potest, etsi apparenter huic nostræ rationi. Primo asserendo quod essentia existentia ex vi sui conceptus non ordinetur ad aliud recipiendum ob rationem datam, neque recipiatur in alio, quod quidem ut recte notatum est essentia cum qua est identificata non recipitur; tamen limitatur existentia, quia eo ipso quod creata sit, dicit ordinem ad causam efficientem, et ab illa dependet, cum ab ipsa producatur. Ergo stat quod existentia neque recipiat, ex vi sui conceptus, neque recipiatur, et tamen, quia dicit ordinem ad causam efficientem non sit infinita, sed finita, et limitata. Aliter

87 etiam occurri potest asserendo quod etsi existentia eo quia ultimus actus in linea essendi non ordinetur ad ulteriorem actum in eadem linea, tamen ordinatur ad operationem, quod quidem unumquodque est propter suam operationem et insuper ordinatur existentia ad accidentia recipienda. Sed neutra solutio

88 infringit, nec leviter, vim nostræ rationis. Non primo quia implicat in terminis existentiam non recipi in esse, neque aliunde recipere aliquid, et quod ex alia parte limitetur existentia per ordinem ad causam efficientem, quia eo ipso quod non recipiat neque recipiatur, non potest aliquod aliud habere limitationem assumptum probo quia ex terminis prius est quod aliqua res intelligatur intrinsece limitata, quam quod limitetur per ordinem ad aliquid extrinsecum sicut universim prius conveniunt rebus prædicata intrinseca, quæ illa quæ totaliter per ordinem ad aliquod extrinsecum sumuntur. Ergo si pro aliquo signo anteriori existentia non intelligitur limitata quoad prædicata sibi intrinseca, quia nempe supponitur quod neque recipit neque recipitur, erit implicatio in terminis, quod unice limitetur per ordinem ad causam efficientem. Et quando instant, quod est quid creatum, ergo dicit o[rdinem]

89 dicit ordinem ad causam efficientem, ergo per illum ordinem limitatur. [illegible] Respondeo quod in casu identificationis essentiæ et existentiæ inter se, erit q[uid] creatum, et quid increatum. quid creatum quia supponitur, quid inc[reatum] atque quia infinitum, unde est chymæra quod limitetur per illum ordinem s[ub] aliunde subest talis ordinis non est in se quid intrinsece limit[atum] et determinatum.

90. Rursus 2a solutio non infringit vim nostræ ra[tionis] quia similiter est implicatio in terminis, quod existentia identificata cum esse, et quod aliunde ordinetur ad operationem, neque ad alia acci[dentia] r[ecipienda]

ng per sseq mediatq ꝯvincitr qd etiã habebit identificatã secũ suã operationẽ. quia immediate infertr eẽ infinitã inlinea essendi, unde mediate acquitr infinitudinẽ inlinea operativa, quippe linea essendi perfectisa. affert secũ perfectẽ in linea operativa. et indeq non ordinaretr ad alia accidentia, quia illa tm tribuunt eẽ sm quid, et cũ illud qd infinitũ est in linea essendi heat plenitudinẽ in linea essendi het proinde secũ identificatã omnẽ perfectionẽ, quã accidentia possent afferre, quia illę perfectionẽ cũ sint de eadẽ linea essendi ꝯtinentr eminentiori modo in essentia quę infinita est simplicitr in linea essendi. ergo

91

Neq rursũ valet occurrere nostrę rationi asserendo qd etsi exiltia identificetr cũ essa limitatr tm intrinsece quia recipitr in suppo. tamquam in aliquo distincto ab essa ∾∾ Non valet inquã hęc solutio quia cum supp. vel dicat in recto naã, et in obliquo subsistã realitr a se distinctã. ut verior tenet sa, vel e ꝯtra inrecto subsistã, et in obliquo naã. iuxta diversa autorũ placita, et cũ alioquin de naa, et essentia sint idẽ realitr, imo et per rationẽ, iuxta diversa autorũ placita, quidẽ in probabilissa. sententia conceptus naę, et ꝯceptus essę non sunt obiective adequate distincti, sed inadequate., si alias exiltia identificatr cũ essa ut vult prędicta solutio, potius subsistia reciperetr in exiltia quã e ꝯtra exiltia recipiatr in suppo. Sed hoc implicat; tũ quia exiltia est ultimus actus qui participabilis est ab omnibq ipsũ autẽ non participat; unde respicere, vel recipere ulteriorẽ actũ nequit. ∾ tũ quia in adversariorũ sa, et iuxta veritatem exiltia non ꝯvenit essę nisi mediante subsiltia. ergo nequit exiltia recipi in suppo. ans constat, quia implicat qd essa intelligatr existens, nisi intelligatr prius individua inse, et incomunicabilis alteri, atqui subsistentia media qua redditr naa, individua, et perse perseitate independentię, et perseitate incommunicabilitatis, seu media qua redditr naa alteri incommunicabilis, realitr distinguitr anaa, ut fatentr authores ꝯtra quos in presenti; ergo necessario existentia distinguitr realitr ab essentia, prmisse constant, et ꝯsequentia pbatr. quippe implicat quod inter essẽ, et existẽ mediet aliquid realitr ab utroq distinctũ, scilicet subsista quin essa. et exista realitr distinguantr. ergo dicendum est qd essa distinguitr realitr ab existentia

92 Neque rursus valet replicare contra nostram conclusionem asserendo, quod et si essentia identificetur cum existentia, et ista neque recipiat, neque recipiatur, limitatur tamen, quia essentia constat ex genere et differentia ~ ~ Non valet ista replica, quia limitatio logica et Metaphysica ex genere et differentia, fundatur necessario supra physicam limitationem, quia alias non intelligitur aliquod limitatum intrinsece physice per hoc quod recipi, vel recipere, quippe alio modo implicat quod intrinsece physice limitetur, implicat quod limitetur per genus, et differentiam.

§. III.

93 Alia ratione suadetur conclusio.

Quia omne praedicatum quod accidentaliter dicitur de alio ut de subiecto distinguitur realiter ab illo subiecto ut extra omne praedicatum quod quidditative, et essentialiter convenit alicui, et dicitur de illo quidditative, et essentialiter est identificatum cum subiecto de quo taliter dicitur; sed existentia creata praedicatur accidentaliter de essentia, quam existere facit; ergo essentia distinguitur realiter ab essentia ~ Syllogismus est recte dispositus, et maior ex terminis est nota, et insuper constat ex D. Th. pluribus in locis, praecipue in quodlib. 2. q. 2. ar. 3. et 1. Physic. lect. 13. et 14. et ex Arist. ibidem cap. 8. et 9. praecipue, tex. 67. et deinceps, ubi ex eo distinguunt magis realiter a privatione, quia ista, quando convenit materiae, quando non. ~ ~, et ratione constat eadem maior: nam ex terminis omne praedicatum identificatum cum aliquo, est intrinsecum ipsi, quid enim intranius alicui, quam illud quod est sibi identificatum, ergo implicat quod praedicatum identificatum cum aliquo, conveniat ipsi accidentaliter. quippe praedicatum accidentale est extrinsecum subiecto cui est accidentale, extrinsecum id est est extra essentiam subiecti illius cui convenit accidentaliter unde praedicata accidentalia quia quando conveniunt subiecto quando non, quo circa, accidens deffinitur quod potest adesse, et abesse subiecto absque subiecti corruptione. et extra praedicata identificata subiecto semper eidem subiecto conveniunt. ~ ~ minor autem eiusdem syllogismi etiam est evidens, quippe haec praedicatio *essentia existit* seu Petrus existit * vel * Angelus iste, ut Michael, existit * est praedicatio accidentalis, unde existentia unice convenit Deo essentialiter et quidditative, Exodi. illud, * ego sum, qui sum.* et qui est misit me ad vos *.

94 Huic rationi, quae utique efficacissima est occurrunt adversarij negando maiorem esse universaliter veram, quippe instant in istis, et alijs propositionibus: * Animal est rationale * Color est albus * Relatio est Paternitas * et tamen praedicata enim identifi-

identificantur cum Sub.º ergo ex praedicatione accidentali, vel quidditativa non arguitur efficaciter distinctio realis, vel indistinctio, praedicati a Sub.º

Sed d.º nam praedictae propositiones non sunt adaequatae, et mutuo accidentales, sed inadaequatae, et non mutuo, quippe istae sunt essentiales * rationale est animal. * albus est color, * Paternitas est relatio. * d.º ergo in maiori praedicti Syllogismi asserimus quod praedicatum quod accidentaliter dicitur de Sub.º distinguitur realiter a Sub.º intelligendum est de praedicatione, quae adaequatae, et mutuo accidentalia sunt, ita ut, etiam in conversione illius propositionis, sit praedicatum accidentale, ut patet in his, * Petrus existit * Existens est Petrus. * quippe quando unice non mutuo aliquod praedicatum dicitur de Sub.º accidentaliter, solum infertur. quod Sub illo respectu metaphisice Subque accidentaliter dicuntur, distinguuntur metaphysice, et obiective, etsi physice sint identificata, unde ex talibus praedicationibus quae assumptae sunt ad instantiam. infertur praecisio obiectiva graduum metaphysicorum 95

Seu aliter resp.º quod et si praedictae propositiones, scilicet istae, * Animal est rationale, color est albus, et Relatio est Paternitas * sint propositiones accidentales. tamen praedicatum identificatur cum Sub.º quia utrumque praedicatur essentialiter de aliquo tertio cum quo identificantur, unde illae sunt essentiales * homo est animal, homo est rationalis, * et sic de alijs unde rationale, et animal identificantur inter se, de quo illud quae cum [illegible] sunt eadem uni 3.º sunt eadem inter se. at v.º essentia et existentia neque inter se, neque de aliquo tertio dicuntur essentialiter. 96

Potest ex ista ratione argui contra nos ad hominem quum asserimus non dari modum unionis, inter materiam, et formam. quippe ista est praedicatio accidentalis adaequate sumpta, * materia est unita formae. forma est unita materiae, materia, et forma sunt unitae, unio datur inter materiam, et formam. * et tamen unio non distinguitur realiter a materia, et forma, ergo similiter etsi existentia dicatur accidentaliter de essentia non convincitur distinctio realis inter essentiam, et Existentiam 97

Verum praeter dicta quaestione praecedenti de unione. Resp.º quod in efformatis propositionibus solum convincitur quod materia, distinguitur realiter a forma, non vero convincitur unionem esse aliquid distinctum. unde solum convincitur quod extrema unionis distinguantur, inter se, et unio quo ad obliquum. nam semel positis conditionibus, scilicet, semel positis dispositionibus ex parte materiae, et actione agentis 98

aplicante mag. for., et hec propositio essentialis. maa et fra unientur, n. ista hypothetica, que argumentatio est, est essentialis, et necessaria*
dantur dispositiones habilitantes ultimo mag. et datur actio agentis apli
cantis mag. for., et frg. mag. ergo maa, et fra, sunt unite. ista ergo propositio
rationalis est necesaria, est necess. etiam metaphysice, unde neque deus
potest oppositum ponere, quia cum una ex dispositionibus ultimis sit quod maa
ad receptionem huius fr., sit spoliata ab omni alia quacumque fra, et aliunde
maa nequeat existere sine fra, infertur evidenter quod maa est unita for. ergo
potius infertur quod unio quadrestum non differt a maa, et fra, at vero ista*
ess. existit seu homo existit neutiquam est essentialis neque sub aliqua
conditione, nisi ad modum quo ista:* Petrus est albus essentialiter est albus*
quod non impedit ne predicatum distinguatur realiter a sub. ergo bene infertur quod
si exist. dicitur accidentaliter de ess. ess. distinguitur realiter ab existentia.

§. XII.

Soluuntur argumenta.

99 Si essentia distingueretur realiter ab exist., max. quia exist. reciperetur in ess.; sed exist. nequit recipi in ess.; ergo ess. non distinguitur realiter ab exist. cetera patent, et probr. min. si exist. reciperetur in ess. recep-
tio ipsa in suo initio, et fieri, vel esset in ess., prout est in statu possibi-
litatis, vel prout est extra caas, sed in nullo statu potest essentia incipere
ad recipiendum exist. ergo exist. nequit recipi in ess. mar. constat. et
min. videtur evidens, nam ess. in statu possibilitatis est nihil, atqui quod nihil
est recipere nequit exist. ergo ess. prout in statu possibilitatis nequit reci-
pere exist. quod autem prout est extra caas nequeat recipere quoad sui
initium exist. ex eo constat, quia aliunde pro priori ad exist. haberet
exist. unde pro priori adfrg. esset effectus formaliter ipsius, quod est impossibile.
assumptum probatur. quia ess. ad hoc indiget exist. ut ponatur extra caas.

Hoc est

100 argumentum precipuum in ess. contraria, ad quod plerique thomiste respondent
quod ess. recipit exist. non prout est in statu possibilitatis, neque ut
complete est extra caas, sed prout est in via ad existendum. et
quando instantur quod prout sic est nihil cum prout sic non habeat exist.
respondent, quod prout sic ess. est nihil participialiter, non autem est nihil
nominaliter, id est est nihil, prout hoc nihil opponitur enti participialiter
sumpto, non autem est nihil, prout hoc nihil opponitur enti nominaliter sump

Atque illud

Haec solutio etsi plausibilis sit, et communis Thomistarum mihi non placet, quia existimo illum statum quem vialem vocant esse chymerice excogitatum. Cuius ratio, mihi efficacissima, est quia status omnis, sicut, et quaelibet alia res adaequate dividitur penes esse, et non esse, et sub non esse clauduntur status possibilitatis, futuritionis, et praeteritionis, et etiam status rei secundum se, nam huic statui secundum se, deinde sic non convenit existentia alioquin existentia semper et in omni statui conveniret essentiae. Ergo dum essentia dicitur esse sub illo statu viali, vel simpliciter est sub non esse, vel sub esse, ergo dum fingitur status ille vialis contradistinctus a statu possibilitatis, praesentialitatis, futuritionis, et praeteritionis, adstruitur status aliquis chymericus. 102

Rursum quaestio praesens ut ex notabilibus constat, est circa essentiam quae est in re, utrum distinguatur ab existentia per quam est in re. Ergo essentia quae recipere debet existentiam per quam est in re, est essentia quae est in re. Ergo ipsa non ut vialis, concipitur sed ut est cum existentia ... Sicut materia, quae recipit formam, non est materia solum possibilis, sed materia praesens, quae est praesens per ipsam formam, quam recipit. 103

Unde respondeo ad principalem replicam, quod essentia quae recipit existentiam est essentia quae est in re seu quae est in statu praesentialitatis, quippe eadem existentia quam recipit in ipso recipere constituit essentiam in re. 104

Sed dices: ergo essentia prior ad existentiam quam recipit iam est in re, et habet existentiam unde redditur argumentum factum, quippe pro priori ad formam erit effectus formalis, etc. 105

Sed concedo et distinguo consequens. Ergo essentia pro priori ad existentiam quam recipit iam est in re, per ipsam existentiam concedo. alio modo nego consequentiam. unde nego sequellam subillatam, quippe inter essentiam et existentiam datur mutua causalitas, unde existentia ipsa est ratio formalis ponendi extra causas essentiam ut recipiat existentiam. Sicut ut dicebamus forma substantialis est ratio formalis ponendi materiam in re, ut materia recipiat formam, quod, stabilitis mutuis causalitatibus ut necessario sunt stabiliendae, et admittendae, intelligibile non est, sed quaestio doctrina ista est valde necessaria in philosophia, et Metaphysica.

Aliud argumentum desumptum ex inseparabilitate existentiae 106

ab ess.ᵃ robur non habet, ex eo qui etsi realis separatio arguat queg optime realem distinctionem inter extrema quæ separantur, tamen e contra, ex inseparatione non arguitur indistinctio. ut pat in multis instantijs. maa. sa. distinguitur realiter ab omni forma substantiali, & tn. maa. sa non potest separari ab omni forma substantiali; = & relatio distinguitur realiter a termino, & in ntra ss. & a fundamento; & tn. relatio non potest existere separata, a termino, vel fundamento; & totum distinguitur a partibus x.ⁿ seorsim sumptis, & tn. totum non potest separari a partibus. undi ipsis non potest favere argumentum quod contra nos efformant, & rursus poterat instari in alijs exemplis

107 Imo

potius ex hinc poteramus efformare aliquam efficacissimam rationem in favorem nostræ sententiæ. nam etsi ess.ᵃ quæ est in re non possit separari ab omni exist.ᵃ tn. potest separari ab exist.ᵃ determinata quælibet, ut patet in Christo Dno. Cuius humanitas existit, per existentiam increatam Verbi, quippe homo iste (signato Christo) qui existit, est homo Deus existens, unde existit per existentiam propriam Personæ, quæ utique divina, & infinita est, ut communiter docent theologi. sed de hoc apud theologos. ad 3. p. q. 2.

QVÆSTIO IV.

Utrum SVBSISTENTIA DISTINGVATVR REALITER A NATVRA, ET EXISTENTIA?

§. I

Prænotantur nonnulla.

108 Quid nomine Subsistentia intelligatur notandum & præmittendum est. nam quid nomine natura significetur facile dignoscitur, & facilius percipietur lib. sequenti, ubi de Natura disquiratur. igitur quantum ad præsens attinet, eadem ess.ᵃ quæ ut vidimus dicitur ess.ᵃ prout ad esse, seu ad existentiam ordinatur, prout tn. ad operationem ordinatur, & quatenus est radix, & principium operationis dicitur natura, unde in rebus physicis, maa, & forma, ut unitæ prout dicunt ordinem ad existentiam sunt essentia, & prout sunt principium radicale operationis

operationis sunt natura, unde ly esse, et ly natura, fisice est eadem entitas et solum distinguuntur secundum diversam notationem, ly ad actum essendi, ly ad actum operandi; quocirca definitur natura quod sit principium (radicaliter) motus et quietis, eius in quo est, primum per se, et non secundum accidens,) quae definitionem explicabimus deodante lib. 2.

109

Iª difficultas devolvitur ad intelligendum quid per ly Subsistentia significetur. ad quod dignoscendum oportet praenotare quod aliud est quod nomen significat, aliud a quo nomen imponitur ad significandum. ∾ Iº quantum ad id a quo nomen imponitur, ly Subsistentia, dicitur ab eo quod est Subesse, seu Stare Subaliis, seu sistens sub alio, quo pacto substantia dicitur quod est subiectum omnium praedicatorum suae lineae, et est terminus lineae. et hac ratione quod est Subsistens, dicitur Suppositum. quod proprie convenit substantiae singulari, quae non solum Subest, seu stat sub secundis substantiis, nempe sub substantiis universalibus, sed etiam ipsa substantia singularis Subest accidentibus fisicis, ea recipiendo, et substentando,

110

Quantum autem ad quod, ly Subsistentia, significandum imponitur, Subsistentia significat id quo aliquid est in se, et per se, independenter a quolibet alio. unde mediante subsistentia natura, seu essentia non miscitur, nec confunditur cum alio esse, et proinde Subsistentia tribuit naturae singulari perseitatem independentiae, qua ratione non dependet natura unius individui, a natura alterius individui. et si natura secundum se, sit communis pluribus ut patet in ly homo, qui secundum se communis est Petro, et Paulo, et aliis individuis naturae humanae. verum quando mediante subsistentia perseificatur, taliter humanitas Petri, est per se, quod est independens ab alia quacumque humanitate alterius individui, et nullo modo dependet ab humanitate Pauli.

111

Tribuit ergo etiam subsistentia naturae quae perseificat, perseitatem incommunicabilitatis, unde homo qui secundum se erat communicabilis pluribus tamen prout mediante subsistentia est in Petro, redditur omnino alteri incommunicabilis.

112

Rursus sciendum est quod subsistentia in natura rationali, et intellectiva, dicitur Personalitas; unde persona est substantia intellectiva, per subsistentiam terminata, quo pacto

Persona in concreto, definitur a Boetio. 3. de Consolat.e quod sit * rationalis naturae individua, seu incommunicabilis subst.* quae definitio communiter a theologis admittitur. Et rursus nota quod persona, etiam dicitur hypostasis, unde in naturis intellectivis, Personalitas, hypostasis, et subsistentia idem omnino sunt. = Subsistentia in natura irrationali unice subsistentia dicitur, et substantia irrationalis subsistentia perfecta, dicitur suppositum. unde suppositum in concreto definitur quod sit * substantialis naturae individua seu incommunicabilis substantia * verum ulterius nota, quod hoc suppositum etiam denominat substantias singularibus intellectivis, quippe cum sint etsi intellectivae substantiae, ideo et hoc suppositum denominare illas potest sine impropprietate. Caeterum

113 ad pleniorem subsistentiae cognitionem notandum est, quod subsistentia non est idem ac singularitas, quippe subsistentia aliquid aliud addit, et dicit supra singularitatem seu supra singularem naturam. ut patet in Xpo Dno evidenter. quippe in Xpo, subsistentia, seu Persona, quae utique est subsistentia seu Persona Verbi, assumpsit naturam humanam singularem, et tamen non assumpsit subsistentiam, seu personalitatem creatam propriam, illius humanitatis, quae utique esset in Xpi humanitate si non preveniretur a subsist.e Verbi: hoc enim est mirabile mysterium Incarnationis, quippe in Incarnat.e Verbi Persona, seu subsistentia unita fuit humanitati singulari Xpi Dni. supplendo vices subsistentiae creatae, quae adesset aliunde, unde persona verbi personavit illam sanctissimam naturam, eo modo, et si excellentiori ac personaret illam propria personalitas creata. Et ex hoc motivum

114 sumpsit illud quod docent plerique theologi, tam intra, quam extra scholam Angelici Magi. ut videre est apud Ildef. Mich. l. p. q. 3. ar. 3. n. 5. scilicet asserunt, quod Philosophi antiqui parum, vel nihil de subsistentia agnovere, unde ni propter mysterium Incarnationis non dignosceretur distinctio, vel indistinctio subsistentiae, et personalitatis a natura substantiali ~ sicut et in accidentibus eorum inexistentia non dignosceretur, ni propter mysterium Eucharisticum. At veniam

115 ipsorum facile suadetur Aristotelem cognovisse subsistentiam ut contradistinctam a natura. dum diffinitionem naturae dixit, naturam esse principium radicaliter

radicalit^r^ operativus, idest ut quo & de supp^to^ seu de natura subsistente asseruit esse operativus ut quod ds dixit, quod actiones sunt suppositorum. verum quidquid sit de hoc, nulli dubium est q^d^ fides Catholica, mysterij incarnationis, & sacrosancti mysterij eucharistiae plurimum iubat ad subsistentiae cognitionem, tum in subst^a^ & tum in accidentibus.

§ 116

Rursus notandum est q^d^ subsistentia, seu Personalitas, ut sic, abstrahit a subsistentia personali, & communi; unde subsist^a^ ut sic abstracta, solum dicit perseitatem independentiae, quo pacto in divinis pro priori ad personas datur quaedam subsist^a^ absoluta, media qua natura divina redditur independens ab omni alio, at vero prout est determinate subsist^a^ personalis, seu hypostatica, sic dicit duplicem perseitatem, & perseitatem solum independentiae, & perseitatem incommunicabilitatis, ut pt. in naa div^a^ quae pro priori ad personas & si sit independens & per se, perseitate independentiae, non tamen est per se, perseitate incommunicabilitatis, e^o^ quidem est pro altero signo communicanda personis divinis. verum hoc ultimum notamus q^m^ ad posterius conducit ad magis dignoscendum illam duplicem perseitatem quam subsist^a^ quaelibet tribuit naturae quam personat, seu quam suppositat, quippe, in nulla natura creata, datur duplex subsistentia, alia ut sic dicamus communis, & alia personalis; haec enim subsist^e^ communis scilicet, & personalis conducit ad sacrum Trinitatis mysterium aliqualiter intelligendum.

§. II.

Statuitur 1^a^ Concl^o^

Sit Prima Concl^o^: Omnis natura creata distinguitur realiter a subsistentia, (seu a Personalitate, si sit natura rationalis ~ ~ (1)

Haec Concl^o^ q^m^ ad Personalit^s^ hum^m^, non pot^t^ negari, stante mysterio Incarnationis. quippe quae realiter separantur realiter distinguuntur; s^d^ in Xpo Dno, non fuit propria personalitas creata; unde separata fuit, saltim negative, quatenus non resultavit, & loco illius substituit subsistentia, seu Personalitas Verbi; e^o^ personalitas hum^a^ distinguitur realiter a naa hum^a^. ~ ~ Unde a paritate huius naae ad alias efformatur validum argum^m^. qua ratione n^ra^ Concl^o^ communis est. ~ & potest probari ratione theologica efficaciter:

q^o ois naa creata sive rationalis, sive non, est assumptibilis ab aliqua persona div^a ut docent Theologi ad 3. p. q. 2. ergo in D. naa creata distinguitur subsist^a a naa.

118. Sed dices: quod in Angelis non distinguitur personalitas a natura, assumptum suadet, ex D. Th. 1. p. q. 3. ar. 3. in corp. ubi ait: * in his quae sunt composita ex materia, & forma, in quibus individuatio non est per mat. individualem, idest per hanc mat, sed ipsae formae per se individuantur, oportet quod ipsae formae sint supposita subsistentia, unde in eis non differt suppositum a natura.* & q. 1. de Poa. ar. 4. ait: * in Angelis quodlibet suppositum est sua natura * = & 4. Contra g. cap. 55. ait: * in homine aliud est natura, & aliud persona, quae est ex maa, & forma compositum, non autem in Angelo quia immaterialis est.*

119. Aliqui respondent Angelicum M. praedictis in locis, eam tenuisse sed quantum ad Angelos. quam sed retractavit. 3. p. q. 4. ar. 1. Verum ista solutio est parvi pretij, sine sudore data, facilis & parum decens. aliter ergo conciliandus est doctrina Angelici M. Resp. ergo quod quando D. Th. docet quod in Angelis non distinguitur suppositum a natura, loquitur non de suppo in stricta acceptione, prout dicit personalitatem, seu subsistentiam. sed loquitur de suppo & natura, prout dicit inreceptibilitatem in maa. inreceptibilitas enim, lato vocabulo dicitur subsist, at vero subsist^a dicit non solum inreceptibilitatem, sed & perseitatem, independentiam, & incommunicabilitatis. unde sumpta subsist^a in stricta acceptione, & in sensu stricto, sic omnis subsist^a distinguitur a naa.

120 Ratione probatur Concl^o. quia Subsistentia seu personalitas addit aliquid positivum supra nat, cuius est subsistentia, ergo distinguitur realiter a naa. ans. probatur. tum quia complet nat, quam reddit subsistentem, sed hoc complementum nequit non esse aliquid positivum, ergo subsist^a addit aliquid positivum supra nat, cuius est subsist^a tum quia subsistentia est perfectio magna, naturae cuius est subsist^a sed ois perfectio ex terminis, quid positivum est, superadditum ad subiectum cuius est perfectio superaddita; ergo subsist^a addit aliquid positivum supra nat cuius est subsist^a tum quia subsist^a seu personalitas non potest unice dicere negationem divisionis, in naa cui est subsist^a

quippe

quippe conceptus iste est perfectionis unitatis; neque similiter subsistentia dicit negationem dependentiae. sed subsistentia dicit positivam independentiam, quae utique independentia positiva, est perfectio positiva, quid enim perfectius quam esse ratione formali independentiae positivum; ergo subsistentia addit aliquid positivum supra naturam cuius est.

121

Vlterius quia personalitas Verbi est in Christo Domino, ad supplendam personalitatis propriae, sed Personalitas Verbi non tribuit Christo Domino unice aliquid negativum sed potius positivam perfectionem; ergo et propria personalitas seu subsistentia addit aliquid positivum supra naturam cuius est personalitas seu subsistentia. unde D. Tho. 1. p. q. 30. ar. 4. ait: * hoc nomen Persona non est nomen negationis, nec intentionis, sed est nomen rei * = et q. 29. ar. 2. ad. 3. ait: * quod hypostasis, et Persona addunt supra rationem essentiae principia individualia, nec sunt idem cum essentia in compositis, ex materia, et forma * et subsistentiam non addere aliquid positivum ad naturam cuius est subsistentia docet Scotus in 3. dist. 1. q. 1. et cum eo quam plurimi.

122

Rursum suadetur. Pro. quia subsistentia est terminus naturae, cuius est subsistentia; sed terminus rei, distinguitur realiter a re cuius est terminus; ergo subsistentia distinguitur realiter a natura. maior ex notabilibus constat, et minor videtur certa quia quidem terminus, et res terminata comparantur ut quid perfectibile et perfectivum. seu ut actus, et potentia.

123

Rursum probatur. Quia natura, ut subsistens, dicit ordinem ad determinatam existentiam, et ad determinata accidentia, ergo subsistentia est aliquid realiter distinctum a natura; consequentia constat. quia in Petro, v.g. l. in quolibet alio individuo, sive intellectuali, sive non, datur determinata connexio cum sua existentia et cum determinatis accidentibus, tum propriis, tum communibus. Ma antecedens autem suadetur, quia natura Petri secundum se non dicit ordinem determinate ad hanc existentiam, neque ad haec accidentia numero, alias illa semper haberet, tum quae conveniunt alicui secundum se, semper et omni statu debent convenire, ergo ut natura Petri dicat ordinem ad hanc determinatam existentiam et ad haec determinata accidentia, sive propria, sive communia debet determinari medio aliquo praedicato intrinseco sibi superaddito. sed additum hoc, aliud non est concipitur esse, nisi subsistentia quando quidem proprium est esse in se, et per se

& habere naturã determinatã quæ existere, & accidentia recipere. Ergo est quod subsistentia est aliquis terminus realiter distinctus a natura, & ipsi naturæ realiter superadditus.

§. III.

Statuitur 2a Conclusio.

124. Sit 2a Conclusio: Subsistentia realiter distinguitur ab existentia. Est communis, non solum Thomistarum, sed & aliorum. Probatur. Quia inter reale susceptivum, & realiter receptum necessario datur distinctio realis, idem enim non potest se ipsum recipere: Sed reale susceptivum existentiæ, est natura, ut terminata subsistentia, seu est suppositum, vel persona, ergo distinguitur subsistentia ab existentia. Minor in qua poterat stare difficultas constat, tum quia natura non nisi per seificata, seu ut iam reddita alteri incommunicabilis, & ut constituta in se independens, est capax existentiæ, tum quia existentia est ultimus actus simpliciter in linea essendi unde & supponit essentiam seu naturam, non ut cumque sed ut est perfecte independens ab alio. unde subsistentia est actus & terminus in linea substantiæ, & existentia in linea essendi. Ergo actualitas quam præstat subsistentia supponitur ad actualitatem quam præstat existentia.

DISP. IX. ET ULTIMA DE TERMINIS ET MAGNITUDINIS ET PARVITATIS

Q. I.

QVÆSTIO. I. DOCTRINALIS.

§. I.

Exponuntur termini

1

Post disquisitionem terminorum, qui substantialiter complent ens naturale, seu totum physicum, non incongrue de terminis accidentalibus scilicet de terminis magnitudinis, et parvitatis, erit disquirendum, conveniunt ergo isti termini toto composito substantiali physico ratione quantitatis, unde accidentales sunt. Et non absre inseritur in hoc 1. lib. Physicorum disputatio praesens, quippe vendicat sibi genuinum sedem tum cap. 4. huius libri, praecipue ad text. 36. 37. 38. et insuper capitibus sequentibus, ubi de principijs entis naturalis disquiritur, recte enim quaeritur de eodem ente naturali, habeat, vel ne, terminum magnitudinis, et parvitatis, qua ratione nos plures Phylosofos imitantes in praesenti praeviatam disputationem inserimus, et si non per raptum locum sibi vendicat propriam disputatio 6. Physicorum. ubi de inceptione et desitione entis naturalis disquiritur.

2

Cum ergo entia naturalia, alia sint incorruptibilia, ut Caeli; alia corruptibilia, ut Sublunaria, dubitari de omnibus poteramus, verum ens naturale incorruptibile, ut Caelum, eo quia incorruptibile habet naturaliter terminum magnitudinis, et parvitatis, quem terminum transgredi est impossibile, aliunde corrumperetur unde istis, nempe de Caelis dubium non instituemus.= Solum ergo de Sublunaribus erit sermo. Et cum haec sint alia alijs praestantiora, prius de imperfectioribus disquiremus. quippe ut monet Arist. cap. 1. huius ab imperfecto ad perfectum est in cognitione scientifica procedendum. unde prius de non viventibus quae per ~~[illegible]~~ iuxta appositionem aluntur. quam de ~~[illegible]~~ viventibus quae per ~~[illegible]~~ intus susceptionem crescunt, disceptabitur.

3

Termini ergo Magnitudinis, alius est intrinsecus; extrinsecus alius. Terminus intrinsecus Magnitudinis qui et *Maximum quod sic* appellatur, est * illa quantitas seu magnitudo, ad quam res naturaliter pervenire potest, et ad maiorem non potest * ut si fingamus v.g. quod hominis magnitudo. quam homo potest naturaliter habere, est trium ulnarum, ista magnitudo, dicitur * Maximum quod sic. * et est terminus intrinsecus magnitudinis hominis, quia in ea potest homo conservari, et in aliqua maiori, non: unde si ei adderetur alia quantitas, quantumvis parva, in ea non posset homo conservari.

4 Terminus extrinsecus Magnitudinis. qui, & * Minimum quod non * nuncupatur, est * illa quantitas seu magnitudo, sub qua res aliqua conservari non potest, & sub quacumque minori potest. * & ut sistamus in eodem exemplo, minor quantitas quoad magnitudinem, seu minor magnitudo sub qua homo non potest conservari, est trium ulnarum cum digito, (supponamus quod quantitas unius digiti, seu digitalis, est minor quantitas, quae alteri quantitati addi potest) etenim homo in quacumque magnitudine minori illa trium ulnarum cum digito, conservari potest (dummodo non sit minor minima, de qua postea) unde si illius magnitudinis auferatur minor quantitas quae auferri potest, scilicet si auferatur quantitas digitalis, poterit homo in ea conservari, & in minori, & minori, dummodo, ut diximus, non deveniatur ad quantitatem minorem minima.

5 Similiter Terminus parvitatis alius est intrinsecus, extrinsecus alius, Terminus intrinsecus parvitatis, qui & vocatur * Minimum quod sic * est * illa quantitas seu magnitudo sub qua res conservari potest, & sub quacumque minori non potest & si fingamus quod quantitas seu magnitudo cubita est minor quantitas sub qua homo potest conservari, quando homo ad illam pervenerit, dicitur habere terminum intrinsecum parvitatis, seu habere minimum quod sic, unde sub alia quacumque minori quantitate conservari non potest.

6 Terminus extrinsecus parvitatis, qui, & dicitur * Maximum quod non * est * illa quantitas seu magnitudo sub qua res conservari non potest, & in quacumque maiori potest, (dummodo non sit maior maxima) * & ut sistamus in eodem exemplo, & in eisdem suppositionibus factis, si detur quantitas, cui, ut sit cubita, deficiat quantitas unius digiti, sive deficiat digitalis quantitas, illa erit maximum quod non, namque illa est maior quantitas versus parvitatem in qua homo non potest conservari, quippe etiam non potest conservari in eadem quantitate cubita si deficit cubito duae vel tres & plures magnitudines digitales.

7 Explicatis terminis magnitudinis, & parvitatis, facile quisque servata proportione, dignoscet terminos tum intrinsecos, tum extrinsecos intensionis, & remissionis, ~ Sicut et eadem proportione servata dignoscet terminos, tum intrinsecos, tum extrinsecos, qui pertinent ad sphaeram potentiarum praesertim activarum, tum quoad distantiam, tum quoad approximationem unde ne in re facili sumatur tempus, hos omittimus explicare terminos

Verum

Verum quia ad agnitionem terminorum magnitudinis, & parvitatis, (quorum notitia est quo ad presens precipua intentio) plurimum conducit cognitio inceptionis, & desitionis rerum, ideo hos terminos explicare non erit abs re. Igitur res aliqua dupliciter potest incipere in suo esse, intrinsece nempe, & extrinsece. pro cuius notitia supponendum est quod tempus non componitur ex indivisibilibus instantibus quidquid in contrarium alij autumnent. unde inter instans determinatum scilicet, inter instans A, & instans B mediat pars temporis divisibilis. Vel ut pro nunc abstrahamus a sententiarum diversitate circa temporis compositionem, si tempus unice componitur ex indivisibilibus instantibus instans A, erit immediatum instanti B, & illud C, & sic de alijs. unde quod nos in materia ista dicemus nunc explicando hos terminos de instanti intrinseco, l. extrinseco & de parte. adaptandum erit unice instantibus. 8

Dicitur ergo aliqua res incipere * Intrinsece * qui modus inceptionis dicitur etiam * per primum sui esse * quando de re incipiente verificatur hec propositio: * Nunc in hoc instanti, scilicet A, habet esse, & antea, scilicet in parte immediate ancedenti, non habebat esse. * apponamus exemplum, demus quod homo, incipiat esse, in instanti B: iste modus inceptionis, dicitur inceptio intrinseca, & per primum sui esse, unde erit verum dicere, * Nunc (id est in instanti B) habet homo esse, & immediate antea, (id est in parte que mediat inter instans, A, & B,) non habebat esse. 9

Incipere autem extrinsece, qui modus inceptionis dicitur etiam * Per ultimum sui non esse, * est quando verificatur hec propositio. * Nunc in hoc instanti, (scilicet A,) res non habet esse, & immediate post illud habebit. * scilicet in parte que subsequitur ad instans A, & antecedit instans B. ~~exempli causa~~ exempli gracia, in inceptione motus, que est extrinseca, & per ultimum sui non esse, est, demus motum incipere in parte illa temporis, que subsequitur ad instans A, & antecedit instanti B. tunc motus dicitur incipere extrinsece, quia eius inceptio solum potest explicari hoc modo. in hoc instanti A motus non habet esse, & illud habebit immediate post. 10

Paruformiter etiam philosofandum est in desitione rerum quippe res & potest deficere intrinsece, & extrinsece. ~~Incipere intrinsece, quam inceptionem~~ Deficere 11

intrinsece, qui desitionis modus, dicitur aliquid per ultimum sui esse * est quod verificatur haec propositio, * in hoc instanti scilicet A habet esse, & immediate post, illud non habebit * quippe instans A est mensura ad quam extenditur esse intrinsecum illius rei.

12 Desficere extrinsece, qui desficiendi modus dicitur aliquid * per primum sui non esse * est quod verificatur ista propositio * in hoc instanti, scilicet B. non habet esse, & illud habuit immediate ante * & dicitur desitio extrinseca, quia esse rei non extensum fuit ad instans B. & si ad tempus immediate praecedens fuerit extensum.

§. II.

Valia praenotantur

13 Sed ante disquisitionem illorum, quae in praesenti aliquam praeseferunt difficultatem, notandum est. quod quando inquiritur de terminis magnitudinis, vel parvitatis, sensus potest esse de entibus naturalibus inter se comparatis & hoc dupliciter, vel attento ordine universi, & ut entia naturalia sunt partes per se huius universi, vel nullo ordine inspecto ad universum praescindendo nempe ab eo quod sint vel non sint partes illius. ~ vel rursus potest esse sensus de entibus naturalibus attenta, in quolibet ratione specifica, vel denique sensus potest esse de quolibet individuo determinato.

14. Ergo quadrupliciter potest institui quaestio quo ad praesens. primo, hoc modo utrum detur in hoc universo, aliquod ens naturale, quod & si sit pars illius, seu utrum detur aliquod corpus in hoc universo, quod sit omnium maximum.? & aliud quod aliquid si sit pars eius universi sit corpus omnium minimum.? & in hoc sensu nullam difficultatem habet quaestio quippe certum est quod inter partes praecipuas universi, ut sunt Caeli, & elementa, alia est maior altera, & alia est altera minor, ita ut una sit omnium maxima, & alia est omnium minima nempe. Caelum Empyreum est corpus omnium maximum, & terra est partium omnium minima. quippe aqua, maior est terra, utpote ex natura sua est contentiva terrae. & aer est maior aqua, & ignis aere, & rursum Caelum Lunae maius igne. Caelum Mercurij maius Lunae & Caelum Veneris maius caelo Mercurij. & Caelum Solis maius Caelo Veneris, & Caelum Martis maius caelo Solis, & Caelum Iovis maius caelo Martis, & Caelum Saturni maius caelo Iovis

Caelum

cœlū stellatū maiū cœlo Saturni, & Cœlū Christalinū seu aqueū maiū cœlo stellato, & primū mobile maiū cœlo Christallino, & deniq Cœlū Empyreū, est omniū maximū.

45 Secundo potest institui quæstio de entibq naalibus inter se separatis & si prescindatr ordo ad universū, idest non solū attentis partibus præcipuis universi, sed attentis corporibq sint vel ne partes huius universi. & sub hac inspectione etiā non videtr stare aliqua difficultas, quippe qtm ad magnitudinē, corpus omnium maxū est Cœlū Empyreū, & qtm ad parvitatē datr etiā de facto, corpus omniū minimū, saltim negative, licet quale sit hoc corpus non facile decidatr. erit forte attomū aliqd inperceptibile.

46 Tertio potest institui quæstio de entibq naalibq attenta ratione specifica, idest, utrū in qualibet specie detr corpq omnium maxū illius speciei, & corpus omniū minimū, ita ut illa species in nullo individuo posit extendi ad maiorē magnitudinē jam assinata, vel assignanda in aliquo suo individuo, & similiter ita ut illa species in nullo individuo suo, posit minorari versus parvitatē, ita ut individuū assignatū sit, omniū minimum taliter ut non posit dari aliud minus illo. v.g. an in specie humana detr unus homo omniū maior, & alter omniū minor taliter ut neq dabilis sit aliis homo, maior illo assignato, ut maiori, neq minor illo assignato, ut minimo.? & in igne. v.g. l. aqua, utrū hoc individuū ignis, sit omniū maius, & hoc, omniū minus, ita ut non posit dari aliud illo maius, & aliud illo minus? & in hoc sensu aliquas præsefert difficultatē quæstio decidenda. & in magnitudine et parvitate quid de terminis intrinsecis & extrinsecis. habeat vel ne quælibet species tres omnes, magnitudinis, & parvitatis, tū intrinsecos tū extrinsecos, vel an solū intrinsecos, l. an solū extrinsecos? & resolutio huius constabit ex dicendis quæstionibq instituendis.

47 Deniq potest institui quæstio in quolibet determinato individuo. v.g. utrū hic homo, v.g. Petrus, vel hic leo, vel hic ignis A vel hæc aqua A. habeat quodlibet ex his individuis terminos intrinsecos & extrinsecos magnitudinis et parvitatis? & in hoc sensu, etiā constabit ex dicendis resolutio.

18. Rursus notandus est, quod non viventia, (quae stricte homogenea sunt, quia non constant ex partibus etheroegenis, ut viventia, quae etheroegenea sunt, utpote constantia ex partibus dissimilaribus, homogenea ergo ut sunt non viventia constantia proinde ex partibus similibus. Et eius dem rationis, ut videre est in aqua, igne, aere, terra, lapidibus. Et alijs.) nonviventia ergo si sermo est in eo quod de facto accidit, attento ordine universi sic habent terminus intrinsecus, et extrinsecus Magnitudinis, v.g. ignis habet suum terminum intrinsecum magnitudinis, scilicet illa superficies convexa, propria ignis quae attingit ex una parte Coelum lunae, et ex altera aerem, est terminus intrinsecus Magnitudinis, seu est Maximum quod sic, quippe, ad illam magnitudinem naturaliter potest pervenire ignis, et ultra extendi nequit alioquin destrueretur universum, si ignis aerem, vel Coelum ignirct et consumeret ipsa in se convertendo. unde ignis non potest occupare totam Sphaeram aeris, et aquae, et terrae, sicut et non potest transcendere Concavum Lunae. similiter, similiter Superficies concava Coeli lunae, est terminus extrinsecus magnitudinis, in igne, seu est minimum quod non, quippe in illa magnitudine non potest naturaliter conservari, et in minori potest.

19. Unde difficultas ergo de homogeneis instituatur, etsi sit attenta ratione specifica, debet institui hoc pacto: Utrum Si ignis v.g. inspiceretur attenta sua natura, et ut si haberet sphaeram et spacium infinitum per quod posset extendi ut si poneretur extra omnes Coelos in spacijs quae imaginaria vocantur, et de inde si darentur combustibilia usque in infinitum, posset crescere usque in infinitum, ita ut quolibet termino designato, ultra illum posset illud individuum ignis ita magnum extendi? Et in hoc sensu erit quaestio nunc immediate excitanda.

QUAESTIO II.

Utrum Nonviventia habeant Terminos Magnitudinis et Parvitatis?

§ I

Statuitur 1a Conclusio.

Sit.

Sit Prima Concl°: Nonviventia, sive sint mixta, ut lapis, ferri, aes, ligni, et alia huiusmodi, sive sint simplicia, ut elem^ta, v. g. ignis, et si loquamur non de hoc, vel de illo determinato, sed de individuis, in quibus potest natura specifica esse contracta, non habent terminum intrinsecum, vel extrinsecum magnitudinis; habent tamen terminum intrinsecum, et extrinsecum parvitatis. idest: quolibet individuo ignis, v. g. dato, potest dari aliud individuum maius, et maius, sine termino; verum dato aliquo individuo ignis v. g. versus parvitatem, in tali magnitudine, scilicet digitali, (supponatur ista minima quantitas) non potest dari aliud individuum ignis, minus illo. 20 21

Haec Concl° habet duas partes prima quae loquitur de negatione terminorum versus magnitudinem probatur ex Arist. 2. de anim. tex 41. apud D. Th. lect. 8. ubi haec habet verba: * Ignis enim auctio, in infinitum procedit, quandiu subest res cremabilis. * et Ang^s M. ibidem: * Manifestum est enim quod ignis augmentum non est usque ad determinatam quantitatem sed in infinitum extenditur, si in infinitum materia combustibilis inveniatur. * 22

Ratione probatur haec eadem pars: quia dato quocumque igne quantumvis maximo (et idem dicimus de aliis elementis, et de mixtis, servata proportione) si ipsi coniungatur aliqua materia combustibilis, v. g. stupa, vel lignum, illam combureret; ergo fieret aliud individuum maius, et hoc sine termino, si sine termino igni applicentur combustibilia. ergo versus magnitudinem potest ignis conservari, in maiori, et maiori individuo sine termino. 23

Dicere quod illa materia non cremabitur, seu non comburet, vel quod illam secum non continuabit, vel quod dependet ex alia parte totidem ac sibi univit, est voluntarie et absque fundamento dictum, cum eo quo maius maiorem habeat ignis activitatem, tum ad comburendum, tum ad uniendam sibi materiam combustam, tum ad illam secum continuandam, et tum ad nihil dependendum ex alia parte.

Secunda 24 autem pars, de terminis versus parvitatem constat ex Arist. 1. Physicorum cap. 4. tex. 37. ubi haec habet verba: * cum omne corpus finitum ablatione corporis finiti consumatur constat non posse in uno quoque quodque inesse. * = et rursus tex 38. ait: * manifestum est quod ex minima

carne nullus segregabitur corpus, erit enim minus minima.* Et Ang. M. ibidem ait:* qd omne corpus finitum resecatur ab aliquo corpore finito.*=

25 Ratione autem suadetur eadem pars: dato aliquo igne digitali, v.g. (supponimus quantitatem digitalem esse minimam in qua ignis exercere valet suam operationem) implicat qd ulterius, et ulterius usque infinitum physice, dividatur. et qd ibi conservetur forma ignis, quo est quia ignis habet terminos parvitatis tum intrinsecos, tum extrinsecos. Unde ad mag. de Eucharistia dicitur: qd intantum potest dividi, et dissecari panis, ut non maneat materia consecrationis.

§. II.

Statuitur secunda conclusio.

26. Sit secunda concl. Si sermo sit de quolibet individuo determinato non viventium, attenta scilicet sua ratione individuali, ut supra n. 2) praenotavimus, v.g. si sermo est de hac aqua A determinata, quae est in hoc vase A, vel in hoc fluvio Tormes, vel in hoc mari Oceano. dummodo sit haec, portio aquae designata, ita ut sit continuata. hoc individuum retinet simul terminum magnitudinis, vel parvitatis, unde qualibet portione, vel gutta aquae ablata, perit individuum, et desinit esse praeexistens, et fit aliud individuum B scilicet, distinctum numero ab individuo A praeexistenti.

27 Fateor hanc conclusionem aliquam esse apparentem in genere difficultatem, et videtur quoad sensum creditu difficilem, verum mihi incredibilium est contrarium, unde corrigendo sensum per rationem, veritas nostrae conclusionis manifestabitur.= potest probari 1o nostra concl. ratione deducta ex Angelico M. 1. p. q. 3. ar. 3. et 2. de anima lect. 8.= Quia ad formam determinatam sequuntur accidentia determinata. Sed hoc individuum determinatum scilicet hoc vas A aquae, vel hoc totum mare, habet formam determinatam, sit vel ne tale individuum magnum, vel parvum, ergo habet accidentia determinata quorum unum est quantitas.

28 Illustratur nostra ratio. nam demus duobus vasibus aquae. et postea in uno maiore immergatur aquae; et sic argumentor. 2o quia antea erant duo individua aquae, et post immersionem non est nisi unicum individuum aquae; ergo hoc unicum individuum de novo existens genitum fuit per destructionem, et corruptionem individuorum praeexistentium. conseq. videtur evidens, generatio enim unius est corruptio alterius.

alterius

Vlterius. quia individua praeexistentia corrupta fuere; ergo 29 denovo genitum fuit aliud individuum. ans suadetur: quia tunc verificatur corruptio alicuius quando verificatur eius non existentia; sed post immersionem illam, individui unius aquae, scilicet A, in aliud individuum aquae, B, verificatur non existentia illorum duorum individuorum aquae, scilicet A et B. ergo illa duo individua praeexistentia scilicet A, et B, corrupta fuere, et genitum fuit aliud 3um scilicet C. maior est evidens quippe quamdiu unum individuum existit, verificatur eius existentia. probatur ergo min. quia tunc verificatur non existentia alicuius individui, quando verificatur destructio totalis suae individuationis scilicet, et tunc verificatur nova generatio alicuius novi individui quando verificatur nova positio individuationis, sed in casu praesenti, verificatur desitio individuationis illorum duorum individuorum aquae, scilicet. A et B. et verificatur nova positio alterius individuationis aquae, scilicet C, ergo post immersionem unius portionis aquae in alteram scilicet post immersionem aquae A, in B. verificatur non existentia illorum duorum individuorum A, et B, et verificatur existentia alterius individui scilicet C. maior videtur evidens, nam cum individualitas sit gradus fisica identificatus cum aliis gradibus specificis et genericis eiusdem individui, implicat quod verificetur desitio individuationis aliquorum, vel alicuius, et quod non verificetur desitio illorum, seu illorum non existentia. Sicut, et implicat quod verificetur in rerum natura nova individuatio, quin verificetur nova positio novae individuationis. ~ probatur ergo min. quia cum individuatio dependeat a quantitate, implicat quod detur duplex quantitas discontinuata, et quod non dentur duo individua, et similiter implicat quod detur una quantitas continua, et quod non detur una individuatio. duo enim individua continuari non possunt, sicut nec unicum individuum, potest autem discontinuari, unde unum definitur quod sit indivisum in se, et divisum a quolibet alio. Sed ante immersionem aqua A, et aqua B. erant discontinuatae, ut evidens est, ergo erant duo individua distincta, post immersionem autem illae duae portiones aquae, scilicet A et B, desinunt discontinuari, ut evidens est, et apparet aqua tertia, nempe C. continua, ut etiam patet ergo post immersionem est unica individuatio, ergo et unicum individuum. unde si cuivis ex tota illa aqua, scilicet C. auferas partem, scilicet D. destruitur individuatio prima

quæ in C, sortiebatur aqua, & generarentur alia duo individua, ut D. & E, ergo est signum quodlibet individuum homogeneum, aquæ, vel ignis vel cuiuslibet alterius homogenei habet sibi coniunctos terminos magnitudinis, & parvitatis.

30. Rursus si hæc aqua A posset fieri maior permanente ipsa numero aqua A, maxime vel per virtutem sibi intrinsecam, vel per extrinsecam operationem agentis extrinseci, sed nullo modo potest fieri maior permanente ipsa numero aqua A. ergo est signum quod hæc aqua A habet terminum suæ magnitudinis. probatur minor. & in primis quod non per virtutem extrinsecam agentis extrinseci, constat, quia agens extrinsecum solum potest unam alteri applicare, unde, continuabit duas portiones aquæ quas applicuit, & proinde reddit totum aliud factum numero antecedenti: neque per intrinsecam, quia non viventia non habent virtutem intrinsecam ad se nutriendum & augmentandum, hoc enim proprium est viventium.

31 Secundo dices. hæc aqua A, habet potentiam generativam, ergo habet activitatem ad convertendum vinum v.g. in se ipsum dico de igne, qui habet virtutem activam generativam, quamdiu adest convenit combustibile, ergo vel tunc illa portio aquæ, vel ignis quæ generatur continuatur aqua A generante, vel non, si non, videtur impossibile, ut patet. si in vas aquæ infundatur gutta vini, si unit, ergo & generat aliam aquam & praeexistens fit maior. probo hanc consequentiam quia si quando aqua A generat aquam secundam. & illam sibi unit, destrueretur aqua A, sequeretur quod aqua A tenderet in sui corruptionem, sequella probatur quia aqua aqua totius virtus est ad aliam generandam, quod evidentius patet in igne, ergo eadem efficacia qua intenderet generationem intenderet corruptionem.

32 Hæc est replica quæ mihi aliquam præsefert difficultatem. verum respondeo aquam A quæ generans active est eo ipso quod sibi uniat portionem aliam vini quam in aquam convertit, desinit esse, & consurgit aliud novum individuum. assumptum suadeo ex eo quia quod nullum agens potest se ipsum generare, alias ageret in se ipsum. unde destruitur aqua A, & generatur novum aliud individuum maius, & per hoc patet, ad probationem consequentiæ quæ probatio videtur afferre secundam replicam contra hoc, neque aqua existe

solum

intendit generare aliud individuum ut conservet species unde per accidens machinatur interim corruptionem, quod instanti potest in materia prima quae est corruptio, quae machinatur per se generationem novae formae generandae, et per accidens corruptionem formae corrumpendae, et fiat corruptionem illius esse quod materia prima habet in toto corrumpendo. 33

Neque valet dicere quod aqua A potest se ipsam generare et si non quoad totum, saltim quoad partes, unde et salvari potest quod sit activa, et generativa, et quod non destruat se ipsam nisi per accidens. ∽. Non valet hoc ex loquitur: hic quod est se generare quoad partes, revera est aggenerare et nutriri quod est proprium viventium, unde aqua non habet potentiam aggenerativam, sed unice generativam, et generatio ex termini est totius, etenim illius est generari, cuius est esse unde aggenerari est solius partis. et hoc unice in viventibus 34

Dices quod est incredibile, quod unice. quia passer quidque ausit guttam aquae ex mari, v.g. ex occeano, vel ex fluvio, v.g. ex tormes, vel ex Beti, desinat esse hoc mare numero, v.g. hoc occeanum, et generetur aliud, et quod desinat esse iste tormes, vel iste Betis, et fiat alius fluvius numero distinctus a fluvio praeexistente. 35

Secundo quia sensus sunt ratione corrigendi, unde credibiliores sunt assertiones et dicta stratiorum ut probando dixi, aliis videntibus, unde et incredibiliores sunt solutiones quas praebent contrarii huic resolutioni, quippe alii respondent quod in quolibet individuo aquae existunt tot individua, quot sunt guttae aquae. unde per segregationem asserunt non generari aliquid de novo, sicut neque corrumpi, et idem asserunt dingere quando per immersionem iunguntur. 36

Rursus alii respondent quod duae portiones aquae, quae existunt v.g. in duobus vasibus quando immerguntur, et si coniungantur in eodem vase, vel in eodem fluvio, vel mari, non continuantur, sed unice contigua existunt, unde non datur de novo generatio vel corruptio. sic respondent. plures thomistae, et alii

37) Verum propriae solutiones incredibiliores et inintelligibiliores sunt, et ergo contra rationem. Prima ergo inintelligibilis est, quia vel asserit quod in vase aquae, v.g. tot sunt individua aquae in actu, vel in potentia, quot sunt guttae, seu portiones aquae: Si asserit tot esse individua in potentia, ergo quando ponuntur in actu datur nova generatio, et proinde nova corruptio, generatio quippe unius est corruptio alterius, consequentia videtur evidens, transitus enim de potentia ad actum generatio est, quippe ita definitur transitus de non esse ad esse, et, de non esse privativo, et potentiali ad positivum et actuale esse. et patet etiam in viventibus in quorum seminibus continentur in potentia alia individua, unde quando ponuntur in actu datur nova generatio.

38 Si autem dicatur ibi esse plura individua in actu, tunc sic argumentor, quia vel ibi sunt continua, vel contigua, si contigua incidit in 2am solutionem, quae non tuetur 1a, et quae sic ita impugno. Si continua, implicat in terminis solutio, duo enim individua non continuantur, nam individuum est unum, et proinde indivisum in se, et divisum a quolibet alio. et rursum una quantitas continua est una, ac proinde indivisa in se, et quid in hoc fatigamur, cum nihil evidentius quam quod individuum est unum, indivisum, et continuum est unum, unde 1a solutio est contra manifestam rationem.

39 Secunda autem non solum est inintelligibilis, et contra rationem, sed et incredibilis, et contra rationem, quid enim evidentius quam quod si vas aquae infunditur in fluvio, mari, fonte, vel puteo, aut in alio vase aquae miscetur, unitur, et continuatur cum aqua in quam infunditur. est etiam contra rationem quia destruit mixtionem liquorum, tum eiusdem speciei, tum diversae, ergo dicendum est quod quando aqua A, et aqua B. infunduntur destruuntur aqua A, et B, et generatur aqua C. et e contra quando datur segregatio ex C, destruitur C, et generatur A, et B.

40 Unde ulterius confirmo contra Adversarios. nam quando una portio aquae, infunditur, cum alia portione aequali vini, tunc destruitur aqua, et vinum et generatur aliud individuum quod neque est vinum neque aqua; ergo similiter quando aqua A infunditur in aquam B, destruitur A, et B, et generatur

generatur. C. sequitur tenet a pari[t]. rationis, & ans constat, tum ratione, quia illud tertium non habet easdem vires, ac sola aqua, neque easdem ac solum vinum. ergo neque est vinum neque aqua. tum quia illud tertium non est materia Bautismi, ergo quia non est aqua, & non est materia Calicis, ergo quia non est vinum. ergo Conclusio ad oppositum convincitur veritas nostrae Conclusionis.

QUAESTIO III.

Utrum VIVENTIA HABEANT TERMINOS MAGNITUDINIS, & PARVITATIS?

§. 1.

Statuitur Conclusio.

91

Sit Conclusio: Viventia omnia sive perfecta, sive imperfecta, habent terminos, tum intrinsecos, tum extrinsecos Magnitudinis, & parvitatis = & hoc sive fiat comparatio in species sive in quolibet individuo determinato vivente: - ex. g. in natura humana datur una quantitas ita magna adque aliquis homo potest pervenire, & ultra illam nemo, & similiter datur alia ita minima, ut et si in illa posit aliquis homo existere, & conservari, tamen citra illam nullus. =

92

Conclusio sic explicata suadetur 1º. ex Arist. 1. Physic. cap. 4. ubi supra. idest tex. 36. 37. & 38. = rursus probatur ex eodem, lib. 4. de generat. animal. cap. 4. ubi haec habet verba: * Perficiendi cuiuslibet animalis, certa est magnitudo, tum ad maius, tum ad minus, ita quod non supergrediatur ut in maiora, vel minora evadat. * idem docet. 2. de anim. tex. 41. = Unde Angelicus Magister ibidem lect. 8. ait: * Sed tamen est aliqua quantitas ita magna, ultra quam species humana non porrigitur, & alia quantitas tam parva, ultra quam homo non invenitur. *

93

Ratione autem suadetur Conclusio. & 1º ratione generali, quia ad subiectum determinatum, sequuntur accidentia determinata, sed viventia

oia hent sig determinatq. gº & debent hæc accidentia determinata, sed unq & præcipuq ex accidentibq est quantitas, gº ita necess. convenit viventibq in determinata magnitudine & proportione. tq versus max. tq versus minimum.

94. Rursus omnia viventia augentr per virtutq intrinsecq, scilicet per virtutq nutritivq & augmentativq, sed virtq cuiuslibet viventis est determinata, gº & quantitas acquirenda, & conservanda est necess. etiq determinata.

95 Ratione speciali pro viventibq suadetr, qª vivens quodlibet habet suas determinatas operationes, sed implicat qd in quant. ita magna ut contingeret Cœlq digito hoc posset exercere suas operationes, ut neq equus vel Leo. & e contra implicat qd in magnitudine uniq grani Sinapis, vel uniq athomi hoc, possit operationes exercere, gº qdlibet vivens habet ~~suas operationes~~, quantitatem determinatq tq versus max. tq versus minimq.

§. II. Proponitur quoddam dubium.

96 Dices: demus hominq aliquq ee in termino quq dicimus esse max. quod sic, seu ee terminq suæ magnitudinis, & demus hunc terminq ee altitudinis trium ulnarq, & simul demq quantitatq minimq quæ addi vel auferri potest, esse digitalq. his positis sic conficies argumentq: sed homo iste potest istq terminum superare, & ultra illum extendi. gº non habet verum magnitudinem terminq intrinsecq magnitudinis, probr subsumpta: qª demq hominem istq pugi a vespa, gº tumefiet, gº occupabit maiorq locq.

97 Nec valet dicere qd simul ac incipiat tumefieri morietr. — Non valet hæc responsio qª sequeretr qd Cadaver generandq inciperet extrinsece, & per primq sui non ee, qui modq inceptionis substantiis repugnat, ut supponimq ex 6. Physicorq. & ultra inde sequeretr, qd homo desineret ee per ultimq sui ee, qui etiq modus desitionis ipsis substantiis repugnat, ut etiq ex ibi dicendis supponitr. gº sequela est evidens quippe de Cadavere verificaretr hæc propositio: Nunc non est cadaver, & immediate post erit. ✠ assumptq patet, qª tunc verificaretr Cadaver gº verificaretr motq tumefactionis, sed motq incipit extrinsece, & p ultimq sui non ee. ut supponitr. gº & cadaver.

2º

Secunda autem sequella etiam constat. quia de hoc iam desinente verificatur 48
ista propositio: * nunc est homo, et immediate post non erit. * asserendum est.
quia hinc verificatur esse hominis quod non verificatur tumefactio, et non esse hominis
quod verificatur tumefactio; sed de motu tumefactionis, verificatur ista: nunc
non est et immediate post erit, quippe sic incipit motus ut supponitur. ergo
homo desinet esse per ultimum sui esse.

49 Ulterius dices, ad probandum non
habere viventia terminum intrinsecum parvitatis. et ad hoc suadendum
supponatur. quod homo aliquis est in quantitate. quam ambo dicitur minimum
quod sic. et demus istam quantitatem. esse semipalmi. his positis sic con-
ficitur argumentum. dato homine in illa quantitate semipalmi, homo iste potest
fieri minor, ergo non habet terminum intrinsecum parvitatis. ans. suadetur. si hoc
iste poneretur ad ignem, vel x. aliud corpus activum et condensativum,
per condensationem fieret minor. atqui simul ac inciperet
condensari nequit homo aliunde desineret esse intrinsece, et
per ultimum sui esse, et cadaver inciperet extrinsece, et per ulti-
mum sui non esse, quimodum incipiendi, et desinendi repugnat ut
supponitur. ergo est quod homo, neque aliud vivens habet terminum intrinsecum
parvitatis. ~ ~

§. III.
Solvitur

50 Huic argumento respondent quam plures thomistae quod ex ipso vin-
citur viventia non habere terminos magnitudinis, vel parvitatis,
via corruptionis. at non probare viventia carere praedictis
terminis, via debitae conservationis. ~ ~ verum mihi non
placet ista solutio, nam etiam via corruptionis devenitur ad aliquem
terminum ultra quem non potest vivens extendi, vel coarctari. unde
hac solutio in sua probabilitate relicta.

51 Respondeo ad utrumque replicando.
viventia omnia habere terminos intrinsecos magnitudinis, et
parvitatis, ceterum aliter, via debitae conservationis, et aliter via corrup-
tionis, quippe qui terminus est via debitae conservationis transgredi
potest. ita ut ipsi verum magnitudinis superaddatur quantitas mini-
ma omnium, scilicet digitalis, et versus parvitatem possit ista deperdi, et
illa addita necessario morietur, sicut et minimo perdita via conser-
vationis, deperdita quantitate digitali etiam morietur. unde si attenditur

ad vires intrinsecas viventis, ut hois, pot. extendi ab intrinseco ad usque magnitudinem trium ulnarum; at ab agenti extrinseco potest moveri ita ut acquirat digitalem quantitatem, supra illam trium ulnarum, et ista acquisita desinet esse, et morietur. et similiter in termino suae parvitatis, et minimo quod sic. attenta sua virtute, pot. in illo conservari at ab agente extrinseco pot. moveri ita deperdat digitalem quantitatem et hac deperdita morietur. unde si ad tres ulnas addas quantitatem digitalem, in qua via corruptionis pot. per aliquod tempus esse parvum homo existere, quantitas trium ulnarum cum digitali est est maxima quod sic, seu terminus intrinsecus via corruptionis, ad quem etiam si moveatur, vel alteretur a causa extrinseca pot. pertingere, et illum nequit excedere quantacumque vi, et etiam a causa extrinseca superveniat. quod constat ex experientia, neque homo non ita pot. crescere etiam apposita causa extrinseca, ut in maiori, et in maiori usque in infinitum possit existere, et si praeternaturaliter, et per indispositionem. quod et pariformiter dicimus de termino parvitatis. quippe, si terminus parvitatis et minimum quod sic erat quantitas semipalmaris, alia, aliqua quantitas minor ista est terminus intrinsecus parvitatis via corruptionis, et indispositionis, scilicet quantitas semipalmaris digitali deficiente est terminus intrinsecus praeternaturaliter, citra quem etiam neque praeternaturaliter potest vivere. unde neque via corruptionis, et indispositionis pot. in minori, et minori usque in infinitum conservari. ~ relinquitur

etiam quod omnia viventia habent terminos intrinsecos

magnitudinis, et parvitatis, sub qualibet

consideratione.

et haec de

hoc 1. lib.

Physicorum.

Finis

Liber secundus Physicorum. Summatim.

disquisierat Arist. hucusque de principijs entis naturalis, tum in ordine ad se inspectis, tum in ordine ad tum consideratis, quum videlicet totum est quod dicitur principium essendi, proinde ordinatur ad esse seu ad existentiam, unde ab hoc 2.º libro agit de principijs sed quatenus ad operationes ordinantur, quo pacto et sunt natura, et naturae componunt, unde operationis principium. Sicut natura, sit causa et operationis, et effectus recipit cuius est operatio causalitas, proinde et in hoc 2.º libro agit de causis, imo et potius pars huius libri in causarum consideratione absumitur, tum quum per varia genera dividuntur, tum et quum comparationem ad diversos effectus ipsarum. verum, cum natura secernatur ab arte, et a violento, proinde et in praesenti libro agit de natura, arte, et violento. nos ergo methodum Aristotelis imitantes, et Angelici M. interpretis, pariformiter in hoc libro disceptabimus de natura, arte, et violento, tum de causis, et generibus ipsarum. Sitque feliciter.

Disputatio 1.ª De Natura.

Quaest. 1. Quid sit natura? § 1. explicatur definitio tradita ab Aristotele.

proiectus et sursum, est motus violentus. Et, si est etiam violentus motus gravium cogentium descendere. Probat quoniam maior ex eo quia si talis motus sit contra inclinationem formae lapidis, et quia quamvis lapis gravitatis inclinat deorsum, tamen motus ille est contra capacitatem materiae lapidis, quae esse capax est ad habendum illum motum, si forte coniungatur cum forma ignis ad quam habet etiam capacitatem. Unde cum motus ille sit receptus in lapide, et in lapide ... principium quoniam aliud quamvis possit esse ille motus ... ipsius illius motus naturalis violentus, quia aliunde evidenter constat motum illius esse violentum. Dicendum est quod non sufficit ad conceptum naturae esse principium passivum motus. = Solutio huius fundamenti, quod potius est paralogismus facile respondetur ... quod verum est, si materia sumitur sic, et sic intelligitur pro potentia communem formarum ... sic indifferens ad quemlibet motum, et ad quaslibet dispositiones quarum ... forma substantialis, verum cum in praxi et realiter materia sit determinate coniuncta, et unita uni determinatae formae substantiali, inde oritur, quod positive potius liceat exercita inclinationem ad unam formam et ad dispositiones illius, quam ad alias et ad dispositiones, unde quoniam cum ... motus contrarius formae habitae, tunc motus ille simpliciter dicitur violentus respectu compositi, et respectu formae, respectu quorum sumitur denominatio quae simpliciter est talis, et ultra, motus ille dicitur etiam aliquamodo violentus respectu materiae, cum ille motus sit contra positivam inclinationem materiae quam de facto habet, et ex hoc constat quomodo motus lapidis sursum sit violentus quoniam videlicet, et est contra totum compositum, et est contra ipsam formam lapidis, et est contra inclinationem positivam quam exercite habet materia, unde ut aliquis motus sit naturalis non sufficit quod habeat in illo in quo est principium passivum receptionis. Solutio ultra requiritur quod principium passivum inclinationis. = Dices quod ex hac solutione sequitur quod dispositio ad ignem quae recipitur et est in ligno v.g. non sit naturalis, quod videtur esse falsum et contra ea quae dudum prius diximus circa stabiliendam conclusionem. Sequela probatur ex eo, quod illa dispositio est contra compositum substantiale in quo est, sit contra lignum, cum illud destruat, et est contra formam substantialem ligni, quippe contra istam, et ad illam expellendam ... talis dispositio, quoniam simpliciter dispositio ad ignem erit motus violentus cum respectu sit contra positivam inclinationem quam exercite habet materia, cum exercita inclinatio sit ad formam quam habet, videlicet ad formam ligni. = Respondetur non posse negari quod dispositiones quae introducuntur in compositum corrumpendo, sunt violentae respectu illius, cum illud destruant, at vero dicuntur et sunt dispositiones naturales respectu generandi, quia ad illam disponunt, quae in materia iam inveniunt capacitatem et inclinationem, aliqualiter exercitam, quae inclinatio et capacitas eo fit maior quam dispositiones tenacius insunt composito, unde cum absolute vincant dispositiones quae praecedebant conservando formam quae erat in corrupto, ideo illae dispositiones ad formam generandam simpliciter dicuntur dispositiones naturales respectu illius et cum absolute sint ... principium passivum inque ...

§ = 6 = De forma substantiali, conveniat ne ipsi definitio naturae. Respondetur ..., et ... Negativa sententia tribuitur Scoto in 2. dist. 18. q. unic. quam sequuntur eius discipuli, unde certum ... Scotisticae Scholae ... principium passivum habere rationem naturae, ... inde principium activum motus eius in quo est non sufficere ad conceptum naturae. Positivam oppositam sententiam communiter ... in Schola Thomistica cum Angelico Praeceptore S. ... dicitur, unde sit natura forma substantialis vere et stricte obtinet rationem naturae et est natura in superiori definitione. Suadetur 1o ex Philosopho. 2. Physic. tex 10 ... Natura sic dicitur primo ... cuique subiecta materies eorum, quae motus in se mutationis ... principium ... alio vero modo ipsa forma ✱ in quibus verbis expresse tribuit formae rationem naturae. = Unde ...

ibidem lect. 1. ait * in rebus naturalibus eo modo datur principium motus, quo eis convenit motus quibus ergo convenit motum, convenit esse principium activum motus, quibus autem convenit moveri est in eis principium passivum, quod est materia, * in quibus verbis tribuit Ang. M. rationem naturae stricte principio tam activo videlicet quam activo. Similia habet Arist. 5. Metaph. cap. 4. 5. ubi expresse rationem naturae tribuit formae, et similiter ibidem Ang. M. unde perspicue est habenda mens Dni. vere expressa Aristotelis, et Angelici M. ad quod sufficiebat dictum Arist. asserentis impropte formam substantialem esse magis naturam quam materiam, quod et approbat Ang. Mr. ergo ex utroque communi M. constat formam substantialem quam magis esse stricte, et rigorose naturam.

Ratione autem suadetur Dlo. quia illud cui in toto rigore convenit definitio naturae tradita in praesenti ab Arist. requirit non esse naturam stricte, et rigorose; sed forma substantialis convenit stricte, et rigorose definitio naturae tradita in praesenti ab Arist. ergo forma substantialis est stricte et rigorose natura, caetera patent.

Probatur min. quia forma substantialis est principium et causa motus ejus in quo est, et non est quomodocumque principium, sed primum et radicale, et per se inde per se, et non per accidens, ergo formae substantiali convenit definitio naturae tradita in praesenti ab Arist. ant. constat, quia forma substantialis est principium activum et quo agendi, et operandi, etenim ipsa est principium quo constituendi in actu in esse essendi; ita proinde est principium quo in linea operandi, quia operari sequitur esse. Confirmatur haec ratio, quia viventia in genere talia sunt etiam naturalia, unde in quantum talia constituuntur per naturam, sed viventia a non viventibus segregantur et discernuntur per formam substantialem, ergo est quia forma substantialis est stricte, et rigorose natura.

Mai. negari nequit, cum viventia habeant plures motus naturales, ut sunt [illegible] motus augmentationis et nutritionis, et motus localis; sed omnes motus naturales sunt, min. etiam evidens est, et durans, quia inter motus naturales datur magna diversitas, quia non omnes motus naturales sunt ejusdem speciei; imo ejusdem generis, principium, sed hujusmodi diversitas in motu unice oriri potest per formam substantialem, ergo necesse est formam substantialem habere rationem naturae.

Dices cum subtili doctore, eatenus aliquod principium habere rationem naturae, quatenus mobile est, sed forma substantialis mobilis non est, sed potius est principium movens, ergo forma substantialis habere nequit rationem naturae. maior probatur ex eo quod Philosophis est ens mobile, eatenus aliquod principium habet rationem naturae quatenus mobile est; unde movens ut movens rationem naturae non habet, quo patet Deus, quia movens omnis immotus rationem naturae Philosophice loquendo non habet, unde potius dicitur naturans, seu producens, et creans naturam, quae natura est sed principium pure activum, quia mobile non est rationem naturae non habet, sic similiter, quo aliquid magis habuerit de activitate modo ad motum eo magis cadit a ratione naturae. Atque forma substantialis, quatalis sit principium activum motus, pro inde deficit a conceptu naturae. * Solet responderi formam substantialem esse principium non pure activum respectu motus, unde non solum est principium movens, sed etiam motus, unde etiam est ens mobile, quinimo [illegible] rationem [illegible] naturae. Deus autem rationem naturae Philosophice loquendo non habet quia nullo modo est ens mobile, sed tantum movens unde est natura naturans non autem natura naturata, * verum ut valeat haec solutio nisi magis explicetur instari potest sequi ex illa formam substantialem eatenus esse naturam quatenus est ens mobile, seu motum, ergo et quatenus est principium passivum, atque alium de eis receptivo et passivitate seu capacitate ad recipiendum, et ad patiendum omnem ex materia radicaliter, et primordialiter, cum ista sit pura potentia, et potentia prima, et primum in suo genere sit causa, et mensura caeterorum, sed proinde formam substantialem, ad hoc in posita solutione data rationem naturae non habere.

Resp. Deum non excludi a conceptu naturae Philosophice loquendo quia principium activum est, atque sed quia primum, unde sub hac inspectione, videlicet quatenus primum principium motus seu quatenus primum movens pertinere nequit ad scientiam naturalem, quia est scientia inferior limitata hoc objecto, sed pertinet ad Philosophiam primam, videlicet ad Metaphysicam, quia scientia universalis est, et de omni ente.

ibidem ter 2.

unde adest locus de forma substantiali, etiam quamvis principium activum est motus pertineat ad rei ... Physicae naa, ... supra arguebamus est principium radicale et primum motus naalis, ut patet in viventibus ... cuius motus naales sunt, quis enim negare potest (nisi neg. ... lucere deyoulo interposito opaco corpore potentialiter adest) motus nutritionis et augmentationis et motus localis in viventibus motus naales ... esse ... forma substantialis comparata principaliter ut principium activum radicale, et primordiale inferri debet quinde forma substantialis etiam quamvis principium activum motus est, esse ... inferiore nat., imo est nobilior et praestantior naa, quam principium passivo, quia ... dixit Arist. et cum eo Aug. M. ibidem text. 2. formam substantialem esse magis nat. quam materia ... doctrinam ... ex definitione naturae, constat, quod naa est, illud quod est principium et causa motus, eius in quo est, primum per se, et in hac definit. non dicit Arist. determinate, quod naa est illud quod est principium passivum motus, neque dicit determinate, quod sit principium activum motus, et est contra mentem filosophi ligare, et limitare rationem naturae vel ad principium determinate passivum, vel ad principium determinate activum, aliunde diminute ... Arist. non determinando indefinite de quo principio determinate loquitur, ... cum definitio debeat esse per se clara, et manifesta, non indigens nisi explicatione terminorum, cum ergo in praedicta definitione dixerit Arist. quod naa, est illud quod est principium, et causa motus, ... principium debet accipi in eadem universalitate qua ... praeferit, unde sumi debet universaliter quod abstrahit ab omni principio, tam activo quam passivo, unde adest locus, ut forma materia quae ... substantiali, sint ... inferiore naa, ut explicat ... Aug. M. et cum eo eius discipuli ... illud quod ex scoto obstare potest quod obiectum filosofiae est determinate ens mobile, ... ergo mobile pertinet aliquid ens ad physicam, ... inferius est principium passivum est naa, cum naa ... pertineat ... obiectum physicae, ... dici obiectum physicae ens mobile, ut excludatur ab obiecto physicae, quod nullo modo est mobile motu physico, ... sensibili, cum physica non abstrahat a sensibilibus ... illud concernat, unde ... excluduntur ... ... ratione obiecti filosofiae, ille, qui est ... omnino ... unde nullum est ens mobile, ... mobiles sint ... et intellectivo, ... non sensibilibus movente, ... forma substantialis et ... ... non sit ens per se mobile, sed movens, motus, ... et ... pars, ... mobile, et quatenus est movens pertinet ad physicam et est naa, cum substantia ... radicet motus naales et sensibiles, ... simpliciter ... determinate ens mobile ... cum passivitas seu mobilitas sit de genere imperfectionis et qualitatis, et ... libet imperfectio tribuit denominationem ... in linea, et si addit alia formalitas ... in linea perfectionis, ... activitas, unde ita formalitas non tribuit denominationem subiecto cui convenit, nisi cum addito, ... videlicet impedita ab alia formalitate cum qua ... ... dicitur communiter bonum ex integra causa, et malum ex quocumque defectu, et quinde simpliciter loquendo forma substantialis dicitur ens mobile, non dicitur ens movens, nisi cum addito, et quinde obiectum physicae, dicitur simpliciter ens mobile, non autem ens praecindens a mobili, et movente, ... ut explicatum relinquimus, etiam entia moventia, ... entia ... per se moventia, pertineant

ad obj. fisici, & q. inde sint ortia naalia ut conversatio, & sub ista dispositione sint etiq naa, ac p. consequens fra substantialis movens quaparte est ery mobile, s. quaparte est movery est naa, vel reduplicative, quia principy activy est moty, est naa, & ipsi convenit definitio nag. quæ est in fuerit tradita ab Arist.

§=7= De Anima Rationali = corolarium quoddg = infero animg rationalg etiq vt rationalg rationalis est, ee ultimū terminū nomine log. do nag. Constat hoc corolarium ex Arist. 2 Physic. tex. 26. ubi hæc habet vba * Et quousq naalis filosofy, frg, & ipsy quid est, scire oportet & postea * homo ngz generat hog, at q Sol *. quæ vba expondens Ang. M. ibidem lect. 4. ait * unde usq ad anima rationalg se extendit consideratio naalis, quæ est de formis. * & rao suadet, q. hoo, ut homo est ery naale, s. ery naale constituitur p nag, g.o id quo hoo constituitur in ee hoig est naa, sequela videtur nota, & maior in primis est manifesta, ng homo ut hoo est ery mobile substantiale, q. est ery naale, minor autem etiq est certa, quippe ut artificialia constituuntur per artificialg frg, ita similiter ery naale constitui debet p nag, seu p frg naalg. & de inde cum infertur evidenter, vndiq sic subsumo, s. homo ut homo constituitur per animg rationalg ut rationalg est, g.o anima rationalis ut talis est naa. etiq subsumptum cy sua illat. constat manifeste & etiq & consequens ad ipsg minorg suaderi pot. & ratione pure filosofica, & etiq ex Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 8. ubi definitur animg rationalg ee corporis formg p. per hæc verba * damnamg & reprobamus oes asserentes animg intellectivg mortalg ee, & unicg in cunctis hominibus, & hæc in dubiū vertentes: cy illa non soly vere, p se, & essentialiter humani corporis fra existat, very & immortalis, & pro corporū ratione quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicata, & multiplicanda sit * ratione autem filosofica suaderi pot. ex eo q. omne ery naale constitui debet p aliquam frg naalg, s. homo ut homo est ery naale, g.o constituitur homo ut hoo, p animg rationalg. =

Confirmatur. q.o animæ rationali ut tali convenit definitionag. tradita in superiori ab Arist. g.o anima rationalis ut rationalis est naa, ans constat, q. anima rationalis ut talis est principy radicale, & primordiale motuy fisici, & naalis, ut est fletus, & risus, & admiratio.

§=8= De Cælo = aliud corolarium = ex dictis §. de naa tg. infero motum Cæli ee naalg, sive sermo sit de motu diurno, per quem ab oriente in occidens per spacium 24 horarum movetur, sive sit de motu proprio & peculiari quo quilibet Cæly movetur ab occidente in oriens, ee naalg, non quia in Cælo detur principy activum hory motuy, s. quia q.a est p se capacitatis passivg ipsius cæli. est hoc corolarium D. Thom. 1. de Cælo. lect. 3. & hæc ratione, q. Cæly habet in se principy passivum inclinans ad motg, g.o cæly habet naam, quæ est naa, ans constat, quippe Cæly movendus sm mag tg est principy passivy motuy, s. etiq sm tg substantialg quippe ista exigit moveri ut medio motu cæli influat ipsy cæly in hæc inferiora, ut suas generationes exerceant vsq dum complebitur numerus electorum. ut docet Ang. M. in 4. dist. 48 q. 2. ar. 2 ad 4. ubi hæc habet vba * motus cæli non est de perfectione corporis cælest. nisi inquantum p hoc est causa generationis in istis inferioribus. * est q.o Cæly principy passivy motuy or. solum sm mag, s. & sm frg vnde ex fra non sequitur motus activus dimanative, s. potius movetur ab intelligen. practice. = * Rursus suadetur hoc corolarium rationem. q. illud cui convenit definitio nag, est naa, s. Cælo convenit definitio nag, g.o est naa, probatur min. q. Cæly est principy passivy motuy eius in quo est motus q. est primum & radicale principy & p se tale. g.o Cælo convenit ratio & definitio nag. = Demum suadetur hoc corolarium q. motus cæli non est violentus, neq artificialis, neq p.ter naalis, g.o est naalis

lege. D. Thom. ... circa eas ... ad fin. cæla * = 35 q. a. g. ... ex D. Th. 2. ... lect. 1. ubi ait ... naalibus ... principy ... motus ... convenit ... principy activum motus quibus ... moveri est ... principy passivy. = g.o ... movetur ... motus ... est naalis

ary sicut quoad suas partes. Et in primis quod talis motus non sit violentus vincitur[?] ex eo, quippe nullus violentus est perpetuus, et motus caeli esse est perpetuus, vocatur[?] non solum posset moveri, sed de facto movebitur usque in finem mundi, scilicet et etiam non illi si sic Deus disposuisset, quod motus caeli violentus non est, quod autem non illi artificialis, etiam constat, quia cum natura [illegible] Deus infusionem indigeat motus caeli, ut medio ipso caelo influat in haec inferiora, consequens est quod talis motus artificialis non sit, alioquin natura indigeret arte, quod est falsum quippe sicut natura non abundat in superfluis ita non deficit in necessariis. Et hoc est quod talis motus non sit praeter naturalis, alioquin ut nuper dicebamus aliquid naturale haberet exigentiam alicuius motus praeternaturalis. restat ergo quod talis motus sit naturalis, alias daretur aliqua species motus quae non contineretur sub aliquo genere ex generibus motus. Et hoc est exclusa sententia Avicennae, cui subscribit Subtilis doctor asserentis motum caeli esse praeter naturalem. — §. 9. de caelo Empyreo. dicimus quod quod sit caelum Empyreum sit naturaliter incognitum. Dices: ergo eius cognitio ubi sit habita per fidem vel alio modo. tale caelum est naturale, quia etsi non sit in principium motus est tamen inest principium quietis, quippe necesse non est quod possibilitas naturae sit principium motus et quietis copulative, sed sufficit quod sit principium alicuius. ut colligitur ex D. Tho. 1. Phisic. lect. 1. ubi docet quod quibus competit movere est principium activum motus, quibus autem convenit moveri est inest principium passivum et quodlibet sufficit, ut sit ens naturale. — §. 10. — per quid natura distinguatur ab arte — igitur haec omnia stabilita quibus constat ratio naturae ad ipsius naturae cognitionem perfecte capescendam operae pretium duximus differentiam quae inter naturam et artem divagatur, examinare. igitur natura distinguitur ab arte, in primis in operari, inesse quidem quia natura substantia est, ars autem accidens. quod natura sit substantia docet Aris. et D. Tho. 2. phisic. lect 1. generaliter definitionem constat quia natura est principium radicale motus ut ita explicavimus, quod unice substantiae convenire potest. ars autem accidens est, cum possit adesse et abesse subiecto absque subiecti corruptione. quoad naturam et ars distinguuntur quoad adesse. rursus distinguuntur in operari quippe natura operatur, ut principium primum et radicale, ars autem ut principium secundum et instrumentale. dices quod ars potest producere substantiam, et ita natura substantia est. nego quod potest, quippe substantia unice producitur a substantia ut a principali et radicali agente. ars autem potest producere substantiam ut instrumentale; quia arte fiunt panes et alia quae sibi, quae est substantia naturalia, et similiter operatione alchimistae producunt verum aurum sicut docere videtur Aug. M. 22. q. 77. ad 2. ad 1. et rursus operatione et virtute magica, Magi seu Sapientes Aegyptiorum, effecerunt serpentes et ex suis viribus ut dicitur Exodi c. 7. et docet Aug. M. 1. c. de pot. ar. 5. ad 8. — dices quod ars numquam producere ex se substantiam aliquam sed applicat activa passivis, et natura sic applicata operatur per suas virtutes. unde in factione panis ars panifica applicat frigid[?]

& caloris, et sic ex illis entibus naturalibus videlicet ex farina, & aqua
resultet aliud ens naturale videlicet panis. = ad illud de auro facto
per artem alchimiae respondeo illud aurum non esse verum & substantiale
aurum, sed solum est aurum quoad apparentiam, & quoad accidentia
extrinseca, quod docet ex professo Ang. M. in 2. dist. 7. q. 3. ar. 1. ad 3.
per haec verba * quasdam formas substantiales sunt, quas nullo modo ars in-
ducere potest, quia propria activa, & passiva invenire non potest,
sed in his potest aliquid simile facere, sicut alchimistae faciunt aliquid
simile auro quoad accidentia externa, sed tamen non faciunt verum
aurum. quia forma substantialis auri non est per calorem ignis, quo utuntur
alchimistae, sed per calorem solis in loco determinato, ubi viget virtus
mineralis. * Unde quoque Ang. M. unde in quadam extravaganti quae incipit
Spondent, Ecclesia prohibet emptionem & venditionem huiusmodi auri, &
docet teneri ad restitutionem qui illo auro utuntur. = ad illud de serpentibus
& draconibus factis per artem magicam a Magis Aegyptiis. respondeo
admisso illos serpentes esse veros serpentes veros que dracones &
non solum apparentes. quod efficiebant ab arte, sed a natura, applicando
videlicet activa passivis, quia daemon cum habeat perfectam scientiam
rerum naturalium docebat magos quae deberent applicare ut virgae corrumpe-
rentur, & quae erant necessaria ut ex virgis corruptis generarentur serpentes
& dracones ex putrefactione. unde magi numquam ex se operationem
aliam facere potuerunt. = rursus dices quod ars aliquando est unicum principium radicale
& primum & radicale motus. ergo non recte distinguimus naturam ab arte. patet
hoc quod natura sit radicale principium motus. ars autem aequalis & immediatum motus principium.
assumptum probatur ex eo quod si ponamus duo entia naturalia, aequalia in naturali entitate
& inaequalia in arte facta, unum alio velocius movetur, ut si ponamus unum
ens naturale quadratum & aliud aequale sphericum. sed diversitas horum motuum oritur
negative a natura, quod quidem in natura sunt aequalia, ergo oritur ab arte, ergo ars est principium
primordiale, & radicale motus = secundo negando assumptum & ad probationem respondeo
quod ars solum dispositive influit in diversitatem illam illorum motuum, quatenus disponit
quod corpus sphericum habeat partes quantitativas magis unitas & aptiores ad scindendum
aerem unde facit quod illud mobile sphericum velocius moveatur, & principium radicale
illius motus est natura, cum motus ille sit naturalis, & naturaliter omnis necessario a
natura provenire debeat = §. 12 quid sit violentum, & per quid violentum
a natura distinguatur? = Violentum recte definivit Philosophus ubi. est a principio
extrinseco, passo non conferente vim - quae definitio similiter exacta M. 8 Phisic. lect. 7.
& ex Phil. ibidem & cap. 1. Ethic. ubi haec habet verba: id esse violentum cuius principium
est extra tale existens, in quo nihil confert, operans, vel patiens. ad cuius definitionis

explicationem ostendere venit. quod quod dicitur indefinite violentum, quod principium est extra, vel principium, debet intelligi non de speciali principio exteriori, sed de principio speciali et particulari motus, quippe si principium est universale, et equivocum non infert violentiam, quia causae inferiores ex natura sua sunt subordinatae causis universalibus et superioribus, quo pacto fluxus et refluxus maris est motus naturalis in mari, et non violentus, etsi principium causarum talem motus sit luna, quae quidem est principium extra, et cum coelis, et luna sint principia extrinseca non specialia, et particularia, sed universalia, et ideo eadem non inferunt violentiam in inferioribus quae ab ipsis moventur. = Similiter ostendere venit quod quod dicitur indefinite violentum, passo non conferente vim, id quod sumi debet positive, non vero mere negative, ita ut sensus sit, quod passum non conferat positive vim et efficaciam ad motum, sed positive potius resistit tali motui, quo pacto refluxus maris, ut illud in eodem exemplo motus naturalis est, quia etsi mare, neque sive se habeat ad talem motum, et non conferat positivam vim et efficaciam ad illum, non resistit illi motui; = Et ex his solutum manet argumentum quod fieri potest contra istam definitionem. nam si opponere volueris, quod motus quo lapis sursum a deo movetur, est naturalis, et tamen lapis principium motus est extra, et lapis positive resistit, quod definitio violenti motus convenit motui naturali. assumptus probatur ex eo quod nulla creatura pati possit violentiam a deo. cum omnis creatura nata sit obedire Deo. ergo motus quo lapis sursum a Deo movetur, est naturalis. = Respondetur ex dictis quod ad talem motum lapidis sursum vel concurrit Deus ut autor universalis, vel ut autor specialis et particularis talis motus, modo quo v. g. homo proiiciens lapidem sursum concurrit ad motum lapidis sursum. Si concurrit Deus ut autor universalis tunc talis motus naturalis est, ob rationem in argumento allatam, et quia in illo eventu lapis non graviteret, sed potius esset cum positiva inclinatione ad motum sursum, quatenus creatura est, et ut pars est universi, cuius est Deo obedire, et inclinari in conservationem universi, potius quam in inclinationem sui ipsius, et hac ratione, videmus quod in Clysterio, [+] in aqua sursum ascendere, ad replendum vacuum, ut patet in [illegible] Clysterio, in quo et descendit oblimit et ascendit aqua ad aeris defectum supplendum, et in quo et descendit ingressum rerum. = Si autem causa vero Deus per fortuitum discurrit ut causa particularis, faciendo violentiam ad motum lapidis sursum concurrit Deus ut causa particularis, faciendo violentiam illud ipsum quod faceret homo si lapidem sursum proiiceret, tunc casus motus illi lapidis esset violentus, cum positive resisteret media sua gravitate. quod autem Deus ut causa particularis concurrere possit ad motum lapidis sursum, videtur manifestum, cum Deus possit facere se solo, quod facit media causa secunda ut in doctrina est certum; cum Deus possit facere se solo, quod facit media causa secunda, ut in doctrina magistri est quasi per loquium. et praecipue in libro causae efficientis. = Et quaeres, per omnis an possit inferri violentia contra principium passivum. Responsio est affirmative unde si materia prima spoliari posset ab sua forma substantiali utique ipsi violentia inferretur. Ratio est, quia cum inclinatio passiva materiae ad formas, videlicet aditus vel illarum divisio, sursum sit inclinatio naturalis, si ab aliquo agente privari posset a sua inclinatione, utique necessario pateretur materia prima violentiam. Ratio a priori d[illegible]

[Margin note at the "+" mark: vel in cochlea, seu organo pneumatico — clepsydra]

q. motus est vel mutatio, quae est contra principium inclinationis alicuius naturalis est violentum. Sed caelum est contra passivum inclinationis alicuius passivae, per talem inclinationem passivam positivam ei resistit, ergo violentus est quod est etiam contra principium passivum. Consequentia est certa. Probatur minor, quia principium passivum per modum inclinationis naturalis est per modum inclinationis ad aliquid habendum. Ergo motus vel mutatio, quae exercetur contra istam inclinationem talis est et ei resistit tale principium passivum. Ergo violentus est contra principium passivum. — Dices, quod si daretur violentia contra principium passivum, quies quam habebunt caeli post diem iudicii esset violenta, atqui illa quies violenta nequit esse, cum nihil violentum sit perpetuum, et quies illa est infernus permansura, ergo est quod non datur violentia contra principium passivum. Sequela maioris probatur. Quia nunc motus caeli est naturalis, ergo quies erit violenta, cum videatur quod eadem res habere non possit inclinationem naturalem ad duo contraria — Quare confirmari potest ex D. Th. S. de poa. ar. 5 ad 12. obiectionem de quiete caeli post finem mundi, et occurrens argumento quod intendebat probare illam tunc fore violentam ait: ad duodecimum dicendum, quod motus caeli licet dictum est non est naturalis propter activam inclinationem talis principii in corpore caelesti ad talem motum. Ut est in elementis, unde non sequitur si caelum quiescat quod eius sit quies violenta — ergo non sufficit esse contra principium passivum ad violentiam. Respondeo quod nunc motus caeli est naturalis, propter inclinationem passivam, seu ut facilius loquar propter capacitatem ad motum orta capacitate ex corpore sua rotunda, et ideo naturalis est. Quia caelum influere debet per motum in haec inferiora usque dum impleatur numerus electorum. Post diem autem iudicii cum cessaret finis huius motus quiescet influxus in haec inferiora et numerus electorum impleatur, inde est quod tunc quies erit naturalis, et non implicat quod unum corpus habeat duplicem inclinationem pro diversis temporibus, cum potius quodlibet corpus sit creatum propter electos, inde est, quod potest habere illas duas inclinationes contrarias quia deserviet caelum electis pro diversis temporibus diverso modo, nunc videlicet influendo, tunc autem serviendo ut sedes beatorum. Et per hoc patet ad confirmationem ex D. Th.

Disputatio ~~[illegible]~~ undecima

De Causis

Q. 1. quid sit causa? — R. Postquam Aristoteles disquisivit de natura, aggressus determinare incepit de causis, quippe cum scire sit rem per causam cognoscere, ideo opere pretium est de causis considerare quae et quot sint, etenim cum filosofus intendit de natura tractare non ordinatur ad operationem, sed ad scientiam, cum filosofus facere nequeat res naturales, sed de illis scientiam habere. Et licet considerare de causis, pertinet proprie ad filosofum primum, seu ad metafisicum, quia causa formalissime est ea quae non dependet a materia sui esse, unde ratio causae invenitur in rebus separatis a materia, tamen filosofus naturalis propter aliquam necessitatem considerare debet de causis, quatenus videlicet sunt causae naturalis mutationis.

conantur aliqui persuadere Aristotelem causam in communi non definisse, forte quia causa ut sic et communiter sumpta, quid amplissimum et analogum est ad omnes causas tum intrinsecas tum extrinsecas, caeterum haec ratio insufficiens cum etsi nomen causa analogum sit, definiri possit, cum et analogorum detur scientia, unde Angelicus Magister qui utique est lingua et explicatio Aristotelis, causam in communi definivit 1. q. 10. de potentia ar. 1. ad 3. et in hoc 2. lib. phisic. lect. 10. per haec verba: causa est id ex quo aliquid sequitur. quae definitio ut sic optima est, et communiter a nostris thomistis, et ab aliis admissa. = caeterum pro intelligentia huius definitionis, et ut ab impugnationibus liberetur, notandum est, quod quando dicitur quod causa est ex quo aliquid sequitur, intelligitur de sequella phisica, per verum influxum et positivum, in aliquo itaut revera necessario detur dependentia rei a causa. unde causa, ut docet Angelicus Mag. 1. p. q. 33. ar. 1. ad 1. dicit ex parte termini [illegible] dependentiam in quo est ille positivus influxus diversitatem in natura, specifice, vel saltim numerice, quo pacto, Pater aeternus non est causa filii divini, quia etsi pater aeternus habeat positivum, et verum influxum in filium divinum, [illegible] illi naturam communicando, et filius dependet a patre, eo quia natura communicata non differt numerice vel specifice, a natura patris, sed est eadem indivisibilis natura, et eadem numerice, quae est in patre, et filio. = unde consulto dicitur in definitione causae, quod sit ex quo aliud sequitur, quia licet aliud ut docet D. Th. 1. p. q. 31. ar. 2. dicit diversitatem in natura. unde et licet filius sit alius a patre, non tamen filius est aliud a patre. = similiter per praedicta verba excluduntur a ratione causae, privatio, et conditiones sine quibus non, quia etsi ad privationem sequatur forma, seu effectus, et ad positionem conditionis, et horum sine quibus non, sequatur effectus, tamen neque privatio neque conditiones sine quibus non influunt in effectum, vere et positive, et de privatione constat, cum privatio nihil sit, et nihil habere nequit positivum influxum. rursus de conditionibus sine quibus non, similiter constat quod non influunt positive in effectum, quia effectus non evadit similis conditionibus sine quibus non, sed evadit similis suae causae. pro quo si positive influit. = infertur causam formaliter ut causa est, esse priorem, saltim prioritate naturae, suo effectu. pro cuius intelligentia advertendum est quod causa, vel potest sumi entitative, vel formaliter, ut causa est influens in effectum sicut non est de entitate causae, sic aliquae causae [illegible] esse priores entitative prioritate temporis suo effectu, licet haec praecedentia temporis formaliter non requiratur, sicut causa sumitur formaliter in esse causae, sic necessario erit esse prior suo effectu, saltim prioritate naturae. est hoc corollarium ex D. Th. q. 28 de verit. ar. 7. ubi dicit quod in quolibet genere causae causa naturaliter est prior causato, et ratio est, quia de ratione causae est facere aliquid dependentem effectum, sed omnis dependentia necessario supponit prioritatem in principio a quo dependet, seu in quo fundatur dependentia. ergo omnis causa formaliter in esse causae in[illegible] est causa est prior saltim natura suo effectu. = infertur 2o corollarium, utrum omnis causa sit perfectior suo effectu? dicendum est, quod si sermo est de causis efficientibus aliquae sunt perfectiores aliquae imperfectiores suo effectu. explicatur declaratio quia cum causae efficientes sint aliae universalissimae ut est Deus, aliae minus universales, ut sunt aliae causae aequivocae, videlicet caelum, [illegible], et planetae, et elementa, et denique alia sit causa efficiens univoca, et particularis, ex his causis, causa universalissima, ut est Deus est omnium perfectissima et praestantissima. causae aequivocae ut sunt caeli, et planetae, et elementa, aliquando sunt perfectiores aliquando imperfectiores suis effectibus. nam aliquando producunt, seu concurrunt ad generationem viventium imperfectorum et tunc sunt imperfectiores illae causae aliquando autem concurrunt ad generationem inanimatorum ut sunt metalla, et gemmae, et alia huiusmodi, et tunc illae causae sunt perfectiores suo effectu, et denique causa efficiens univoca, semper est perfectior suo effectu, licet aeque perfecta. [illegible] et si licet ita sit verum in modo causandi causa efficiens quae libet semper est perfectior suo effectu in modo causandi faciat effectum a se dependentem

Sicautem sermo sit de causa finali, si sermo sit de fine qui principaliter intentus, et amatus, semper est perfectior suo effectu. Si vero sermo est de causa formali; tunc si ista comparatur cum materia, quae aliquomodo est effectus formae, sic forma est perfectior materia, si autem comparatur cum toto composito quod causatur a forma, tunc effectus est perfectior forma. Et denique si sermo est de causa materiali, semper materia est imperfectior suo effectu. Ex quo ista, etsi multas continuat habeat plures partes, tamen ita manifesta est ut in illa diutius immorari nequeam, cum ex se sit clara. videatur D. Th. q. 7. de verit. ar. 7 ad et in 2. dist. 15. ar. 1. ad 6 =

Quaest. 2. quotuplex sit causa? = Dico 1o causa ut sic universaliter et generice sumpta adaequate dividitur in quatuor genera causarum, videlicet in efficientem, et finalem, formalem, et materialem = haec 1o est expressa Arist. praesertim 2. fisic. tex 68. ubi D. Th. lect. 10. et expressius, et clarius in eodem 2. fisicorum. tex. 70. apud D. Th. lect. 11. ubi Arist. haec profert verba * Cum autem quatuor causae sint, de omnibus scire, nimirum ad naturalem philosophum pertinet, atque ad omnes ipsum respiciens propter quid redigens ipsa, materiam, formam, id quod movit, et id gratia cuius naturaliter reddet, ac assignabit. * unde conclusio ista communis est inter philosophos. Et ratione probatur. quia illae tantum sunt causae, et non plures vel pauciores quae necessario exiguntur et concurrunt ad existentiam cuiuslibet entis naturalis, sed ut plane existat ens naturale unice requiruntur illae quatuor causae, et non plures vel pauciores. ergo dividitur in illa quatuor genera causarum. consequentia patet, et probatur minor. quia ut ens naturale plane existat, debet utique procedere ab agente naturali, quod dicitur et est efficiens, et cum efficiens non producat ex nihilo res, sed ex praesupposito subiecto, concurrit necessario materia, et cum materia ex se non habeat speciem, saltim completam, ut praescindamus nunc abstineamus ab opinionum diversitate, circa speciem materiae, indiget etiam forma, forma substantiali, quae tribuat speciem enti naturali, et denique cum agens naturale agat propter finem. requiritur etiam ad existentiam entis naturalis, et efficiens, tum materia tum forma, et tum finis. et praeter ista nihil aliud requiritur ad plene existendum ens naturale, ergo dividitur in illas quatuor causas. Dices, quod ad existentiam alicuius entis naturalis requiritur instrumentum, et aliquando requiritur obiectum, et aliquando requiritur exemplar, et aliquando idea. ergo plura sunt genera causarum. Resp. idea quoad instrumentum reducitur ad genus causae efficientis, et aliae enumeratae causae reducuntur ad genus causae formalis, cum concurrant semper specificando etsi extrinsece, unde omnes aliae causae necessario reducuntur ad illa quatuor genera causarum. =

Inquires an ista divisio sit univoca? aliqui, ut pater Suarez in Meth. disp. 27. sect. 1. n. 9. et Cabero in fisica. disp. 2. tract. 2. tenent divisionem istam esse analogam, eo quod causare proprie conveniat efficienti. ast nostra 1o est quod praedicta divisio est univoca, quia illa divisio est univoca, in qua membra dividentia aequaliter participant rationem divisi, sed huiusmodi est ista divisio. ergo est univoca. consequentia patet, et probatur min. quia esto in ratione entitatis considerati, causis una sit alia perfectior, tamen in causando non dependet forma ab alia, quia causalitas materiae v.g. est recipere, at in recipere materia tunc non dependet ab alia causa, cum ex se sit pura potentia, ergo formaliter in eo quod est causare, quaelibet in suo genere, in quo est causa, ex se causat. ergo divisio ista univoca est. = Confirmatur haec eadem ratio, quia analoga sunt illa

quorum nomen est commune, ratio autem significata per nomen partim est eadem et partim diversa, at ratio causae significata per nomen est omnino eadem in quatuor causis enumeratis, ergo divisio causae in quatuor praedictas causas non est analoga. probatur min. quia quaelibet causa ex se habet quod sit causa, nec secundo, vel ordinate participat rationem causae ab alia causa, esto enim materia dependeat a forma, forma etiam dependet a materia, et efficiens a finali, et finis ab agente, imo quaelibet exigit aliam causam, ergo aequalem habent dependentiam unius ab alia, imo et formaliter loquendo in causando una non dependet ab alia, sed quando una causat, alia causa est effectus illius et e contra, quo pacto communiter dicitur quod causae sunt sibi causae, videlicet efficiens est causa in linea efficientis, respectu finis, et finis in genere causae efficientis est effectus efficientis, sed e contra efficiens effectus finis in genere causae finalis, et materia in genere causae materialis causat formam, et proinde est effectus materiae, et e contra forma in genere causae formalis causat materiam, et materia est effectus formae, ergo in causando vel in participando rationem causae nulla datur dependentia, sed aequaliter participant rationem causae. = Rursus confirmatur, quia si praedicta dependentia obesset ut divisio causae ut sic, in quatuor causas esset univoca, divisio causae efficientis in causam universalem et particularem esset etiam analoga, et non univoca, sed hoc est falsum, quia causae in causando aliquam habeant dependentiam unius ab alia, ergo praedicta dependentia non facit quod divisio illa non sit univoca. Maior praedicta dependentia non facit quod divisio illa non sit univoca. consequentia patet. et min. probatur. probanda postea maior quia omnes causae efficientes. (si sermo est de causis creatis, nam loquendo de causa efficienti creata et increata, est alia ratio, ea quia Deus et creatura nullum datur praedicatum univocum, sed analogum) sunt univoce et aequaliter causae efficientes. ergo vera est min. probatur ergo illa maior. quia etiam causa universalis, videlicet sol, et caelum dependet in causando effectum particularem, a causa efficiente particulari, ut constat ex eo quippe solus sol non causat hominem, sed sol, et homo, ergo similiter philosophari debet de dependentia quae versatur inter alias causas. quin tali dependentia obesse possit ad univocationem. = inferius exiliter quod causae sunt sibi invicem causae, quae propositio est pervulgatum philosophorum axioma. et desumitur ex Arist. 2. fisic. tex. 30. ubi haec expressa verba [*] sunt propterea quae sibi sunt mutuo causae, ut exercitium bonae habitudinis et haec exercitii = et ratione probatur. quia omnis dependentia facilissime est ut effectus a causa, sed causae inter se dependent, ergo causae sunt sibi invicem causae. = dices quod si hoc axioma esset verum sequeretur quod eadem res esset causa sui ipsius, quod foret impossibile. sequela probatur ex illo axiomate, quod est causa causae, est causa causati, ergo si efficiens

est causa respectu finis, si aliunde finis est causa respectu efficientis, ipsum efficiens erit causa sui ipsius. R. Ita, quod dicitur quando dicitur quod causae sunt sibi invicem causae intelligitur in diverso genere causae, ita ut efficiens sit solum in genere causae efficientis, causa finis et finis sit causa respectu efficientis in genere causae finalis, et in hoc genere causandi nulla est implicatio, immo est necessarium quod detur haec mutua causalitas quaelibet causa causando in suo genere aliam causam, quae utique est diversi generis a causa illam causante, quando autem dicitur, quod quod est causa causae est causa causati, intelligitur in eodem genere causae, quippe si pater est causa filii, et filius est causa nepotis, pater est causa etiam nepotis quia pater et filius causant in eodem genere videlicet efficientis, unde esto efficiens sit causa finis, cum solum causet finem in genere efficientis, et sit effectus finis in genere causae finalis, non sequitur quod efficiens sit causa sui ipsius. Similiter forma causat materiam in genere causae formalis, et est effectus materiae in genere causae materialis, unde forma non causat se ipsam, et extra. Stat veritas utriusque axiomatis, et quod causae sunt sibi invicem causae, et quod quod est causa causae est causa causati.

Quaest. 3.

Utrum idem numero effectus possit esse a duplici, vel multiplici causa totali et adaequata in eodem genere? = Praesens dubitatio examinari potest. Primo relate ad causas efficientes totales et eiusdem [illegible] ordinis, inquirendo videlicet an idem effectus numero produci possit a duplici causa efficiente totali, adaequata, et eiusdem ordinis et virtutis, videlicet an iste Leo numero A, produci possit a bruto leone B, a quo supponitur esse productus, et ab alio leone C, vel D. eiusdem activitatis, et virtutis? Tum etiam potest moveri praesens quaestio relate ad causas finales, an idem effectus numero finalizari possit a duplici fine ultimo totali et adaequato? et tum relate ad causas intrinsecas scilicet materiae, et formae, an scilicet materia prima possit recipere duas formas substantiales, vel una forma substantialis possit informare duas materias totales et adaequatas. Igitur claritatis [illegible] dubitatis gratia, loquemur de causis efficientibus, et quod resolutum fuerit de tali effectu relate ad causas efficientes et resolutum erit de effectu relate ad alias causas. = Difficultas ergo procedit de eodem effectu qualitercumque idem, sed ita ut sit idem numerice et individualiter, si autem esset idem solum specifice, et distinctus numerice, nulli dubium est quod a duplici causa totali, et eiusdem ordinis produci potest. Rursus est difficultas relate ad duas causas totales, quippe si causae sunt partiales constat quod idem numero effectus produci potest a duplici, vel multiplici causa partiali; = Rursus esto quod difficultas procedit de duplici causa totali, et eiusdem ordinis, non an si sint diversi ordinis videlicet una universalis,

& alia particularis, alia univoca, & alia analoga, sic nulli dubium est, quod idem numero effectus procedit a multiplici causa totali efficiente, adaequata, videlicet a deo, caelo, sole, & leone, v.g. Verum maiori intelligentiae notandum venit quod in libro circa efficientem causam est in multiplici differentia nam primo dividitur causa efficiens in causam increatam, & creatam,+ rursus in causam analogam & univocam, rursus in causam particularem, & universalem, rursus in causam per se, & causam per accidens, rursus in causam principalem, & instrumentalem, rursus in causam totalem & partialem, & tandem alia est causa efficiens physica, alia est moralis. quae divisiones causae facile percipi possunt unde in illas explicando non immoror, ut immorari non licet in explicando divisiones causae finalis, quae ipsae ex ipsis terminis patefiunt, ut cum dividitur in finem ultimum & non ultimum seu intermedium, vel in finem increatum, & creatum, & in finem proximum, & remotum, in finem totalem, & partialem, adaequatum & inadaequatum. procedit ergo quaestio de causa efficiente v.g. univoca, particulari, totali & adaequata an videlicet idem numero effectus produci possit a duplici causa efficiente particulari, univoca, totali, & adaequata = pluraque notandum est quod sermo huius difficultatis procedere potest de causis efficientibus [illegible] vel concurrentibus ad productionem eiusdem numero effectus, vel ita ut divisive illum eundem effectum producant videlicet, an si iste leo A genitus est ab isto leone B, non esset productus ab isto leone B, produci possit ab alio leone C, vel D in utroque sensu ventilanda est praesens dubitatio. Tandem notandum est, quod si sermo sit de causis simul concurrentibus certum debet esse quod saltem naturaliter repugnat eundem numero effectum produci posse a duplici causa efficiente totali adaequata eius [illegible], quia ipsa, cum frustra fiant per plura quae possunt fieri per pauciora, & natura abhorreat superfluum, sequitur providentiam ipsius respuere illam pluralitatem causarum eiusdem ordinis ad productionem eiusdem effectus, quo pacto, si aliquando concurrunt duo efficientia, respectu eiusdem effectus alterum parat virtutem [illegible] partialiter ad illum producendum concurrunt, ut videlicet, in duobus portantibus lapidem, quorum si quodlibet potest lapidem portare tamen in praesentia alterius attemperat suam virtutem, similiter si duo luminosa producunt idem lumen in isto aere, vel illud intensius producunt, quando duo concurrunt, vel si quodlibet luminosum est tale [illegible], cum aer solus recipere possit lumen ut octo, attemperatur virtus ad illud lumen producendum

+ seu in causam primam, & secundam.

Prosequitur Liber Secundus Physic.

Duplex est in praesenti quaestione opinio; prima est affirmativa, pro qua stat Subtilis Doct. in 2. dist. 20. q. 2. et communiter eius discipuli, eamque tuentur P. Suarez in Meth. disp. 26. sect. 4. et 5. Fonseca 5 Meth. c. 2. q. 15 sect. 1. dubium in praesenti, et est fere communis inter doctores Societatis: est inter auctores huius sententiae est diversitas in hac opinione; quia alii enim affirmant posse eundem effectum posse produci a duplici causa efficienti totali, et adaequata, et similiter a duobus finibus ultimis et totalibus, negant tamen eandem materiam posse recipere duas formas substantiales et negant eandem formam substantialem posse informare duas materias totales et adaequatas. Sic eximius Suarez ~~[illegible]~~ in Meth. disp. 15. sect. 10. n. 60. Fonseca 5 Meth. c. 4 q. 4. sect. 1. = Sententia autem negativa asserens repugnare eundem numero effectum produci posse a duplici causa totali et adaequata sive sermo sit de causa efficienti, sive de finali, sive de formali, sive de materiali, est communis Thomistarum, et pro ea stant antiquiores Thomistae, videlicet Capreolus, Ferrara, et Caietanus, quam tuentur recentiores Thomistae in praesenti, quorum catalogum esset longum recensere. = Sit igitur nostra conclusio 1a cum communi Thomistarum. Implicat eundem numero effectum divisive, vel coniunctim procedere a duplici causa totali, et adaequata eiusdem ordinis, sive ~~causa~~ in genere efficientis, vel finalis, formalis, vel materialis. = Probatur conclusio 1o quoad duas partes [priores] videtur expressa ex Angelico Magistro, qui licet non disputet quaestionem de potentia absoluta, tamen loquendo de causis efficientibus idem expresse videtur tenere. ~~[illegible]~~ quodlibeto 5. ar. 8. et quodlibet 3. ar. 25. ~~[illegible]~~ ubi[, ut inter alios et Ferrariensis]. haec habet verba: *impossibile est eundem filium nasci sive sit alius pater, sive sit alia mater, et etiam non est idem numero sigillum, sive sit alia cera, sive sit alius corpus sigilli, ex cuius impressione cera sigillatur.* ubi non solum constat impossibilitas eiusdem effectus variata causa efficienti, ~~[illegible]~~ videlicet patre, sed variata causa materiali, videlicet matre, vel cera, in sigillo, et variata etiam formali causa, quae sumitur a principio sigillante, quia istud non solum effective sed specificative ad sigillum concurrat. Et nota, quod Angelicus Mag. dicit quod est impossibile, unde videtur id affirmare relate ad potentiam absolutam Dei, quia Deus omnipotens posit quidquid non implicat fieri nequit, non defectu potentiae, sed ex impossibilitate, vel incapacitate facti: haec nostra conclusio 1o ratione probatur. et quod sit de impossibilitate facti probatur 1o assignando triplex caput implicationis, primum est ex eo quod talis causa esset adaequata, et non esset adaequata. 2um ex eo quod actio productiva talis effectus esset eadem, et non esset eadem. et 3um ex eo quod effectus esset idem numero, et non esset idem numero, et cum eaque praedicata contradictoria involvunt fieri nequeant, inde est quod implicat eundem numero effectum a duplici causa efficienti et quod adaequata, vel totali produci.

Si supponimus, probatur ex primo capite implicationis, quia tunc causa illa causa non esset adaequata, quia alioquin supponatur quod esset adaequata, esset, et non esset adaequata. ans. probatur quia causa aliqua causa est totalis et adaequata quae totum effectum ~~effectum~~ producit, ita ut nihil illius relinquat alteri producendum. Sed causa efficiens A, taliter producit effectum quod relinquit locum ut idem effectum ab alia causa efficienti B producatur, ergo non esset adaequata causa. = ex 2o capite implicationis probatur. Maior quia tunc illa actio qua producitur iste effectus esset eadem et non esset eadem. assumptum probatur quia illa actio est eadem cuius est unicum et indivisibile subiectum receptivum, cum actio individuetur a subiecto. atqui effectus est idem, ergo in suppositionis esset eadem actio, praeterquamquod cum effectus sit unicum factum esse, fieri requirit nisi unicam factionem seu actionem, ergo esset eadem actio, alioquin non esset eadem actio. probatur quia in illa hypothesi esset duplex principium a quo oritur actio, sed implicat eandem indivisibilem actionem oriri a duplici principio, ergo ~~non~~ esset eadem actio, ac proinde esset et non esset eadem actio. = ex tertio capite implicationis suadetur Maior quia implicat quod ex parte agentis detur diversum facere, quin ex parte passi correspondeat diversum factum esse, atqui ex parte agentis datur diversum facere, quippe, sunt duae causae efficientes videlicet A, et B, ergo ex parte effectus est diversum factum esse, et cum alioquin supponatur quod est idem numero effectus qui a duplici illa causa producitur infertur proinde esse eundem et non esse eundem numero effectum. rursum pariter causae materiali, probatur ista implicatio, quia implicat eandem numero materiam, duas formas substantiales recipere. ergo et implicat eundem numero effectum a duplici causa convenire. ans. probatur ex eo quia quaelibet forma substantialis esset prima, et non esset prima, et proinde esset et non esset substantialis. Sed illa forma est prima, et substantialis, quae taliter tribuit esse materiae, ut illa det esse simpliciter, et nullo modo deponat tributum, at forma substantialis A, taliter dat esse materiae quod illud supponat tributum a forma substantiali B. ergo = rursum probari potest pariter causa formali, quippe implicat eandem formam substantialem informare duas totales materias. tum quia eius virtus informativa, est limitata, tum quia alias esset et non esset materializata ab una materia totali, cum daretur locus ab alia materia totali simpliciter et adaequate materializaretur. = Ad solvendas replicas = duplici via conantur oppositi auctores hanc nostram rationem eludere infringere, primo solvendo implicationes assignatas. et 2o asserendo quod detur quod pro forte ratio[illegible]

reliquid poterit, ad summum convincere poterunt implicationem ut effectum procedat a duplici causa coniunctim sumpta vel autem divisive, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ exemplo quod divisive procedit eundem effectum a duplici causa totali dicitur est quod efficiente causa efficienti ut v.g. per effectum producit hunc ignem, v.g. hunc lucem, vel videtur repugnare. quod iste met ignis vel lux produci posset ab alio igne vel lum[ine].

Et ~~per~~ ratione [illegible] ex implicatione [illegible] dissolvere, ex quo quia quaelibet causa esset totalis, quia etsi praecat quaelibet totum effectum non repugnat ut relinquat locum ut totum ab alia producatur, ut videre licet quando plures sacerdotes simul consecrant eandem hostiam, quia tunc quilibet sacerdos seorsim producit totum Christum ex pane et relinquitur locus ut idem Christus ex eodem pane ab alio sacerdote fiat et producatur. — Sed ista principiendo ab hac ultima ratione, aliqui respondent quod quando plures sacerdotes eandem hostiam consecrant, ut contingit in ordinibus, tunc, etsi quilibet sacerdos totum Christum producat ex illo met pane, tamen sacerdos non est causa principalis, sed instrumentalis, et non est eadem repugnantia in causis instrumentalibus ac est in causis principalibus. — verum haec solutio nec mihi, nec aliis placet, quia si semel verificari potest totalitas causae in causis instrumentalibus respectu eiusdem effectus assignari [illegible] disparitas sufficiens in causis principalibus — unde respondendo quod quando plures sacerdotes simul eandem hostiam consecrant, tunc quilibet sacerdos non est causa totalis illius consecrationis, sed causa partialis et ratio est, quia sacerdos quilibet eorum in actu consecrat prout accipit a principali agente, qui est Christus, virtutem transeuntem seu motionem ad consecrandum, seu ad exercendum virtutem consecrandi, quae virtus in actu primo est caracter, ut est, et quando plures concurrunt tunc Christus qui est distributor bonorum et donorum supernaturalium, cuilibet sacerdoti solum praebet virtutem partialem ad consecrandum, ratio autem cur Christus solum praebeat virtutem partialem cuilibet illorum in illo casu sumitur ex ratione [illegible] vel quaeque utique convincit nullam causam totalem admittere posse consortium alterius causae totalis, in quolibet genere, alias quaelibet [illegible] producit effectum totalis, et non dependeret quae est manifesta implicatio. — ad primum [illegible], et dependeret quae est manifesta implicatio. — ad primum autem solutionem propter infringere conantur rationem [illegible] asserendo illam solum convincere ad summum non posse eundem effectum produci a duplici causa coniunctim. vel autem seorsim. Respondeo quod si semel [illegible] ut videtur sed quod effectum qui est utique factum esse passivum actionis activae agentis, est [illegible] factum esse unius, repugnat manifeste quod sit factum esse alterius utique divisim, cum divisio actionis non auferat diversitatem activam, imo

illam necessario supponat et proinde arguit necessario diversitatem factum esse passivum, et proinde diversitatem effectus, quod indicat clare Angelicus M. in loco allegato ex quod lib. 3. si enim impossibile est eiusdem filium nasci sive sit alius pater, sive sit alia mater, variato successive patre, variatur filius. = Et insuper probatur ratione 2.° quo ad omnes suas partes hac efficacissima ratione, virtus cuiuslibet causae, est numerice limitata, ergo effectus unius causae ab alia produci nequit sive divisim sive coniunctim, ant. videtur certum ideo enim virtus huius leonis A, v.g. est specifice limitata ita ut producere nequeat equos, vel alios effectus nisi leones, quia in isto leone reperitur differentia specifica constitutiva leonis, sed etiam in isto met leone A, reperitur sua differentia individualis quo est individualiter limitatus. ergo taliter continet suos individuales effectus ut solum ab ipso et non alio. vel ab aliis produci possint. = dices, demus locum positum, quod est hoc combustibile A, et demus etiam in praesenti duos ignes, v.g. ignis C, et ignem B, quorum quilibet habet equalem omnino virtutem, si illi combustibili applicetur ignis C. utique generabitur ignis et e contra si ille ignis C non applicaretur sed ignis B, idem ignis esset genitus in illo eodem combustibili A ergo idem effectus pervenire potest a duplici causa totali et adaequata saltim divisive sumpta. = Resp. ergo ille ignis genitus in illo combustibili habere necessario aliquam perfectionem substantialem saltim numerice distinctam ab illa quam habuisset si esset genitus ab igne B, si genitus fuit de facto ab igne C, ac proinde numquam probari poterit eundem effectum pervenire posse a duplici causa totali, et divisive sumpta, quod autem ignis A genitus, ab igne habeat perfectionem substantialem distinctam ab illa quam habuisset si esset genitus ab igne B suadetur ex eo, quod et si adsensum sit imperceptibilis, h. ratio naturalis dictat, quod cum sit facere unionem agentium diversum effectum esse distinctum debere ee. = dices, quod species ignis, est virtus productiva cuiuslibet ignis, sed in igne C, generante, est species ignis, ergo in igne C generante est virtus productiva cuiuslibet ignis, ac proinde ignis C generans in illo combustibili eundem ignem A produceret si applicaretur ac est productus per applicationem ignis B. generantis; = Resp. ergo ~~quod in quolibet igne ...~~ concessa maiori dist. min. in igne. C. generante est species ignis, individualiter

limitata concedo. non sic limitata neg. & neg. = Dices iterum quod idem cadaver generatur, sive sit ab agente iugulante, sive occidente sive suffocante sive alio. non ob concurrente, ergo idem effectus provenire potest a duplici vel multiplici causa divisive sumpta, Respondeo causam principalem generativam cadaveris non esse iugulans vel suffocans seu occidens, sed caelum. unde stat quod variatur causa per accidens & quod sit idem effectus. praeterquamque quod variata causa accidentaliter concurrente etiam variatur accidentaliter effectus ut patet in ipso cadavere, quod utique est diversis accidentibus affectus dum est iugulatus, vel occisus, vel suffocatus. = Iterum opponis datis duobus luminosis aequalis intensionis & virtutis, cum eadem approximatione ad hunc aerem, in hoc casu eadem lux erit producta ab illis duobus. Respondeo ~~ita~~ in illo casu concurrere partialiter ad illuminandum. ~~dices~~, vel quodlibet luminosum producere unice lucem in parte aeris sibi proximiori, dices iterum quod illa duo luminosa sint ultra ut octo, & iterum quod penetrantur hinc casum lux illa ut octo, a quolibet oritur, ergo idem effectus provenire potest a duplici causa totali. Respondent aliqui in illo eventu nullam lucem produci in aere, sed remanere aerem tenebrosum, ex eo quia utrumque luminosum mutuo impedirentur. cum non esset maior ratio cur luminosum a produceret illam lucem ut octo, quam luminosum b. alii cum quibus sentio, respondent quod etiam in casu penetrationis concurrent partialiter ad lucem producendam, & utrumque in respectu alterius attemperare suam virtutem ut contingit in duobus portantibus lapidem ~~vel~~ numquam vincitur unde numerus effectus provenire posse a duplici causa totali, & unde causa sive sit divisive, sive sit coniunctive =

Disputatio 12 ~~de~~ de Causis intrinsecis

Q. 1. quae sit causalitas materiae, & formae? =

postquam de causis in communi egimus restat ut de causis in particulari agamus & primo de causis intrinsecis, & cum inter se sint mutuo connexae, & quoad esse & quoad cognosci, ideo in hac eadem unica quaestione de utraque causa procedit difficultas. ad maiorem enodationem notandum est, quod quaelibet causa & potest videri

in actu primo, & potest considerari in actu 2°. 1°. causa materialis in actu 1°. ut docet Philos. in hoc 2. lib. Physic. cap. 2. est quae fit aliquid cum insit unde ipsa materia 1°. prout gerit entitatis alicuius additione aliqua est causa materialis in actu primo, dicitur ex quae fit aliquid, & non dicitur quae est subiectum unius cuiusque. ut ostendit materia primi. Adhuc esse causa materialis formae substantialis, cuius est subiectum receptivum, & etiam est causa materialis compositi, cui inest, unde praedicta definitio optima est, cum per illam quidditas materiae sit causa est formae & compositi explicetur, cum ex materia fiat forma, & compositum. Dicitur quae materia ut sic dicamus est pars intrinseca formae, cum forma sit indivisibilis vel sit actus impermixtus & incompositus ex alia entitate, sed quia ex materia educitur forma, cuius est causa materialis ipsa materia. = Similiter causa formalis in actu 1°. est actus primus materiae. ut docet D. Ths. 5. Meth. Lect. 2. ubi dicit * quod haec est ratio quare forma est causa, quia perficit rationem quidditatis; unde difficultas quae proposita est circa causam materialem vel formalem in actu primo, quippe in actu primo sunt ipsae entitates materiae, & formae de quibus iam diximus lib. 1. loco de principiis entis naturalis; est ergo difficultas circa causalitatem utriusque in actu 2°. & cum materia, & forma, habeant & causare in fieri, & in facto esse, ideo aliqui diversimode discurrunt de istis causalitatibus. = Pro cuius maiori intelligentia supponendum est praesentem quaestionem posse examinari, vel praescindendo ab illa [illegible] alia quaestione, an inter materiam & formam detur modus unionis realiter a materia & forma distinctus, vel non praescindendo ab illa quaestione si enim non praescindimus ab illa quaestione supponere debemus causalitatem materiae & formae, non esse modus unionis superadditus, cum ut late monstravimus talis superadditus modus unionis non detur, si autem praescindimus ab illa quaestione, & disputationis gratia admittimus praemunire dari modum unionis distinctum a materia & forma, in hac sententia etiam dicendum est causalitatem materiae & formae non consistere in illo modo unionis, cuius ratio est, quoniam unio quae datur in communiori sententia illam admittente est unus, & non duae uniones, at quia alia est causalitas materiae, alia formae, ut videtur manifestum ergo dicendum est quod esto detur modus unionis inter materiam, & formam, realiter ab utraque distinctus causalitas materiae, & formae nequit in illa unione consistere. = quid quid sit de opinionum varietate. Sit Concl.° causalitas materiae est passio qua ipsa per se actu patitur recipiendo formam, & constituendo compositum. & causalitas formae est informatio ipsius materiae, & per talem informationem compositio compositi. Probatur ista Concl.° quoniam illa est causalitas alicuius causae, in actu 2°. per quam eius causalitas reducitur de actu 1°. ad actum 2um. sed causalitas materiae in actu primo, quae ut sic est sua potentialis receptio, actu reducitur in actum per illam actualem passionem per quam recipit formam, & actus formalis informandi quiescit ipsa forma, per actualem informationem transit de actu 1°. ad actum 2um. ergo causalitas materiae consistit in quadam passione per quam actu

patitur recipiendo formam, et causalitas formae est informatio ipsius materiae. — Dices, quod materia et forma aliter realiter se haberent, quando actu causarent, seu quando exercerent duas causalitates, ac se haberent quando essent in actu primo. Sed implicat quod aliquorum aliter realiter se habeat in uno statu, ac in alio, nisi per adventum vel ablationem alicuius realitatis, et entitatis, ergo eis materiae vel formae nihil auferatur quando exercent duas causalitates, dicendum est quod ipsis aliquid realiter additur, et proinde causalitas materiae non erit illa passio seu receptio, eis materia se ipsa recipiat et se ipsa patiatur, et similiter causalitas formae quod erit illa informatio, et actuatio materiae, eis se ipsa actuet, et informet materiam. — Sed contra, quod ut aliter realiter se haberent materia et forma, quando actu exercent duas causalitates ac se haberent quando erant solum in actu primo, sufficit, quod materia recipiat formam, et quod forma informet materiam sive quod materiae advenit forma, et formae advenit materia. — Infers ex dictis, effectum materiae esse formam, et totum compositum, et effectum formae esse materiam et similiter totum compositum. — Dices quod videtur non componi istud dictum cum illo axiomate, effectus formalis formae est ipsa forma. — Resp. primo quod in forma substantiali est duplex effectus unus omnino intrinsecus alter quasi extrinsecus, ille est forma iste vero est materia. Dixi quasi extrinsecus effectus, quia ipsa forma magis intrinseca est sibi ipsi quam sit materia, et materia aliquo modo sit intrinseca formae. —

Q. 2. Utrum idea pertineat ad genus causae formalis. —

Pro resolutione huius difficultatis notandum est supponendum est in quo consistat ratio ideae, seu quid sit idea, ideam ergo definivit Ang. D. q. 3. de Verit. ar. 1. his verbis * idea est forma quam aliquis imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem * igitur idea non est obiectum extrinsecum vel imago quam aliquis imitari potest illam respiciendo, neque est actus intellectus respiciens seu conceptus formalis, est igitur idea verbum mentis seu species expressa, quam imitando artifex operatur ad extra. quod totum docet D. Th. 1. p. q. 15 ar. 2 in corpore ~~obi~~ ait * ideam operati esse in mente operantis, sed quod intelligitur, non autem sed species qua intelligitur quae est forma faciens intellectum in actu, forma autem domus in mente aedificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem domum in materia format * in quibus verbis asserit Angelicus magister ideam non esse obiectum pure extrinsecum, neque species impressa per quam constituitur intellectus in actu, neque est actus intellectus, sed aliquid intellectum, quod ...

verbum mentis, seu species expressa. Rursus supponendum est ideam sortiri rationem causae fisicae, quae suppositio ex eo patet quod illa est causa fisica, quae vere et positive influxum habet in effectum, sed idea verum et positivum influxum habet in effectum, quod videre in effectus evadit similis suae ideae, ergo idea habet veram et realem rationem causae fisicae. His positis idea potest reduci ad genus causae efficientis, et finalis, et proprie tamen pertinet ad genus causae formalis. Dico quoad suas partes dicendum est, et in primis quod pertineat ad genus causae efficientis. probatur ex D. Th. 1. p. q. 45. ar. 6. ubi ait * Artifex per verbum in intellectu conceptum et per amorem suae voluntatis ad aliquid relatum operatur, unde Deus Pater operatus est creaturam per suum verbum quod est filius et per suum amorem qui est Spiritus Sanctus. * ex ubi Angelicus Magister verbo, qui est iuxta omnium sententiam idea, effective concurrit ad effectum, et ratione suadetur, quia eodem modo concurrit idea ad effectus artis, ac concurrit forma naturalis ad suos effectus producendos, sed ad illos forma naturalis effective concurrit, ut patet in igne generante ignem, ergo et idea ad productionem effectus artificiosi effective concurrit. = 2a. autem pars etiam probatur quia idea est causa finalis, cuius gratia cetera fiunt, sed propter imitationem ideam fit effectus artis. videlicet domus, ergo etiam aliquo modo concurrit in genere causae finalis. minor constat, quia operans artificialiter operatur propter assimilandum effectum suae ideae. = Tertia demum pars, quod idea sit causa formalis, et proprius collocetur in hoc genere causarum quam in alio, videtur ex passim tum ex Philosopho, tum ex D. Th. ex Philosopho siquidem quando in 5. Meth. tex. 2. definit causam formalem inquit hoc quod sit species seu exemplar, ex D. Th. quando ibidem lect. 2. ait * alio modo dicitur causa species seu exemplar et haec causa formalis, quae comparatur dupliciter ad rem, uno modo sicut forma intrinseca rei, et haec dicitur species, alio modo sicut extrinseca a re, ad cuius tamen similitudinem res fieri dicitur, et secundum hoc exemplar rei dicitur forma * = ratione autem suadetur haec eadem pars, quia illa est causa formalis quae speciem dat alicui rei, sed idea et si extrinsece, speciem dat effectui cuius est idea, ergo idea proprius pertinet ad genus causae formalis,

Disputatio 13 de causa efficienti

q. 1. quid sit causa efficiens? Arist. in hoc. 2. lib. Phys. cap. 3. tex. 31. causam efficientem definivit per haec verba * efficiens est unde principium mutationis, vel quietis, l. motus est. * unde D. [illegible] definiunt causam efficientem, dicendo causa efficiens est unde primo incipit motus. * dices hanc definitionem omnibus causis convenire, nam quaelibet causa est principium unde a quo in suo genere primo incipit motus, vel mutatio, quippe in genere causae materialis primo incipit mutatio, a materia, in genere causae formalis a forma. et finis formaliter est a quo primo incipit motus cum finis moveat agens ad agendum. R. [illegible] nam quando dicitur quod causa efficiens est unde primo incipit motus intelligitur de incepto motu in executione, in quo genere non incipit nisi ab efficiente, cum a fine solum incipiat in intentione = Iterum dices praedicta definitio convenire naturae. quae est principium motus et quietis = R. [illegible] natura solum est principium motus non qualiscumque sed eius in quo est; efficiens autem est causa motus qualiscumque etiam extrinseci. = Iterum dices quod causa creans vere est efficiens, et tamen ab illa non incipit motus, vel mutatio, ergo male definitur causa efficiens per praedicta verba. [illegible] min., quia si a causa creante inciperet motus l. mutatio, deberet dari increatum subiectum quod moveretur, l. mutaretur, sed causa creans nullum supponit subiectum quod mutetur, cum producat effectum ex nihilo ergo vera est min. = R. quod Arist. in praesenti solum definivit causam efficientem, quae operatur ex praesupposito subiecto. forte quia non [illegible] cognovit causam creantem, facientem aliquid ex nihilo, unde asseruit mundum hunc habuisse esse ab aeterno, unde erat communi axioma antiquorum philosophorum ex nihilo nihil fit. — Si tamen nos vellemus praedictam definitionem causae efficientis extendere causae creanti intelligenda ita ut a causa incipiat primo motus vel mutatio physica, vel metaphysica =

ad pleniorem notitiam huius causae et eius definitionis quaeres quae sit causalitas causae efficientis; ad cuius enodationem notandum est, quod in actione, in qua est praevalentius axioma consistere eius causalitatem, est esse originem a principio, et esse immutationem ex parte passi, et esse fieri effectum seu motum in effectum. ex his ergo formalitatibus non omnes sunt de conceptu actionis quatenus est causalitas agentis, unde sola illa formalitas sit quae dicit originem a principio, videlicet prout unice explicat ab et causalitas agentis. constituens praedicamentum actionis. haec doctrina est expressa in Mag. M. in 1. dist. 6. q. 9. ar. 3. ad 3. ubi ait * quod actio secundum quod est praedicamentum dicit aliquid fluens ab agente * et ratio est, quia illa est causalitas alicuius causae per quam de actu primo reducitur ad actum secundum sed praedicamentum actionis ut dicit originem seu ab reducitur de actu primo ad actum secundum ergo in illa formalitate consistit eius causalitas. probatur min. nam caetera patent. quia solum agens reducitur de actu primo ad actum secundum per illam formalitatem quae pertinet ad ipsum agens, sed ex illis formalitatibus repertis in actione, aliae formalitates pertinent vel ad effectum, vel ad subiectum, et solum origo pertinet ad agens ut a quo sumit principium. per actionem sicut dicit ab seu originem reducitur agens de actu primo ad actum secundum.

Quaest. 2.

Utrum substantia sit immediate operativa? R. praestandum nonnullas formas substantiales esse principium quo radicale, et primum operandi praesertim quando effectus productus est substantia ita certum est, ut iis temporibus nullo indubiae veritatis, uti pariter iis temporibus vel in suo quam plurimas substantias non solum esse principium primum radicale, ut quo operandi, sed etiam [illegible]. Constat [illegible] suppositio ex Arist. 2 physic. cap. 7. tex. 70. ubi ait * id autem unde motus origo est, eius est speciei, cuius haec sunt, hominis namque homo generat. * Colligitur etiam haec [illegible] suppositio ex Arist. 2 de anima. tex 24. ubi definiens animam ait esse id quo vivimus, sentimus, locomovemur, et intelligimus, ergo anima quae est forma substantialis, est primum principium radicale quo agendi, et operandi. Probatur etiam [illegible] suppositio ratione, quia causa effectiva principalis substantiae debet esse adminus eiusdem perfectionis cum substantia producta, sed si substantia non esset principium radicale quo productivum substantiae causa principalis productiva substantiae non esset eiusdem perfectionis cum substantia ergo substantia est principium radicale quo operativum, et productivum substantiae. mai. praeterquam quod est expressa philosophi in praeallegato loco ex 2 physic. text. 70. videtur evidens attenta ratione naturali, quia cum causa effectiva principalis debet esse perfectior effectu, necessario debet in se praecontinere eandem vel maiorem perfectionem quam est in effectu, quippe nemo dat [illegible] quod non habet. ergo causa effectiva principalis substantiae debet esse adminus eiusdem perfectionis cum substantia producta. min. autem constans videtur, ex eo quod si substantia non esset principium effectivum radicale quo productivum substantiae tale principium esset aliquod accidens, quippe inter substantiam et accidens nullum datur medium; atqui nullum accidens est eiusdem vel aequalis perfectionis cum substantia producta. ergo si substantia non esset principium radicale quo productivum substantiae, causa principalis productiva substantiae, non esset eiusdem perfectionis cum substantia = dices quod esto accidens non sit eiusdem perfectionis cum substantia si in esse entis consideretur, tamen in esse operativi, et productivi est eiusdem perfectionis cum substantia ergo poterit accidens esse causam productivam substantiae et habere in se rationem principii radicalis operativi et productivi, ut quo substantiae. arguitur [illegible] in nostra et omni Thomistarum sententia, in qua affirmatur substantiam non esse immediate operativam, unde accidens est principium proximum et immediatum productivum substantiae et tamen accidens quod est principium proximum operativum et productivum substantiae esto in esse entis sit imperfectius substantia tamen in esse operativi, et productivi continet virtutem et perfectionem substantiae ergo similiter esto accidens in esse entis sit quid imperfectius substantia, tamen in esse operativi, poterit esse eiusdem perfectionis cum substantia producta, atque inde poterit esse principium radicale quo operativum substantiae =

Plurimum suadetur idem a pari, paritate de linea intelligibili, quia esto accidens qualis est species impressa, et expressa sit in esse entis imperfectius substantia tamen in esse repraesentativo, potest repraesentare substantiam et de facto illam repraesentat, ergo similiter esto accidens in esse entis sit quid imperfectius substantia tamen in esse operativi poterit esse eiusdem perfectionis cum substantia. Confirmatur

tenet apparit. rationis, & suadetur ex eo, quia ideo accidens esto imperfectius sit in esse entis quam substantia, tamen ideo illud repraesentat, quia in esse repraesentativa illud continet, ergo similiter esto accidens in esse entis sit quid imperfectius substantia, tamen in esse operativi illud poterit continere, atque inde poterit accidens esse principium radicale quo, operativum, & productivum substantiae.

Sed 3a. & resp. negatur principale ans, quippe si accidens in esse entis ut evidens est, est imperfectius quam substantia, & in esse operativi, & productivi, imperfectius est quam substantia unde non poterit esse principium radicale quo operativum substantiae. Hoc assumptum suadetur, ex eo, quia eo modo se habet aliquid ad operari, videlicet principaliter, ac se habet ad esse, unde communiter dicitur, quod operari sequitur ad esse, ergo si accidens est imperfectius quam substantia, in essendo, & in operando erit imperfectius. ans probatur ex eo quia cum unumquodque agat, & operetur secundum quod est in actu, non amplius habebit de virtute operativa, ac habet de actualitate, & cum omnis perfectio fundetur in actualitate, implicat habere perfectiorem operationem excedentem suam propriam actualitatem, & cum actualitas accidentis sit imperfectior actualitate substantiae productae, & cum actualitas substantiae sit longe excedens actualitatem accidentis, inde est quod implicat quod accidens sit imperfectius quam substantia in essendo, & quod adaequare possit perfectionem substantiae in operando. = & ex hac ratione sumitur alia ratio contra suppositionem stabiliendam, quae illud est principium radicale quo operativum quod est principium in linea essendi, sed substantia est primum principium in linea essendi, ergo substantia est primum principium radicale in linea operandi =

& per hoc potest solutio adversantium allatum, quippe esto accidens possit esse, & sit in nostra & communi thomistarum sententia principium proximum operativum substantiae, tamen ex inde convincitur debere esse principium radicale quo operativum, nec ideo esto accidens in esse entis sit imperfectius quam substantia potest esse principium proximum, quia operatur non in virtute propria, sed quia operatur ut est virtus substantiae cui deservit, unde non continet effectum producendum in sua propria virtute, sed in virtute substantiae cuius est principium proximum, & cui deservit. At vero si accidens posset esse principium radicale quo principaliter operativum & productivum substantiae in sua virtute, contineret substantiam cum causa principali, nulli deserviat, nec operetur in virtute alterius, neque ut virtus alterius causae, proinde quae causa principalis, & principium primum radicale operativum ut quo debet esse eiusdem perfectionis cum substantia producta, etiam in esse entis, quippe linea operativa fundatur, & stabilitur in sua linea essendi, unde ius est commune illud principium quod operari sequitur ad esse =

ad illud quod dicitur, de linea intentionali respondeo veram esse speciem impressam repraesentare substantiam at eo est, quia substantia repraesentata non continetur in essendo, vel in produci in specie, sed solum in linea intelligibili, & intentionali, quae linea sufficit ad talis secundum quid = praeterquam quod

speciẽ contineret repraesentative subst.] quia vicaria alterius subst.[
videlicet quia vicaria est obiecti cui deservit. = Dices ex dictis
q. stat quod effectus productus sit subst.a quin exinde convincatur, quod
principium radicale qui debeat esse subst.a assumptum probas ex eo, qd
subst.a non exigit esse immed.e productam, s. mediate, videlicet
ad productionem ultimae dispositionis, et cum ultima dispositio accidens sit
inde est quod causa principalis productiva illius etiã debet esse accidens
ans videtr certum q. implicat aliquam causam posse per se producere im
mediate aliquem terminum, et qd n. possit per se, et producere, saltim
mediate terminum cum illo connexum naturalit. s. forma substantialis
est connexa cum ultima dispositione, q° causa potens producere ultimam
dispositionem poterit ex se q. producere et producere formam substantialem
ut nunc sit, s. accidens producere potest ultimam dispositionem q. et
poterit principalit producere substantiam = s.° contra 1° nã subst.a
per se et immed.e est producibilis, q° per se et immed.e debet contineri in causa
principali illam producente, atqui ut sic est probatum contineri nequit
in accidenti ut in causa principali, q° necess.o dicendum est substam
esse primum principium radicale contentivum subst.e et productivum
ipsius. mai. videtr nota quippe, quo perfectior est entitas eo perfec
tiorem exigit productionem, q° subst.a exigit immed.e produci, = nam
si forma accidentalis exigit primo produci, quo pacto datur causa
immediate productiva accidentis potiori titulo forma substantialis
exiget primo, et immed.e produci, unde in libris de generatione osten
demus actionem alterativam esse distinctam a generativa, = contra 2°
qa ultima dispositio etsi praecedat in genere causae materialis ad
formam genitam, et ut est terminus alterationis, tñ in genere causae
formalis subsequitur ad formam genitam, et est posterior illa, et dimanat
ab illa, unde implicat quod ponatur ultima dispositio ut termi
nus est alterationis, quin etiam pro alio priori detur actio generati
va immediate terminata ad substam adeoque subsequitur dispositio,
ut dimanans a forma in genere tam causae formalis, quam effective,
q° numquam verificatur qd substantia solum mediate producatur,
q° si subst.a est terminus immed.us alicuius actionis productivae,
debet subst.a producta contineri in aliqua causa principali, et
cum causa principalis subst.ae alia nequeat esse nisi subst.a infertur
quod subst.a est primum principium radicale quo operativum et produc-
tivum subst.ae = et per hoc manet exclusum, et solutum argumentum quod fieri
solet de ferro candenti applicato stuppae, quae cito uritur, quo casu stabilito
sic efformant arg. ignis genitus in illa materia combustibili, producitur a solo
calore, in illo eventu, q° est q. solum accidens videlicet calor est princip.
unicum effectivum radicale quo in illa generatione concurritur, q. in illo

eventu n. dato subst.a ignis aqua generetur, q. producitur a solo calore
arguitur manifestus, cum ibi n. appareat ignis, sed unice solus apparent ca-
lor = Resp. neg.do assumptum, quippe repugnat qd ignis generetur, quin detur
Causa principalis productiva illius, quæ non potest esse solus calor, cum
calor eo quia accidens n. possit præcontinere effectum. dicimus g.o quod in
illo ferro candenti adest aliquis ignis in partibus porosis, unde et si
non appareat, nec visu percipiatur ratio naturalis dictat ibi adesse
aliquem ignem qui ferrum comburere possit, proinde g. nullus est imagi-
nabilis casus in quo accidens sit principium radicale quo productivum subst.

dices, q. saltim de possibili casus est assignabilis, videlicet, q.do in speciebus
vini consecrati, infunditur aliqua gutta aquæ, quæ in vinum naturaliter
convertitur, tunc casus principium radicale quo productivum illius vini
nequit esse vinum, cum ibi non adsit, Resp.r in illo eventu quantitatem
sp. vini gerere omnium subst. vini, cum et ipsa substentet alia accidentia
virtute prioris miraculi conversionis vini in sanguinem, unde non
mirum quod in illo eventu sit principium radicale quo productivum subst.
cum quantitas gerat vices subst. unde facit quantitas, quidquid faceret subst.
si ibi adesset. proinde g. naturaliter loq.do subst.a est unicum principium ra-
dicale quo productivum subst. = his igitur suppositis, quod principaliter
in præsenti vocatur in dubium an subst.a non solum sit principium radicale
quo productivum subst., s. an sit etiam principium proxime operativum
ita ut subst.a sit immediate operativa, vel an ut istud principium
radicale quo, qd est subst.a, proxime, et immediate operetur indigeat
aliquo accidenti = coincidit præsens quæstio cum alia quæ in libris de
anima exagitari solet videlicet an potentiæ distinguantur realiter ab
anima, vel an cum ipsa realiter identificentur, sententia g.o asserens
subst. esse per se immediate operativam identificat animam cum suis
potentiis, unde eadem anima, prout intelligit, est intellectus, et prout a-
mat, est voluntas, Sententia autem asserens subst. non esse immediate opera-
tivam, s. indigere accidenti quod sit principium proximum et immediatum producti-
vum subst., distinguit realiter ipsas potentias ab anima. Resp. referendo ... in totum ... Ad 2o.
in hac celebri controversia, duplex extrema versatur opposita sententia. prima
est Angelici Mag. pluribus in locis, quæ sequuntur omnes eius discipuli, quos
proinde dicet in longum recensere, asserit quæ hæc sententia substantiam non
esse immediate operativam, s. indigere ad operandum aliqua potentia ab ipsa
subst.a realiter distincta, quæ potentia est entitative accidens, hæc sa. videtur
etiam esse de mente Arist. eamque tuentur plures extra scholam Angelici Magistri
inter nostros Arausa 1. p. q. 77. Sect. 5. Ex Societate Toletus 2. phisic. c. 3. q. 2
concl. 5. Vazquez 1. p. disp. 195 cap. 1. n. 10. Rubius tract. de causa efficiente
q. 5. n. 58. et alii =

Ex opposito Dr. Subtilis dicit cum sua schola asserit subst. esse imme-
diate operativam, unde haec sententia identificat realiter potentias opera-
tivas cum anima. hanc sententiam tenet Scotus in 2. dist. 16 q. 1. et in 4. dist. 12 q. 3.
Scotum sequuntur ex schola Societatis quamplurimi praesertim. Eximius.
Suarez in Meth. disp. 18 sect. 2. Arriaga. disp. 22. sect. 2. Conimbricens.
Physic. ar. 2. et 6. obiecto 3. Hurt. q. punct. 4. Lynce lib. 4. Phisic. tract. 7. et alij =

2 Sit nostra conclusio. Substantia non est immediate operativa, sed proxime operatur medio accidenti, ut virtute naturali, et potentia proxima, [struck] ab [struck] ipsa subst.a realiter distincta. = haec Concl. videtur expresse de mente Arist. lib. 2. de sensu, et sensibili cap. 4. de sapore. circa medium, ubi loquendo non solum de igne, et aqua, et elementis sed et quacumque subst.a docet filosofus nihil ipsorum natum esse agere nisi quatenus contrarietatis [struck] subst., quod idem est ac dicere nihil ipsorum natum esse agere nisi ut constitutum per qualitates activas alteri qualitati contrarias = perpendite quod verba Arist. quae sic se habent * proprium igni calidum est, siccum terrae, ut in commentione de elementis diximus, nihil itaque quatenus ignis sit, aut aqua, aut quid piam aliud agere, aut pati natum est, sed omnia quatenus contrarietatem subeunt, eatenus agunt, patiuntur [struck] quae * quod Arist. eatenus intelligit ignem agere, vel aliam subst. agere quatenus constituitur per qualitates, [struck] contrarias, quia inde potentia proxime operativa est talis qualitas. = Ex Angelico M. probatur Concl. 1. p. q. 54 ar. 3. in corp. ubi haec habet verba * Respondeo dicendum quod neque in Angelo neque in aliqua creatura, virtus vel potentia operativa est idem quod sua essentia. * similia verba habet Angelicus M. 1. p. q. 77 ar. 1. in corpore. ubi ait * Respondeo dicendum quod impossibile est dicere quod essentia animae sit eius potentia *. Rursus 1. p. q. 79. ar. 1. ait * Respondeo dicendum, quod necesse est dicere sec.m praemissa, quod intellectus sit aliqua potentia animae, et non ipsa animae essentia, tunc enim solum immediatum principium operationis est ipsa essentia rei operantis quando ipsa operatio est eius esse, [struck] paucis interpositis ait * unde in solo Deo intellectus est eius essentia * ex quibus colligitur clarius iuxta Concl. quippe si intellectus distinguitur ab anima, et anima ad intelligendum indiget potentia realiter ab se distincta, eadem est ratio de potentijs alijs ad suos speciales actus. praesertim quia quod ratio ista Angelici Magistri probat de omnibus potentijs. quippe tunc solum immediatum principium operationis est ipsa essentia rei operantis, quando ipsa operatio est eius esse, sed nulla operatio est de essentia subst.ae ergo subst.a respectu nullius operationis est immediatum principium operativum. = Doctrinam Angelici Mag. tenet expresse noster Als. 1. p. q. 125. ar. 1. ad 5. ubi haec habet verba * qualitas enim activa et si sit accidens, agit tamen in virtute [struck] substantialis, sicut eius instrumentum. et ideo potest agere ad formam substantialem, ut, et calor naturalis instrumentum est animae. agit ad generationem carnis *

est ergo hæc nostra conclusio ita expressa iuxta D. Thomam tum in citatis locis, tum alibi ipsi fa-
miliaris et proinde nullus verus Thomista de mente Angelici Magistri dubitet.
Ratio vero a priori pro nostra conclusione sic efformatur ex doctrina Angelici præ-
ceptoris locis citatis, si substantia esset per se immediate operativa, respiceret
per se, et primario operationem, sed substantia non potest primario respicere operationem
ergo substantia non est immediate operativa. probatur minor, probaturque postea maiorem, ne
aliquid improbatum videatur relinqui, nulla substantia respiciens proxime, et
primario actum existendi potest respicere proxime, et primario operationem, sed om-
nis substantia respicit per se prox. et primario existentiam, seu actum existendi, ergo nulla
substantia potest respicere prox. et primario operationem. iste syllogismus dispositus
est in recto modo videlicet in celarent, unde consequentia est recta, et præmissæ videntur
certissimæ. maior ex eo constare videtur quod omnis potentia specificatur ab actu ad quem
quem primario et proxime respicit, quippe omnis potentia essentialiter est re-
spectiva sive prædicamentaliter sive prædicamentaliter, unde speciem adquem sumit
ab actu quem immediate, et proxime respicit, at implicat unam et indivisibilem potentiam
habere duplex specificativum adæquate distinctum, ergo nulla potentia potentia respiciens
per se, proxime, et immediate actum existendi respicere potest immediate, prox. et primario ope-
rationem. similiter minor est certissima, quia omnis substantia eo quia substantia habet intra
suam lineam specificativum, quippe substantia est simpliciter quid absolutum repugnans
specificari ab aliquo extrinseco, alias esset et non esset substantia esset ex hypothesi
non esset quia ab aliquo extrinseco emendicaret esse, quod proprium est accidentis
cum autem existentia sit intra genus substantiæ existentia per se debet per se, et primario
respici a substantia præsertim quod in substantia prius est esse quam operari, quippe
esse habet substantia in ordine ad se, operari vero in ordine ad aliud, videlicet
ad tribuendum et communicandum esse effectui, sed prius est in substantia illud quod est
in ordine ad se, quam illud quod est in ordine ad aliud, ergo substantia prius et proximius
respicit actum existentiæ, quam operationem. ergo syllogismus ille in Celarent dispositus
est omnino certus. proinde vera est minor primi syllogismi, quæ est consequentia
deducta in Celarent. iam ergo probatur illa maior quam probandam relinqui, videlicet
quod si substantia esset per se immediate operativa, respiceret per se et primario operationem
quia si substantia esset immediate operativa substantia esset potentia immediate activa, et
operativa, sed potentia immediate activa, et operativa respicit per se, et primario
operationem, ergo si substantia esset immediate operativa respiceret per se, et primario opera-
tionem. maior recta videtur. probatur ergo minor. quia potentia immediate operativa, gratia
operationis instituta est a natura, ergo potentia immediate operativa respicit pri-
mario operationem. ergo potentia immediate operativa specificatur ab operatione.
antecedens cum prima consequentia videtur ordo et imprimis antecedens est certum. quippe si aliqua opera-
tio repugnaret, repugnaret potentia ad illam operationem, ergo potentia immediate
operativa, gratia operationis est instituta a natura. et prima consequentia ex eo constare
videtur quia omne illud quod gratia alicuius est et existit in rerum natura, et omne illud
quod fit gratia alicuius respicit illud tamquam quid et suum terminum ad quem, ergo
si potentia operativa gratia operationis est instituta a natura, potentia immediate
operativa respicit primario, et immediate operationem. secunda ergo consequentia probatur. quia omnis
potentia respiciens primario aliquem actum specificatur ab illo actu, ergo po-
tentia immediate operativa specificatur ab operatione.

Huic nostrę rationi respondent adversarij q[uo]d etto subst[anti]a sit potentia respiciens
per se, et immed[iat]e actum existendi, p[ote]st etiam respicere primario, et immed[iat]e
actum operandi, ac proinde subst[anti]a p[ote]st esse immed[iat]e operativa. assumptum
suadent ex eo q[uo]d n[on] implicat unam, et eamdem potentiam respicere duos actus
diversos immed[iat]e, dummodo illos respiciant ordine quodam, videlicet ordine
primarij et secundarij. et cum nulla potentia specificetur ab actu secunda-
rio respectu, inde est, q[uo]d etsi subst[anti]a respiciat immed[iat]e operationem n[on] exinde
convincitur subst[anti]am specificari ab operat[ion]e. q[uo]d autem n[on] implicet unam et eamdem
potentiam respicere duos actus unum ut primarium, et alterum ut secundarium. cons-
tat pluribus exemplis, quę utique manifesta sunt. atvero q[uo]d subst[anti]a respice-
re possit et defacto respiciat actum existendi, et actum operandi utrumque immed[iat]e.
suadent ex eo q[uo]d in subst[anti]a est conceptus essentię, et est conceptus naturę,
et cum in eadem subst[anti]a prior sit conceptus essentię quam conceptus naturę, hic subst[anti]a
prius respicit actum existentię ut potè inspecta a subst[anti]a sub conceptu essentię,
et postea respicit et si eque immed[iat]e, actum operandi cum actus iste inspiciatur
a subst[anti]a sub conceptu naturę. = s. Dra, et respondeo, q[uo]d etsi ex terminis
n[on] implicet unam et eamdem potentiam respicere duos actus immed[iat]e. n[on] ordine quo-
dam primarij et secundarij, dico. semper q[uo]d aliqua potentia vel ha-
bitus respicit illos actus cum hoc ordine, utrumque inspicitur a potentia
vel habitu sub eadem ratione formali, ut patet discurrendo per singula,
v.g. in habitu caritatis respectu amoris Dei, et proximi, et in habitu
logicę respectu actus ut docentis, et utentis, et sic de alijs; atqui actus
existentię, non inspicitur a sua potentia, sub eadem ratione formali
a qua inspicitur actus operandi a sua operativa potentia: ergo est q[uo]d quamvis
actus exist[enti]ę et actus operandi n[on] inspiciuntur ordine primarij et secun-
darij ac proinde n[on] inspiciuntur ab una et eadem indivisibili potentia. minor
ex eo constat videtur. q[uia] ratio formalis sub qua inspicitur actus existendi, est
de linea simpliciter absoluta, ut potè subst[anti]a est in se, et ad se, ratio autem
formalis sub qua inspicitur actus operandi est de linea respectiva, ut potè
cum operatio sit diversi generis a predicamento subst[anti]ę ergo talis actus de li-
nea operativa respicitur sub alia [potentia] ratione formali ac respicitur actus
existentię. unde ad illud q[uo]d dicitur de subst[anti]a sub conceptu essentię, et
sub conceptu naturę, dicimus naturę respicere operationem, at n[on] immed[iat]e
sed mediate, et radicaliter, quia ipsa natura ut natura subst[anti]ę est proinde
in se habet suam specificationem pro priori ad operationem ac per consequens
n[on] respicit operationem immed[iat]e. = s. ad hoc instant contra nos. q[uia]
iuxta nostram sententiam, potentia operativa, quę x[?] nostra accidens est
respicit immed[iat]e, et actum suę existentię, [seu] seu inexist[enti]ę, et actum operationis
quin arque reliceat potentię operativę habere duplex specificativum
ergo similiter subst[anti]a poterit immediate respicere actum existentię, et actum
operationis quin arguatur subst[anti]am specificari ab operatione —

ort. eo q. subst. ex eo qd idem potentia accidentalis respicere potest actus sue inexistentiae, et actus operandi, quin ab utroque specificetur, quia respicit illos actus ordine primarij et secundarij. ergo similiter poterit esse in substantia — nec valet dicere qd substantia ut diximus nequit respicere illos duos actus ordine primarij et secundarij propter allatas rationes — non inquiunt id valet quia in nostra sententia potentia operativa, quae accidens est respicere potest, et de facto respicit, suam inexistentiam, et operationem ordine primarij et secundarij quin utrumque sub eadem ratione formali respiciat, ut postea inexistentiam respicit sub ratione formali essendi, et operationes sub ratione formali operandi, ergo idem poterit substantia quae est immediate operativa —

2a. Vera, et respondeo asserendo potentiae operativae quae accidens est posse respicere actus inexistendi, et actus operandi ordine primarij et secundarij, et negando ex hoc convinci substantiam sic posse respicere illos duos actus. ratio est quia potentia operativa, quae accidens est, potest esse instituta a natura non propter se, ut sit, sed est instituta a natura propter aliud, et operetur, unde potest illa potentia respicere primario operationes et ab illa specificari, et secundario respicit esse, cum ut diximus accidens sit propter se sed propter aliud sit substantia autem est instituta a natura primario ut sit, unde primario respicit existentiam quin ab existentia specificetur, ac per consequens respicere nequit primario operationes neque ab illa specificari. — dices falsum esse qd potentia operativa quae accidentalis est respiciat primario operationes, et secundario inexistentiam. assumptum suadetur ex eo quod in qualibet re prius inspicitur id quod est magis proprium, sed cuiuslibet rei, etiam accidentalis magis proprium est esse quam quodlibet aliud, ergo potentia operativa non respicit primario operationes, nunc sic pergis. si etiam si potentia proxime operativa accidentalis prius respiciat suum esse quam operationes hoc non obstante specificari potest a suo esse et ab operatione. ergo similiter poterit esse in substantia [illegible] operativa.

1a. Vera quia maior debet esse quod deus in rerum natura aliquas entitates quae prius non respiciant suum esse quam aliud, cum accidentia eo ipso accidentia sint in rerum natura in subsidium et ministerium substantiae quippe si substantiae esse esset perfectissimum, non indigeret accidentibus accidentia non existerent in rerum natura, ut potest manifestari in deo qui eo quod perfectissimus, nullo accidenti indigens accidentia habet, ergo stat potest quod potentia proxime operativa, non sit prius instituta a natura ut sit, sed ut operetur. unde constat quia reddita impossibili operatione, et impossibilis est potentia, hoc ipsum constat in speciebus intelligibilibus quae institutae sunt a natura non ut sint, sed obiectum repraesentent ergo poterit potentia operativa immediate respicere operationem et ab illa specificari.

§. Proponitur fundamentum contrariae sententiae =

Rationem pro stabilienda contraria sententia efformant adversarii, eamque deducunt ex Scoto in 1. dist. 37. q. unic. et sic se habet. Implicat principium quod in se simpliciter imperfectius est esse causam proximam productivam illius effectus, qui in se simpliciter perfectius est, sed si virtus accidentalis esset immediate operativa principium simpliciter imperfectum, esset causa proxima productiva effectus qui in se simpliciter perfectius est. ergo implicat virtutem accidentalem esse causam proxime productivam, ac per consequens substantia est immediate operativa. Haec ultima deducitur ex prima, inferetur, prima ex praemissis, unde iste syllogismus indicat probationem. Et minor videtur certa, nam virtus accidentalis, qua effectus productus est substantia simpliciter imperfectior est ipsa substantia producta, ut ex terminis liquet. maior ergo in qua potest stare difficultas, suadetur ex eo, quod principium proxime productivum effectus dat esse effectui, sed si principium quod in se simpliciter imperfectum est, non potest esse causa productiva effectus, qui in se simpliciter perfectum est ergo implicat quod principium quod in se simpliciter imperfectius est sit causa productiva illius effectus qui in se simpliciter perfectus est. maior constat, minor autem probatur ex eo quod nemo dat, vel dare potest quod in se non habet. quippe si ut det, debet in se praecontinere quod dat. = ~~[illegible]~~ Scotistae At quique negant maiorem primi syllogismi, quae instat in multiplici exemplo. primo in ~~[illegible]~~ calore separato a substantia ignis, v.g. in calore interno qui reperitur in ferro candenti, quod caret poris, qui calor ignem generat in stupa sibi applicata, etiamsi calor ille sit simpliciter imperfectior effectu genito. = Secundo instat in accidentibus Eucharisticis, quae separata a substantia substantiam generarunt, ut patet quando accidentibus vini consecrati infunditur aliqua pars minima aquae. quo in casu causa generans simpliciter imperfectior est effectu genito. Denique instat in semine exciso ab Animali quod generat aliud animal absente, vel mortuo animali generante. ~~Verum ista solutio~~ ~~Eminentissimi domini mihi non placet. quippe ex ea videtur sequi quod substantia neque sit principium radicale operationis, ut constat in illo calore ferri candentis quod ~~genit destitutus poris~~ in quo casu ~~ignis genitus~~ in illa materia stupae.~~ Denique instatur in igne genito ex mutua repercussione silicis, et chalybis, quippe ignis ille generatur a motu, qui cum accidens sit inferior est effectu genito = verum ista solutio cuius ~~[illegible]~~ Scotistae mihi non placet. quippe ex ea videtur sequi substantiam non esse principium radicale quo operationis, sequela ista probatur. Calor ille ferri candentis destituti poris, nullo modo generat illum ignem, in virtute ignis, cum ibi ignis non sit. ergo calor ille est causa adaequata illius ignis, tum proxime tum radicaliter. neque valet dicere quod etsi ille calor non sit coniunctus cum substantia ignis tamen operatur ut eius virtus

nt in quo ei valet q. naturaliter loq. ut accidens aliquod operetur ut virtus substantiae seu ut virtus instrumentaria illius debet radicari in substantia cuius est virtus at calor ille non radicatur in substantia ignis cuius est virtus, quippe ibi ignis non est. q. falsum assumit principium. unde nos cum communi Thomistarum sententia diximus supra in illo ferro candenti adesse aliquem ignem licet in parva quantitate, ut pote solum existente in poris, a quibus destitui nequit ferrum, neque aliud quodlibet aliud corpus. et istum ignem esse causam generativam principalem illius ignis in illa stupa geniti. et huic causae attribui operationem radicaliter licet calor sit virtus proxima operativa. ad aliud exemplum quod affert de accidentibus Eucharisticis diximus supra quod etsi accidentia concurrant ad productionem alterius substantiae non illam producunt, ut radicata in quantitate quae gerit vices substantiae sustentando alia accidentia virtute prioris miraculi conversionis videlicet substantiae vini in sanguinem. ad aliud de semine deciso dicimus hoc esse speciale viventium generare videlicet sibi simile medio semine deciso, in quo substantia seminis residet virtus radicalis operativa, et in illius accidentibus virtus proxima, at tum et substantia seminis et eius accidentia operantur deserviendo viventi a quo fuit decisum illud semen. unde numquam accidentia operantur ut substantia solis seminis. ad aliud de igne genito in illo acre ex repercussione silicis et chalybis dicimus causam principalem illius ignis neque esse silicem, neque chalybem, neque motum, sed ista sunt causae dispositivae, et caelum gerit vices causae principalis sicut et dirigit quoties cumque deficit causa particularis alicuius effectus ut videre est in serpentibus genitis ex putrefactione terrae, et in generatione muscarum, murium, vespertilionum, et aliorum animalium imperfectorum. unde aliter respondendum censeo principali obiectioni distinguendo mai. implicat quod principium quod ipse est quid imperfectum simpliciter sit causa proxima productiva illius effectus qui ipse est simpliciter quid perfectum, si formaliter sit causa proxima productiva in virtute propria, concedo mai. si formaliter sit causa proxima productiva in virtute agentis principalis operantis radicaliter, ut quo, et deserviendo ut virtus instrumentaria, tali agenti principali operanti ut quo nego mai. et dist. min. sed si virtus accidentalis esset principium simpliciter imperfectum esset causa proxima et immediate productiva effectus simpliciter perfecti, si virtus illa accidentalis esset virtus nulli deserviens, concedo min. si esset virtus deserviens causae principali operanti ut quo radicaliter quae ipsa est etiam simpliciter quid perfectum nego min. et consequentiam.

Explicatur distinctio, dupliciter enim virtus accidentalis proxima potest
esse immediate productiva effectus. vel ita ut se sola & ex suis intrinsecis con-
tineat effectum, ut quando calor calorem producit, vel ita ut ceterum producat effectum
quem habet virtutem emendicatam ab alia causa ut effectum producat, eo quia
est virtus ministerialis & instrumentaria illius causae ad illum effectum producendum,
dicimus ergo virtus proxima productiva, quae accidentalis est, & effectum substantialem
producit, producit illum non ita ut ex suis intrinsecis adaequet effectum, sed producit
illum deserviendo substantiae cuius est virtus, unde effectum producit in virtute
substantiae quo pacto nullum datur absurdum in eo quod accidens sit causa productiva
immediate & proxime effectus substantialis = & per hoc patet solutio ad
probationem illius maioris. respondetur ergo distinguendo eius maiorem, causa
proxime productiva dat esse effectui, dist. dat vel ratione sui, vel
ratione causae principalis radicaliter operantis cui deservit, concedo maiorem
dat esse effectui semper ratione sui, & ex suis intrinsecis nego maiorem
& distinguatur minor eisdem terminis & negetur consequentia. = Explicabis
ex dicto. ergo vel illa virtus proxima accidentalis immediate productiva substantiae
habet esse virtutem ad producendum substantiam ratione alicuius superadditi
ad ipsam entitatem accidentalem, vel habet esse virtutem ratione suae
suae entitatis absque additione aliqua. Si dicatur hoc secundum sic insurges
quia in illa hypothesi aeque impotens remanebit accidens ac impotens
est ratione sui, & suis intrinsecis inspectis; sed attentis suis intrinsecis
praedicatis, illa entitas accidentalis, quae dicitur virtus proxima productiva
substantiae est simpliciter imperfectior relate ad substantiam productam, ergo quomodo
dicatur virtus substantiae dummodo entitative accidens sit non poterit produ-
cere substantiam. Si autem dicatur primum, hinc sic insurges 1º quia illud
superadditum illi entitati accidentali, vel est substantia vel est accidens
si est accidens neque ratione illius superadditi poterit esse virtutem
proxime productivam substantiae, quippe eadem imperfectio simpliciter talis
invenitur tum in virtute accidentali proxime productiva substantiae
tum in illo praedicato superaddito. Si vero dicatur, quod illud superadditum
est substantia ergo ipsa substantia erit immediate operativa, consequentia est manifesta,
quippe non entitas accidentalis ratione sui est virtus proxima productiva
substantiae, sed ratione illius substantiae superadditae. unde ista substantia superaddita
erit virtus proxima productiva substantiae = insurges 2º quia ad illud superadditum
sive sit substantia, sive accidens, necessario substantia immediate concurreret
ergo substantia erit immediate operativa, & productiva huius superadditi; ergo si
non sequitur inconveniens ab adversariis allatum de specificatione substantiae ab hoc extrin-
seco superaddito similiter substantia poterit esse immediate operativa quin inferat
substantiam specificandam iri ab operatione. =

Respondeo entitatem accidentalem quam dicimus esse virtutis proximae, et immediate productivam substantiae habere esse virtutis substantiae non ratione alicuius superadditi sed ratione sui, et quia instituta est a natura ut deserviat substantiae in qua radicatur et ratione huius radicationis habet intransitive esse virtutis substantiae, quo pacto talis entitas accidentalis ut radicata in substantia et ut deserviens substantiae ut instrumentum coniunctum, ~~licet~~ perfectior est seipsa secundum se inspecta, unde si producit effectum substantialem est quia ipsa substantia influit radicaliter et immediate in effectum utendo tali entitate accidentali tamquam de instrumento sibi praestito a natura ut operetur. et mirum non est quod accidentia constituantur a natura ut deserviant substantiae, sed potius hoc est necessarium dicendum. quippe accidentia non sunt instituta a natura propter se, sed propter substantiam cui deserviunt, et quam locandum quid perficiunt. cum autem virtus illa accidentalis proxime operativa non sit causa principalis sed ministerialis et instrumentaria non requiritur quod secundum se praecontineat effectum, sed sufficit quod illum contineat ratione causae principalis et radicalis cui deservit. = Si autem replices intendo quod existat substantia sequitur illam entitatem accidentalem quam dicimus esse virtutis substantiae intransitive, esse causam principalem, et non tantum instrumentalem sive instrumentariam, et eo quia illa est causa principalis quae ~~[illegible]~~ suis praedicatis intrinsecis inspectis habet intransitive virtutem ad effectum producendum. sed talis entitas accidentalis intransitive est virtus substantiae ergo est causa principalis. = Respondeo ad hanc replicam: causam principalem non ut utcumque intransitive deberet in sua virtute continere effectum, sed illum debet praecontinere ita ex se, ut non quia alicui deserviendo, vel quia in alio existit, et radicatur continet effectum cum autem illa entitas accidentalis quae est virtus substantiae eo sit virtus intransitive substantiae quia in substantia radicatur, et quia a natura est instituta ut deserviat substantiae, hinc est quod nullo modo infertur illam entitatem accidentalem proxime productivam substantiae esse causam principalem respectu substantiae producendae. = Quaeritur alia ars. Arguendo =

Argues primo. substantia est necessario immediate operativa respectu alicuius effectus ergo iam est aliquomodo immediate operativa, tunc sic sed eadem est ratio ut possit esse immediate operativa respectu omnium effectuum, ergo substantia absolute est immediate operativa. minor subsumpta cum sua sequela ex prima deducitur, et prima ex antecedenti, ans. ergo probatur primo in aqua fervente in lebete v.g. quae postea extracta recuperat suae pristinae frigiditatis. in quo casu aqua recuperare nequit suam frigiditatem sine actione, cum eo ipso quod detur novus effectus in rerum natura, debeat assignari actio productiva illius effectus. atqui talis ~~[illegible]~~ actio non est a quo dimanet et oriatur immediate nisi ab aqua, ergo ipsa substantia aquae est immediate operativa respectu illius effectus = Secundo probatur idem ans. in substantia Angeli, generante omnes species impressas in communi Thomistarum sententia, ad intellectiones proprias ipsius angeli. in quo casu

Sic argumentor. Species impressa in omni Thomistarum sententia concurrit effective ad intellectionem, et ad productionem verbi; ergo in isto casu substantia est immediate operativa = Resp. cum communi Thomistarum sententia essentiam quamlibet non producere suas passiones seu proprietates per veram et effectivam actionem, sed per emanationem unde ipsae proprietates dimanant immediate ab essentia, per naturalem resultantiam. quam doctrinam tradit Angelicus Mag. 1. p. q. 77 ar. 6 ad 3. ubi in corpore haec habet verba * potentia animae ab essentia fluit non per transmutationem, sed per naturalem quamdam resultantiam * qua doctrina stabilita respondeo aquam in illo casu reducere se ad suam frigiditatem, non per actionem aliquam in talem frigiditatem, sed per emanationem et resultantiam ipsius frigiditatis ab ipsa aqua = Replicabis esto talis frigiditas sit passio et proprietas aquae, non ponitur in rerum natura sine aliqua actione, ergo talis actio dimanat, et oritur immediate ab aqua. argumentum, ergo in tali recuperatione frigiditatis intervenit verus motus sed motus est identificatus cum actione ergo intervenit nova actio. nec valet dicere quod talis actio per quam recuperatur frigiditas tribuitur generanti, unde iam aqua non erit aqua oritur talis actio, = non inquam id valet, quia esto illa actio tribuatur generanti, eatenus generans producit virtualiter illam actionem. quatenus relinquit suam virtutem in termino primario a se producto, at qui terminus primarius actionis formalis, quae generans habilit in principio est ipsa aqua ipsa aqua, quae suae frigiditatis recuperat, ergo iam aqua est immediatum principium illius actionis recuperativae frigiditatis, quae actio etsi virtualiter oriatur a generante, tamen formaliter oritur immediate ab aqua quae est terminus primarius genitus et productus a generante. =

Respondeo actionem illam recuperativam frigiditatis non oriri immediate ab aqua sed ab aliquo gradu frigiditatis, quae remanebat in aqua quantumvis ferventi, et calida. unde ut tacitae obiectioni occurramus dicimus, quod vel passio est totaliter deperdita ut contingit in proprietatibus quae non necessario concomitantur essentiam, si forte est aliqua proprietas huiusmodi. ut v. g. si in viventi recuperaretur potentia visiva totaliter deperdita, vel potentia generativa, vel alia huiusmodi, vel passio, quia divisibilis non est totaliter deperdita sed secundum partem, si passio est totaliter deperdita, et postea per ablationem impedimenti recuperatur, talis recuperatio non fit per veram actionem effectivam sed per simplicem emanationem et resultantiam, modo quo in principio quando producta fuit essentia resultant passiones, et proprietates, si autem passio non est totaliter deperdita, ut contingit in exemplo allato de frigiditate aquae quae in aliquo gradu manet in aqua, quantumvis calida, tunc talis passio ut recuperata. ponitur per veram actionem, et per verum motum, at in eo eventu, actio illa quae virtualiter tribuitur generanti, oritur formaliter non a substantia aquae, sed a substantia aquae oritur radicaliter quoniam videlicet est terminus primarius generantis in quo relinquit suam virtutem, et formaliter et proxime oritur illa actio, ab illo gradu frigiditatis qui semper concomitatur substantiam aquae. unde nunquam substantia est immediate operativa =

Ad aliud exemplum de subst.a Angeli gerente vices speciei intelligibilis, Respon
dent aliqui ex nostris Thomistis, quod quando substantia species intelligibilis est
subst.a tunc species intelligibilis non concurrit effective ad intellectionem.
verum ista solutio mihi non placet, nam ratio quam in libris de Anima
afferte ad probandum speciem intelligibilem debere habere concursum effect.
ivum, eo quia aliqua formalitas respondet in effectu, videlicet repraesentatio
formalis obiecti et cuius formalitatis nulla alia potest assignari causa effecti
va nisi species, quippe intellectus ex se non habet illam repraesentationem, ergo pro
bat de omni specie intelligibili sive sit accidens vel substantia.
unde relicta in sua probabilitate illa solut.e illorum Thomistarum, aliter
cum aliis Thomistis respondendo censeo. Respondeo quod concesso illa spe
cies intelligibilis quae entitative substantia est concurrat effective
ad intellectionem, illa efficientia non est fisica, sed intentionalis, et de linea
non activa simpliciter sed secundum quid tali, quo pacto entitas
speciei non inspicitur formalissime in linea intentionali sed mere
materialiter et per accidens se habet, sive sit substantia, sive sit
accidens, unde mirum non est quod subst.a Angeli quae gerit vices speciei
intelligibilis concurrat effective ad intellectionem, quia ibi non concurrit
ut subst.a neque ut accidens, sed ut repraesentatio quaedam. quando ergo dicitur quod
subst.a non est immediate operativa, intelligitur de operatione fisica, quae est
linea fisica simpliciter tali, quippe sic species intelligibilis entitative
inspecta abstrahit ab eo quod sit substantia vel accidens, entitative
inspecta abstrahit ab specificatione, vel non specificatione, speci
ficatio enim est ad esse, proinde in linea pure intelligibili non speci
ficatur species in esse entis, sed ad summum potest dici quod datur specificatio
de linea pure intelligibilis, quae locutio licet cum hac moderatione est impropria.
unde in linea repraesentativa, formalissime, repraesentatio speciei im
pressae obiecti intellecti, et verbi est eadem formalissime, non solum
specifice ut volunt quam plures, sed etiam est eadem numerica, ut tenent
quam plures. quando ergo nos negamus subst.am esse immediate operativam
est quia aliunde secundum suam entitatem specificaretur ab aliquo extrin
seco. — ad aliud argumentum quod poterat fieri paritate aliarum causalitatum
causae finalis, formalis et materialis quas immediate exercet substantia,
facile constat solutio. quippe causalitas finalis est metaforica, unde mirum
non est quod possit exerceri a subst.a causalitas causae formalis et materialis
non distinguitur entitative a subst.a et est insuper de linea imperfecta, videlicet
informationis et materializationis, unde potuit similiter fieri immediate a subst.a
causalitas autem effectiva, distinguitur realiter a subst.a et est vera et realis
causalitas unde non potest oriri a subst.a immediate ob rationes superius
efformatas. ——

Quest. 3.
Utrum Causa prima debeat concurrere simul, & immediate cum causa secunda ad omnes suas operationes? = § = praenotantur non nulla =

quaestio praesens magna ex parte theologica est, verum ne extra limites philosophiae transgredi videamur, illam philosophice attingemus. ig.r ut certa ab incertis separemus. ostendendum est causas creatas vere esse effectivas & productivas suorum effectuum, unde etsi causa prima, quae utique Deus est, omnes effectus producat, seu ut formalius loquar etsi concurrat media sua causalitate ad omnes effectus, tamen non propterea impedit causalitatem causae secundae respectu suorum effectuum, quod et docet Aristoteles asserendo quod quilibet effectus procedit a sua causa efficiente. & ab illa causari, ut videre est in hoc 2. fisic. tract. de causis. & idem ex professo docet ibidem Angelicus Mag.r & alibi pluries, praesertim 1. p. q. 105. ar. 5. ubi n.r satis statuit hanc nostram suppositionem, et rationem pro illa profert. in corpore articuli ubi haec habet verba * quia virtutes operativae quae in rebus inveniuntur, frustra essent rebus attributae, si per eas nihil operarentur. quinimo omnes res creatae viderentur quodammodo esse frustra si propria operatione destituerentur, cum omnes res sint propter suam operationem * unde paucis interpositis ait * sic igitur intelligendum est Deum operari in rebus, quod tamen ipsae res propriam habeant operationem * quae doctrina circa operationes salutares, & supernaturales definita est in concilijs praesertim tridentino, dum anathemate damnatur, qui dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo = Iterum ostendendum est omnem entitatem creatam dependere immediate a Deo, qui est prima causa, ut inquiunt philosophi, in esse & servari. quippe omne ens creatum & creabile est ens per participationem, a prima causa, quae utique est ens imparticipatum, & a nullo dependens. si enim ab alio dependeret, & ab alio esse suum participaret, non esset prima causa, sed ille esset prima a quo participaret esse, & a quo dependeret. unde dependentia entis in omni suo esse a prima causa est praedicatum essentiale imbibitum in omni praedicato & in omni differentia entis creati, etenim esse creatum dicit necess.o & essentialiter esse ab alio. cum igitur operari dependeat ad esse, implicat rem aliquam dependere ab alio in essendo, & non dependere in operando. ac proinde omne ens creatum dependet in conservari ab eadem prima causa, cum enim conservatio sit continuata productio, eius dicens dependentiam in essendo dicit providentiam dependentiam in operari, & in conservari = quod ergo in dubium vertitur est an causa secunda non solum operetur, & producat effectum, sed an simul immediate Deus concurrat cum tali causa secunda, & cum sua operat.e

Prosequitur liber secundus Physic.

Rursus denique notandum est, concursum simultaneum, et immediatum in effectum, illum vocari, qui simul cum concursu causae secundae praestat in effectum causa prima, ita, ut sicut per concursum proprium quem praestat causa secunda in effectum dependet immediate a sua causa, ita similiter per concursum quem praestat causa prima, dependeat etiam immediate effectus ab ipsa causa prima ita tamen quod nec concursus causae primae sit prior concursu quem praestat causa secunda in effectum, nec concursus causae secundae sit prior concursu quem in eundem effectum praestat causa prima. — §. — referuntur sententiae —

Prima sententia absolute, et simpliciter negat Deum concurrere immediate cum causis secundis ad illarum operationes. Haec sententia tribuitur Durando ut ait Tesignano et primo auctori. illam tenet in 2. dist. 1. q. 5. et dist. 37. q. 1. atque haec sententia fuit amplexata a pluribus Durandi antiquioribus, teste Argentina, hanc eandem tenuit Aureolus in 2. dist. 19. q. 2. ar. 2. Ocham. quodlib. 2. q. 1. ~~[cancelled]~~ Secunda sententia distinguit inter operationes creaturarum, et asserit Deum non concurrere immediate ad actiones et operationes liberas ordinis naturalis, neque ad necessarias, sed solum ad actus supernaturales. ita Lalemandet in disp. 9. physicae parte. 9. — Tertia sententia asserit Deum non concurrere immediate ad actus liberos ordinis naturalis; asserit tamen concurrere ad actus necessarios, et ad omnia alia entia naturalia. ita Ludovicus de la Capuccinus in disput. quadripartita de hac re — quarta denique sententia asserit Deum concurrere immediate ad omnes operationes causae secundae sive sint liberae sive necessariae, naturales vel supernaturales, et concurrere cum operatione causae secundae ad omnes suos effectus. ita Angelicus Mag. 1. p. q. 105. ar. 5. et cum omnis theologorum praeter relatos. — §. — statuitur conclusio —

Sit conclusio. Deus immediate concurrit et simultanee cum causis secundis, et earum operationibus ad quoscumque effectus. sententia Durandi, et aliorum aliquorum nominavit temeritatis, et erroris nota, atque quid quod sit de censura libr. nostra conclusio et in primis est iuxta mentem Aristotelis. etenim philosophus 2. phisic. cap. 3. tex. 38. statuit concursum immediatum causae primae, in omnes operationes causae secundae, et in omnes effectus causae secundae. unde sic ait ✱. Oportet autem semper causam quaerere summam, quemadmodum et in caeteris ✱ notate semper. unde ibidem cap. 9. tex. 43. et 44. confutat filosofos confugientes in casum, et fortunam, inquirendo eorum causas, unde asserit totum hoc universum a summa omnium causa dependere. —

Rursus. lib. 7. cap. 1. statuit advertandum processum in infinitum, quod omne quod movetur ab alio movetur, unde asserit fatendum esse necessario existere unum primum motorem rerum omnium. per haec verba ✱ at non infinitum hoc efficietur, sed stabit tandem alicubi, atque erit quid primum quod primo causa erit ut omnia moveantur. quod et docet toto libro 7. et octavo.

Colligitur expresse nostra conclusio ex sacra pagina. dicitur enim Isaiae cap. 26 omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. Et ex illo Gen. 1. in principio creavit Deus caelum, et terram. Et ex illo Psal. 145. qui fecit caelum et terram, mare, et omnia quae in eis sunt. Et ex illo Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Et aliis pluribus ex quibus verbis manifeste deducitur Deum operari omnes effectus creatos, cum et illos producat creatura, illos videlicet qui non fiunt per creationem, sed per generationem infertur ergo in dicto necessario Deum simul, et immediate concurrere cum creaturis ad productionem suorum effectuum. Pluries ex intima operatione Dei in omnibus rebus colligit Apostolus. ut dicitur in actibus Apostolorum immediatum existens Dei in rebus. ait enim, non longe est ab uno quoque nostrum. in ipso enim vivimus, movemur, et sumus. ergo si Deus non concurreret immediate, et simul cum causis ad productionem suorum effectuum, ad summum Deus esset in causis, non autem esset in omnibus rebus. — Pluries probatur conclusio ex alia doctrina theologica et omnino certa, iuxta quam dicitur quod Deus est in omnibus rebus, seu ubique per essentiam, praesentiam, et potentiam. sed esse Deum in rebus [struck] potentia est esse ubique per suam operationem, ergo repugnat existere aliquam creaturam seu effectum in quo Deus non existat per suam operationem, ergo et simul concurrit cum operatione causae secundae ad suos effectus. — Probatur ergo nostra conclusio ratione, quaelibet creatura, non solum quae immediate a Deo per creationem producta fuit, [struck] sed etiam quaelibet alia quaecumque sit, dependet a Deo in esse et conservari, ergo ad productionem cuiuslibet creaturae Deus praebuit suum concursum. Consequentia est nota, quia conservatio est continuata productio, et omnis creatura dependet a Deo in conservari, [struck] [struck] omnis creatura terminat actionem productivam Dei, et cum aliunde esse plurium creaturarum non sit a solo Deo, sed causae secundae vere sint productivae, et effectivae, infertur necessario Deum simul concurrere cum actione cuiuslibet creaturae ad productionem cuiuslibet effectus. Antecedens non potest negari aliunde Deus non posset annihilare quamcumque creaturam quam annihilare voluisset aliis non annihilatis, sequela probatur quia annihilatio nihil aliud est quam suspensio concursus conservativi, quo creatura conservatur, dixi aliis non annihilatis; quia aliqui respondent Deum posse annihilare quamlibet creaturam, quia potest annihilare omnes eius causas a quibus dependet in esse. praeter quam quod hoc est expressum iuxta doctrinam Patrum, etenim Gregor. Nazianzenus cognomento mystica theologus orat. 2. de Theologia haec habet verba quomodo ergo universa haec rerum moles, vel producta umquam esset, vel consisteret nisi Deus haec omnia in rerum natura produxisset atque conservaret. *

Rursus suadetur ratione philosophica et naturali. omnis creatura dependet immediate a Deo, sed si Deus non concurrit simul cum operatione causae secundae, ad productionem cuiuslibet effectus, non omnis creatura dependeret immediate a Deo, ergo Deus concurrit simul et immediate cum operatione causae secundae ad operationem cuiuslibet effectus. probatur min. quippe mai. videtur certa, verum ne improbata relinquatur et ipsa maior postea probanda veniet. nunc ergo probatur min. si Deus solum immediate produxit a principio causas, et postea non concurrit simul cum operationibus causarum ad cuiuslibet effectus productionem, solum illae causae immediate dependerent a Deo, quippe in effectus Deus non habet concursum immediatum, sed dependentia effectus a causa, est medio concursus et fundatur in concursu, ergo si Deus simul non concurrit cum operationibus creaturarum ad cuiuslibet effectus productionem, non omnis creatura dependet immediate a Deo. ergo probatur maior, quae certissima censeo, quia omne quod in rerum natura existit est per participationem, omne ens per participationem dependet immediate a Deo, ut a prima causa, ergo omne quod in rerum natura existit, sive omnis creatura, dependet immediate a Deo. = Rursus suadetur secundo quia in qualibet creatura est ratio entis realis identificata cum ipsa, sed ratio entis a solo Deo produci potest. ergo quando creaturae producunt suos effectus Deus simultanee concurrit cum operatione creaturae ut producatur ratio entis quae reperitur in effectu, et in alia quacumque creatura. mai est evidens, iuxta illud quodlibet est [illegible] non est. probatur min. quia ratio entis a nulla alia causa minus universali quam a Deo produci potest. tum quia ratio entis est universalissima ratio quae reperitur in creatura ergo debet produci ab universalissima causa. dices contra hanc rationem stare posse creaturas omnes dependere immediate a Deo quin exinde convincatur omnes creaturas produci immediate a Deo, unde stare poterit quod Deus a principio produxisset causas creatas, cum tali perfectione ex parte [illegible] creaturarum ut exinde ipsae causae creatae suos effectus producere possent absque indigentia concursus alterius causae. assumptus suadetur ex eo, quia [illegible] nostrae et Thomistarum doctrinae stat quod effectus substantialis dependeat immediate a substantia ut a causa producente, quin substantia illum immediate producat, cum iuxta nos substantia non sit immediate operativa, ergo tenet assumptus. sub primum ans. dices ergo quod effectus substantialis esto non sit a substantia immediate ut a virtute proxima, quippe virtus proxime operativa est accidentalis, est tamen immediate a substantia, ut ab immediata radice, quia cum inter substantiam et effectum nulla alia radix media interveniat. = Replicabis ergo similiter stare poterit immediata dependentia creaturae a Deo esto non concurrat producendo simul cum operatione creaturae, consequentia probatur ex eo quia immediata dependentia salvatur solum cum immediata dependentia in ratione radicis, et eo praecise quod Deus sit radix omnium producendorum salvabitur immediata dependentia cuiuslibet creaturae a Deo.

3. Arg. si Deus n. concurrit simul, & immediate cum operatione cuius libet creaturae, neque salvabitur immediata dependentia creaturae a Deo, quia a Deo ut a prima radice dependebit. Conseq. probatur, quia ad summum haec dependentia immediata salvari posset in prima causa immediate a Deo producta, & in primo effectu quem produxisset ista prima causa creata. unde cum iam per varias generationes & corruptiones sit mutatus fere totus universus, exceptis suis partibus principalibus quae ingenerabiles sunt, & incorruptibiles sequeretur creaturas omnes corruptibiles nullo modo immediate a Deo dependere, sed valde remote, & valde radicaliter, quod absurdum est, cum de facto omnis creatura de facto habeat immediatam dependentiam a Deo = dices quod Deus & creatura non possunt concurrere ad productionem effectus unica actione, neque diversa, ergo neque nullo modo. Ans. quoad 1.am partem probatur quia illae causae possunt concurrere unica actione in quibus est unica virtus productiva, sed Deo & creaturis non inest unica virtus productiva, ergo concurrere nequeunt unica act. Quoad 2.am partem probatur ans. quia stante unitate termini multiplicari nequeunt actiones sed effectus est unus ergo concurrere nequeunt duplici actione. ——

Resp. 1.o concurrere Deum, & creaturam ad productionem cuiuslibet effectus unica actione, etenim a causis diversi ordinis oriri potest eadem actio etsi sub diversa ratione, nam oritur a Deo illa actio sub ratione entis quae etiam ratione caelis producit in effectu, a sole, & ab astris sub ratione corporis, quae etiam rationem corporis producunt causae illae aequivocae & oritur a creatura sub sua peculiari ratione differentiali, quae specificam rationem differentialem producit creatura. unde totus est effectus est a Deo, totus a sole, & totus a creatura, & si non totaliter a qualibet seorsim, at cum ratio formalis correspondens Deo, quae est ratio entis, sit universalissima, & transcendens omnes differentias, sic causalitas Dei ad omnes formalitates se extendit illas producendo, licet non sub omni formalitate, quo pacto dicitur quod Deus producit omnes formalitates si considerentur ut rationes quae attactae, non vero si considerentur sub ratione formali sub qua. = Replicabis demum rationes quamvis adversarii quasi rationes afformatae probent de facto Deum concurrere simultanee & immediate cum operatione cuiuslibet creaturae, non tamen probant de

cum p. Hurtado disp. 10. s. 3 & Arri aga hic disp. 10. n. 32.

possibili, unde stare poterit quod Deus ita voluisset producere primas causas, quod istae habuissent sufficientissimam virtutem ad suos effectus producendos sine indigentia concursus simultanei Dei. assumptum suadent ex eo quia sic videtur magis commendari omnipotentia Dei.

Ibidem & Respondeo rationes efformatas ad Solum probare Deum debere concurrere simultanee cum operatione cuiuslibet creaturae, ad cuiusque effectus productionem, et etiam probare de possibili, vel si sic producerent creaturae produci et non indigerent concursu simultaneo Dei ad productionem suorum effectuum. cuius ratio est. Quia id quod repugnat conceptui essentiali creaturae in nulla hypothesi potest illi convenire, sed conceptui essentiali creaturae repugnat non habere dependentiam immediatam a Deo, ergo non habere dependentiam immediatam a Deo in nulla hypothesi potest illi convenire. tunc sic sed dependentia immediata effectus a causa est per causalitatem causae in effectum quod nulla creatura potest existere in rerum natura erga quam Deus non exerceat suam causalitatem prout quod aliquis effectus producitur a causa secunda Deus concurrit simultanee cum causalitate causae secundae. subsumpta cum prima, & secunda deinde consequentia constans est. & primus syllogismus videtur etiam notus. & maior lumine naturali nota, unde si aliquid restat probandum est minor, quam iudico sic. quia conceptui essentiali creaturae repugnat non esse ens per participationem, seu quod idem est, creatura est necessario ens per participationem, & ab illa separari nequit esse ens per participationem. sed in hoc quod est esse ens per participationem clauditur necessario & immediate immediata dependentia a Deo, ergo conceptui essentiali creaturae repugnat non habere dependentiam immediatam a Deo. = dicendum ergo est et primo & ultimum quod Deus concurrit immediate, & simultanee cum operatione creaturae, & quod repugnat creaturam operari absque eo quod Deus concurrat simultanee, & immediate cum operatione creaturae.

Quaest. 9. Utrum causa prima praemoveat secundam ad operandum?

§ Propositio ... Vidimus quaestione praecedenti quod ut causa prima subordinet sibi immediate effectus omnes creatos necesse est causam primam simul cooperari cum causa secunda. unde & causalitas effectui correspondet utriusque causae, primae scilicet, & secundae. ubi sub diversa formalitate, quippe causa prima producit effectum sub ratione entis, & causa secunda sub alia formalitate inferiori, & eius plures reperiantur formalitates in quolibet effectu, sic & necesse est plures causas ad ipsum producendum concurrere, quarum aliae aliis sunt universaliores, & aliae aliis magis particulares, iuxta quidditates rationis formalis quae producitur, & rationis formalis sub qua producendi. Nunc igitur inquirendum est, nunc etiam necesse sit quod ut causa secunda operetur indigeat quod praemoveatur physice a causa prima. pro cuius maiori intelligentia notandum est, & ut magis sensus & difficultas propositae difficultatis appareat motionem cuiuscumque causae respectu alterius intrinseci differentia posse considerari, nam praemotio

alia potest esse pure [metaphorica] metaphorica quo pacto finis praemovet causam efficientem ad operandum pure alliciendo, et attrahendo, alia potest esse praemotio pure morali, quo pacto aliquis potest praedeterminare alium ad operandum vel consiliando, vel suadendo, vel imperando, vel alio simili modo. alia potest esse praemotio vera, et fisica, et realis modo quo manus praemovet calamum, ad scribendum, penicillum ad pingendum, et modo quo caelum primum mobile, praemovet caelum sibi immediate inferius, et illud aliud usque ad infimum. difficultas ergo praesens non procedit de praemotione pure metaphorica, vel morali, sed de praemotione vera, reali, et fisica, et de linea causae efficientis, an videlicet, causa efficiens prima, debeat iure causae primae, praemovere et praedeterminare fisice realiter, et vere causam secundam efficientem, et an ista, quia causa secunda indigeat praemoveri, et praedeterminari a causa prima. Rursus notandum est causam efficientem secundam aliam esse naturalem, et necessariam, aliam contingentem. causa secunda naturalis et necessaria est quae necessario est coniuncta cum sua operatione, absque aliqua contingentia, ut caelum cum motu, sol cum illuminatione, vel etiam causa necessaria, et naturalis est illa, quae ex se semper est coniuncta cum operatione vel si aliquando non coniungitur est defectu alicuius conditionis, necessariae ut ignis coniungitur cum combustione, vel si aliquando non comburit est defectu applicationis. causa autem contingens est quae defectibiliter coniungitur cum operatione, verum ista causa contingens est induplici differentia. alia est enim causa contingens libera, alia non libera. causa contingens libera, est quae positis omnibus requisitis ex parte actus primi ad operandum adhuc integra libertate, et potestate stat operari, vel non operari, ut videre est in libero arbitrio hominis. vel Angeli, imo et Dei, qui potuit pro beneplacito, decernere creationem mundi, v. g. et non decernere. Causa [illegible] contingens non libera. simpliciter est causa naturalis et necessaria, verum quia deficere potest ab operatione dicitur causa contingens, ut dicitur nubes contingenter pluere, equum, vel leonem contingenter ambulare.

Quaestio ergo praesens potiori titulo procedit de causis secundis, efficientibus necessariis, et naturalibus, an ut operentur hic, et nunc, et potius operationem a, quam operationem b, eliciant indigeant praemoveri et praedeterminari, a causa efficiente quae prima est in operando.

num autem causa libera secunda, indigeat praemoveri, a causa
prima ut operetur? magis ad Theologum quam ad Philosophum
expectat. cum ad Theologum expectet de libertate in creatam
cum dominio Dei, et cum efficacia ipsius gratiae comparare. verum
cum voluntas creata libere se exercens sit causa fisica, prout
Philosophi dicta causa disquirunt, inquirendo, an libertas
creata et secunda, salvo iure libertatis, praemoveri possit, et
debeat a causa prima libera, et increata? an autem ista praemo-
tio physica sit incompatibilis cum libertate? § referuntur sententiae =
prima sententia, loquendo de causis secundis efficientibus necessa-
riis et naturalibus, asserit quod omnis causa secunda efficiens indi-
geat ut operetur praemotione Dei. ista sententia est communis, eamque
tenent omnes Thomistae et ex aliis fere omnes. loquendo autem
de causis contingentibus et liberis, est triplex sententia. prima negat
causam secundam liberam praemoveri adeo ut causa prima, aliunde
destrueretur eius libertas. sic omnes Jesuitae. et si vario modo expli-
cent concursum Dei in actus liberos, nempe sit per praedefinitiones regula-
tam per scientiam mediam. vel non sit per tales praedefinitiones, sed omni-
no per concursum simultaneum, quae ut afferat Deus etiam varie dis-
currunt. ut videre est. tract. de providentia, tract. de scientia
Dei, de volunt.+ et tract. de voluntario et involuntario, et tract.
de gratia. = secunda sententia admittit praemotionem, et si non
fisicam, tamen [illegible], quae et moralem vocare possumus, ita
nobilis doct. ut videri potest apud fuente 2 Physic. q. 5. diffic. 3. ar. 3.
tertia sententia affirmat omnem causam secundam efficientem,
tum necessariam tum liberam, indigere praemotione vera, fisica,
et reali media qua praemoveatur a causa prima. ita Angelicus
Mag. fere in infinitis locis, quos videri possunt apud nostros Tho-
mistas. 1. p. q. 14. 19. 22 23. 25. 105. et alibi pluries =

+ de praedest.

§ statuitur conclusio = sit conclusio. omnis causa secunda
antecedenter ad suam actionem productivam effectus indigeat
praemotione fisica causae primae, per quam applicetur ad operandum. =
probatur primo haec conclusio 1o. ex philosopho 8. fisic. tex. 33 ubi haec habet
verba * utrumque igitur movere dicimus, et primum, et ultimum moventium,
sed magis primum, illud enim movet ultimum, et non hoc primum,
et sine primo quidem ultimum non movebit, illud autem sine hoc, ut
baculus non movebit non movente homine. * haec Aristoteles

ex quibus verbis hoc officio arguitur pro nostra Concl.e omnis causa secunda cuiuscumque generis sit comparatur ad primam ut motam, ergo prius movetur quam moveat seu quam producat suum effectum. Sed prius moveri fisice est premoveri fisice, seu predeterminari, ergo omnis causa secunda fisice premovetur a causa prima, syllogismus videtur evidens. Et minor patet ex dicta, maior continetur in verbis Aristotelis, quibus primum movens operando sine secundo, movet secundum, et secundum movetur, quod ut manifestet Arist. apponit exemplum in baculo respectu manus. baculus enim, prius quam moveat aquam evidenter movetur a manu, ergo premovetur a manu, et cum alibi de filosofia loquatur indefinite de causa secunda, infertur evidenter quod iuxta Aristotelem omnis causa secunda sive naturalis et necessaria sive contingens et libera premovetur a causa prima.= Rursus ex Angelico Magistro supra Concl.o et precipue [struck] [struck]. ibidem 8. fisic. lect. 9. explicando predicta verba filosofi. ubi dat rationem, ad stabiliendum intentum filosofi, videlicet quod omne quod movetur ab alio movetur, [struck] * quod primum movens movet secundum movens, sed non e converso * et proseguitur Ang. M. * secunda ratio est quia secundum movens non potest movere sine primo * scilicet sine primo movente vel premovente, ut legenti patebit. ait enim * sicut baculus non potest movere lapidem nisi moveatur ab homine * et baculus continet quod premovetur ab homine.= Ratione generali quia omnis causa 2a. abstrahendo ab eo quod sit libera vel necessaria supra Concl.o quia omnis causa secunda, eo quia secunda et quia creata, dependet immediate a causa prima, in operando, sed dependentia in operando infert necessario premotionem cause prime quoad causam secundam, ergo omnis causa secunda ut operetur premovetur a deo. maior videtur evidens. et irrefragabilis tum iuxta bonam filosofiam, tum iuxta fidem iuxta bonam filosofiam. quia ut vidimus Aristoteles et Angelicus M. loco citato asserunt quod causa secunda non potest movere sine prima sed causam secundam non posse movere sine prima, est causam secundam non posse operari sine prima, ergo omnis causa secunda dependet immediate a deo in operando. Rursus quia Arist. non solum ait causam secundam non posse movere seu operari sine prima, sed ait non posse

movere, nisi moveatur prius a causa prima, quod satis est evidens. 265
est non posse movere vel operari, nisi prius moveatur. iuxta
firmaturque, quod omnes creaturae dependent a Deo in esse, operari
et conservari. et in omnibus, quippe sine Deo non possumus
esse, neque operari, ait enim sine me nihil potestis facere.
min. autem probatur. quia dependentia unius ab alio, infert necessario
prioritatem in illo alio, alias si in simultaneis posset stare
dependentia, non minus posset dici quod creatura dependet a Deo
quam quod concursus Dei dependet a concursu creaturae. quod tertio bene
Philosophiam omnis causa quaecumque sit praemovetur a prima causa =
Minor probatur sic: quia omnis causalitas secunda, cuiuscumque causae efficientis
et si sit causalitas super effectus per ipsius producti, est tamen verum
ens, et verus effectus respectu Dei, ergo illa entitas et ille effectus supponit
aliquam causalitatem ex parte causae primae media qua producatur. et sit
ergo ista causalitas causae primae prior est causalitate causae secundae
quippe omnis effectus est posterior sua causa, et causalitate, ergo ex parte
causae primae datur aliqua praemotio praemovens et praedeterminans
physice causas ad causandum = secundus quia omnis causa secunda
est indifferens ad causalitatem huius, quippe ab quacumque causa
potest oriri haec causalitas a. vel haec causalitas b. ergo ut potius oriatur
ab quacumque causa, haec causalitas prius illa exigit ut praedetermi-
netur ab alio, probatur quod omnis causa secunda indiget praemo-
veri, vel praedeterminari a Deo. = ita efficacia et demonstrativa
mihi videntur ista argumenta, ut attenta ratione naturali, mihi
non maneat ambigendi locus circa existentiam praedeterminationis
et praemotionis physicae. = Patres vero Iesuitae, et omnes auctores negan-
tes physicam praedeterminationem seu praemotionem unice nituntur
in argumento de lesione libertatis, quae iudicant laesam, et ablatam
tali physica praemotione stabilita, verum antequam illos audiamus
vociferare, et clamare istam lesionem libertatis audiamus
Angelicum Magistrum affirmare, voluntatem creatam in omni sua opera-
tione, praemoveri et praedeterminari a Deo. 2. enim Physicorum lect. 8.
ad tex. 48. haec habet verba * sicut potentia motiva, quae est ad
utrumlibet non exit in actum nisi per potentiam appetitivam determinetur
ad unum, ita nihil quod est ad utrumlibet exit in actum nisi per aliquod
determinetur ad unum. quia id quod est ad utrumlibet est sicut ens in potentia
potentia autem non est principium agendi sed solum actus * ergo liberum
arbitrium ut potius in assensum, quam in dissensum, vel e contra, prorumpat
indiget ut aliquo determinetur, = nec valet dicere quod determinat
se, quia non est primum determinans, nec prima Causa

tum quod liberum arbitrium est quod determinatur, ergo non esse, ut se primo determinarte. alioquin idem secundum idem esset determinans et quod determinatur, tum quia liberum arbitrium est in potentia ad operationem et potentia determinatur per actum, ergo indiget praemoveri. nec valet dicere cum contrariis autoribus quod potentia se ipsa potest se determinare, nam istam solutionem impugnat D. Thomas cum ait quod potentia determinatur per actum. et ista solutio contraria est rationi naturali, quippe ab uno contrario non oritur aliud scilicet a potentia ut in potentia non oritur actus, quidquid dicant contrarii dum solum dicunt, et non suadent. =
Rursus roboratur haec nostra ratio pro causis liberis ex Angelico M. 1. p. q. 19. ar. 3. ad 5. ubi ait: * quod Causa quae de se est contingens oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. * in quibus verbis evidenter loquitur Angelicus Mag. de determinatione causae, quae determinationem ut ait Divus Dionysius cap. 5. de divinis nominibus. Sancta Scriptura vocat praedeterminationem. [illegible]
Verba Divi Dionysii ibidem apud D. Thomam lect. 3. * et huiusmodi rationes, nempe voluntates Dei efficaces Sancta Scriptura vocat praedefinitiones, sive praedestinationes, quae quidem praedefinitiones [illegible] voluntates sunt distinctive, et eorum, et effective ipsorum, quia huiusmodi rationes superubstantialis Dei esse praedeterminavit [illegible] et ibidem rursum ait: * Voluntate divinae esse existentium [illegible] determinativae, et effectivae. = [illegible] suadet D. Thomas ex D. Thoma q. de Pot. ar. 7. ad 7. ubi ait: * aliquid per modum incompleti [illegible] superaddi a Deo ipsi causae [illegible] tionis et ad modum esse intentionalis [illegible] agat. * quae verba adeo clara sunt ut Eximius Suarez nihil inveniat respondendum, nisi asserere, Angelicus Mag. ea tacite retractasse. cuius retractationis cum non appareat vestigium in doctrina Sancti doctoris, dicendum fateor, esse [illegible] ab Eximio doctore excogitatum. = denique Ang. M. [illegible] q. 1[illegible] ar. 2. ait * a Deo moventem aliquid fieri in anima, per modum motus, licet non per modum qualitatis, ad volendum et agendum. * quo nihil clarius pro nostra de fide. = Ratione a priori probatur de fide. quia ipsum velle et nolle voluntatis create, est aliqua entitas in rerum natura existens; sed omnis entitas in rerum natura existens causatur et producitur a Deo, ergo ipsum velle, et nolle voluntatis create supponit infallibiliter praemotionem phisicam ex parte Dei. [illegible]

maior ~~adeo quod effectus~~ est evidens lumine naturali; minor autem videtur esse de fide, quia iuxta illud omnia per ipsum facta sunt, consequentia autem infertur, ex eo quod omnis causa, et causalitas est prior suo effectu, quod si velle et nolle ~~et effectus~~ subrationem entis est effectus Dei, prius quam ipsum velle et nolle oriatur a voluntate, supponet necessario et infallibiliter motionem phisicam ex parte Dei, sed motio ~~phisica~~ movens voluntatem phisice voluntatem ut eliciat velle, vel nolle est evidenter praemotio phisica, ergo necessario, et infallibiliter omne velle vel nolle voluntatis creatae supponit praemotionem phisicam ex parte Dei. Secundum omne velle, et nolle voluntatis creatae, est velle, et nolle secundum; sed omne velle et nolle secundum est tale relate ad primum, et supponit primum, ergo ad omne velle et nolle secundum supponitur velle et nolle primum, ut causa velle, et nolle secundi; nunc sic sed omnis causa est prior suo effectu, ergo prius est motio volentis primi, quam quod moveatur velle secundum, sed motio prius est praemotio, ergo datur talis phisica praemotio. Contra Patres Societatis, et quotquot negant phisicam praemotionem non habent rationem a priori probativam negationis existentiae sicque praemotionis, unde solum conantur suadere eius carentiam ab inconvenienti laesionis libertatis. unde sic arguunt, de ratione liberi arbitrii creati est posse operari et non operari, pro suo libito positis omnibus requisitis ex parte actus primi ad operandum, sed si esset exacta praemotio phisica ex parte Dei, ut operaretur voluntas creata, talis voluntas creata positis omnibus requisitis ex parte actus primi ad operandum, non posset operari, ergo non datur praemotio phisica, quia si daretur esset destructiva libertatis. maiorem supponunt, et probant minorem. praemotio phisica, vel eius carentia non est in manu libertatis creatae, ergo adhuc positis omnibus requisitis ad operandum non operabitur ex defectu praemotionis vel si adesset praemotio necessario operaretur. Hoc est argumentum sic vel sic propositum et vociferatum, et respondeo distinguendo maiorem. de ratione liberi arbitrii est posse pro suo libito operari, et non operari, positis omnibus requisitis ex parte actus primi ad operandum: est posse operari, potentia subordinata, concedo maiorem potentia insubordinata nego maiorem. et distinguo eisdem terminis, et nego consequentiam. dicimus ergo quod cum voluntas creata, sit secundum liberum subordinatum primo, non est de suo conceptu sic posse operari, ut sit voluntas creata, primum movens in sua determinatione, sed secundum, proinde quod exigit ex suo conceptu ita se movere, ut prius moveatur a priori, unde ex suo conceptu supponit praemotionem phisicam. replicas et contra replicas illas omitto ut illas formam, et solvat eo volente tract. de scientia Dei, quod de negatione existentiae scientiae mediae agamus.

et solvitur argumentum Dei

praemotionis ad inferendum praemotionem physicam entitativam non esse
aliquam qualitatem physicam, sed motio, et linea motus seu
mutationis. quod expresse docetur ab Angelico Magistro, lo-
cis supra relatis praesertim. ex q. 3. de poten. ar. 7. ad 7.
et 1.2. q. 110. ar. 2. et probatur ratione, nam praemotio physica, datur
ad movendam causam secundam, sed omne quod movetur, movetur
medio motu, vel mutatione, ergo praemotio physica est de linea mo-
tus seu mutationis. Si autem velis esse qualitatem, ne vocibus
contendamus dicimus esse qualitatem fluidam et transeuntem prout
quae potius pertinet ad mutationem, ut clare dicitur ab Angelico
magistro locis citatis. quippe q. 3. de pot. ar. 7. ad 7. ait aliquid
per modum incompleti motionis. et ad modum esse intentionalis supervenientis
actioni ipsi causae [illegible]. et 1.2. q. 110 ar. 2. ait *a Deo moveri
aliquid fieri in anima per modum motus, licet non per modum
qualitatis ad volendum vel agendum *considerate verba Angelici
Magistri. = ar. [illegible] sententia Scoti. restat Aluendus. et sic se
habeat, eo ipso quod Deus velit quod voluntas creata se moveat, et
nihil physici imprimat tali creatae voluntati, movetur infallibiliter illa
ex simpatica colligatione, ergo esto Deus physice non praemoveat vo-
luntatem voluntas creata eliciet suas operationes. argumentum
expressius ex obedientia naturali debita causae primae. et sumitur ex
similitudine rerum inferiorum, nam sicut manus v.g. est subiecta volunta-
ti, si voluntas decernit manum se moveri ad scribendum v.g. manus
obtemperat voluntati, et se moveat absque eo quod voluntas creata physi-
ce moveat manum, sed solum moraliter mediante scilicet suo
imperio. = Resp. neg. ar. nam esto singulariter Deus ad intra effi-
citer velle voluntatem creatam se exercere per actum v.g.
similiter ad extra ponit, voluntas creata, eo quod immota est, deo effi-
caciter ad intra volente, quam non volente, sive nolente, quippe si Deus
physice non movet, quomodo erit physice mota, ergo status intrinsecum
voluntatis creatae erit sicut antea, unde sicut philosophatur quod
sine lumine gloriae, non potest de potentia absoluta, intellectus creatus
videre Deum. sic pariformiter discurrendum est in praesenti. ad exem-
plum de motione manus respectu fantasiae, vel voluntatis dicitur primo. volun-
tatem et fantasiam, aliquem motum intentionalem imprimere in manum,
ut manus sit a voluntate mota, unde negata paritate. [illegible]
vel admisso quod voluntas et fantasia [illegible] non moveant manum, dicitur
quod disparitas stat in eo quod, cum manus et fantasia, et voluntas radicentur
in eadem anima, stat manum moveri, quin voluntas et fantasia ut

moveant indigeant aliquid physice derivare, at vero, cum causa prima et secunda virtute sint realiter diversa, et nullo modo in aliquo tertio coniunctae, indiget proinde causa secunda ut moveatur a prima, aliqua physica motione.

Quaest. 5. quid et quotuplex est instrumentum.

notandum est quod instrumentum esse est institutum ad serviendum principali agenti, unde effectus a se producendos non respicit ut sibi aequales, et proportionatos, sed potius semper concurrit ad effectus praestantiores producendos. Iterum notandum est quod instrumenta alia sunt proprie talia, alia improprie. instrumenta improprie potius dicuntur virtutes instrumentariae qualiter in nostra et communi thomistarum sententia virtus proxime operativa habitus, seu potentia naturalis dicitur instrumentum, at istae virtutes proprie non sunt instrumenta, quia a natura sunt instituta ad deserviendum causae principali. instrumenta vero proprie talia alia sunt coniuncta alia separata. instrumenta coniuncta in ordine naturae sunt brachium, et manus ad scribendum, pingendum, scindendum vel alia huiusmodi; et in ordine supernaturali humanitas Christi est instrumentum coniunctum divinitati, ad patrandum miracula, et gratiam in Iustis producendam. instrumenta vero ista coniuncta vocantur ab Aristotele, et sunt instrumenta animata ut docet lib. 2. de Republica. cap. 9. ipsa verba * instrumentorum alia sunt inanima, alia animata; instrumenta autem separata sunt quae talia sunt propriissime, ut calamus ad scribendum, penicillus ad pingendum, serra ad scindendum, et sic de aliis, horumque igitur alia sunt naturalia, ut praedicta, alia supernaturalia, ut sacramenta novae legis ad gratiam producendam. praesens quaestio praecipue intelligitur de istis instrumentis separatis, quae talia sunt propriissime, et de istis non aequaliter procedit quaestio, sed praecipue intelligitur de instrumentis intra ordinem naturae existentibus, et si explicata ratione horum instrumentorum, facile quid dicendum de instrumentis supernaturalibus constare possit. Omittimus autem in praesenti instrumenta moralia, illa videlicet ad quorum praesentiam ponitur effectus ratione alicuius pacti, ut erant sacramenta antiquae legis, et iuris respectu sanctitatis. omittimus inquam haec instrumenta, quia in praesenti solum agendum est de instrumentis propriissime talibus. = §= Statuitur Concl.o = his praenotatis, sit

Concl. 1.o instrumenta habent necessario aliquam virtutem et actionem propriam et si improportionatam ad effectum principalis agentis, completam tamen in actu primo proximo per motionem praestitam a principali agente. =

Concl. 2.o ita explicatur, et quoad priores partes, et in priori, quod instrumentum debeat habere aliquam virtutem et actionem sibi propriam, probatur ex Angelico Mag. 3. p. q. 62. ar. 1. ad 2. ubi haec habet verba * Instrumentum habet duas actiones: unam instrumentalem,

secundum quem operatur non in virtute propria, sed in virtute principalis agentis, aliud
autem habet actionem propriam quae competit sibi, secundum propriam actionem * S. Th. 3. p. q.
62. a. 1. ait * omne agens instrumentale exequitur actionem principalis agentis per
aliquam actionem propriam, et naturalem sibi * etc. = Ratione autem probatur haec eadem
pars, quia si instrumentum non haberet aliquam virtutem, et actionem sibi propriam competentem
sibi ratione suae propriae formae, frustra agens naturale assumeret diversa instrumenta
ad diversos effectus producendos, sed agens naturale diversis utitur instrumentis ad
diversos effectus producendos, ergo est quia exigit ex parte instrumenti aliquam
virtutem, et actionem propriam per quam fit instrumentum, et sibi competentem ratione suae
formae. min. constat, cum ad scribendum non assumatur [illegible] sed calamus, et
penicillus ad pingendum, et ad scindendum non [illegible] utitur, sed serra. =
Verum notaquod instrumenta supernaturalia assumptibilia a divina virtute non
exigunt istam virtutem, et actionem propriam, pro prima, sed solum exigunt propriam actionem
[illegible] ad [illegible], unde ad producendum gratiam baptismalem, non solum aqua,
et verba potuerunt assumi a Deo ut de facto assumuntur, sed quaelibet alia
creatura assumi posset. = 2a. autem pars videlicet quod illa virtus, et
actio propria quae competit instrumentis ratione suae formae, compleri debeat in
ordine [illegible] per motionem principalis agentis, constat etiam ex Angelico
Mag. 1. p. q. 63. ar. 9. in corpore, ubi ait * instrumentum non operatur nisi inquantum
est motum a principali agente * et q. 27 de verit. ar. 4. ait * ratio instrumenti
est ut moveat motum * et ratione suadetur. quia instrumentum operatur
ad producendum effectum correspondentem principali agenti, ergo prius est quod
per aliquam priori constituatur potens pro continere talem effectum, at
sola motio principalis agentis talem potest continendi potentiam praestare, ergo
instrumentum eget motione principalis agentis ut constituatur potens producere
effectum principalis agentis. ans. constat, et prima consequentia videtur evidens
quippe omnis causa, ut [illegible] producat effectum debet praecontinere effectum
[illegible] min. sub[illegible], quia instrumentum unice elevari potest ad continendum
effectum correspondentem principali agenti per talem motionem. = dices, quod
sufficit praesentia principalis agentis etsi instrumentum non moveat; sed
contra, quia per talem praesentiam nihil intrinsece acquirit instrumentum
ergo aeque impotens erit per talem praesentiam, ac erat antea = Iterum
dices quia si est necessarium ut instrumento addatur aliquid intrinsece, et si per [illegible]
motionis, medio quo contineat effectum, instrumentum non erit instrumentum sed causa
principalis. assumptum suadetur. ex eo quia illa est causa principalis quae
ratione virtutis sibi intrinsecae continet effectum. = sed contra quod esto instrumento
addatur illud intrinsece, ratione cuius possit producere illum effectum, tamen
cum illud intrinsece addatur instrumento per modum transeuntis, et non per
modum virtutis permanentis inde est quod instrumentum nullo modo constituitur
in ratione causae principalis per illam virtutem. quippe causa principalis
continet per virtutem sibi propriam, et permanentem effectum.

Ex his facile deduces definitionem instrumenti, quod est proprie tale. instrumentum est causa efficiens in virtute principalis agentis operativa effectus sibi superexcedentium. cuius deffinitionis intelligentia ex dictis facile constat

Quaest. 6. quid sit fortuna, casus, et fatum?

ad complendam notitiam causae efficientis, restat ut de causis per accidens aliquid dicatur, unde inter causas per accidens, fortuna, casus, et fatum enumerentur, aliquid distribuibile est de ipsis dicendum. ut autem claritate procedamus notandum est causam per accidens in quatuor generibus causarum posse inveniri, quippe et si corpus sit causa per se coloris, accidit vero albi, quod corpus album sit magnus, vel parvus, similiter causa formalis per se corporis est forma substantialis, quod autem tale corpus informetur ab albedine, vel nigredine, est per accidens. finalis causa per se est illa quae dicitur finis operis. finis autem operantis est per accidens, quippe aedificans domum, habet pro fine operis ipsius domum, pro fine operantis et per accidens tali est quod condonat domum ob lucrum reportandum. causa autem efficiens est etiam evidentius reperiri esse causa per se, et per accidens quippe Aristoteles efficientem causam divisit in per se, et per accidens ut statuarius est causa efficiens per se statuae. quod autem sit statuarius simul musicus, vel albus est per accidens = est notandum est quod Aristoteles causam efficientem per accidens divisit, in casum, et fortunam. ceterum et si nomen casus sit proprium nomen convenientis effectui, tamen iam communiter nomen casus apud doctores et ipsam causam significat. = Rursus notandum est quod casus latius patet quam fortuna, quippe omnis fortuna est casus, sed non omnis casus est fortuna, fortuna enim solum contingere potest iis quae fortunata esse possunt, veluti sunt rationales casus vero accidit irrationalibus et inanimatis, et si per quandam metaphoram fortuna irrationalibus, et inanimatis adaptari contingat, qualiter equus qui deservit soli Regi vel principi, dicitur fortunatus, et lapis qui annalis deservit dicitur fortunatus. in quo sensu vocavit Protarchus iuxta aristotelem fortunatos lapides eos quibus constructae sunt arae quia honorantur. unde et si fortuna et casus sint causae per accidens, tamen fortuna dicitur ordinem ad rationales. sicut autem casus, unde effectus fortunatus sive fortuitus dicitur ille qui praeter intentionem evenit raro contingit. et inde dicitur bona fortuna quando ex tali causa per accidens evenit effectus felix, et praeter intentionem, ut si quis fodiens terram inveniat thesaurum, vel transiens per vicos inveniat licitum lucrum, vel aliud simile, mala autem fortuna dicitur quando ex illa evenit infelix effectus ut si transiens per callem tegula ruat, et ipsum percutiat. casus autem est in irrationabilibus veluti est generatio monstri = Ex his iam

in hiis quae raro contin[gunt]

definitionem casus, et fortunae colliges. casus est causa efficiens per accidens in agentibus sine electione; = fortuna est causa efficiens per accidens in agentibus ex electione in hiis quae praeter intentionem fiunt raro quae contingunt = infertur quod quo aliquis fuerit magis scientificus eo erit minus fortunatus. econtra autem quo aliquis magis fuerit ignarus magis participabit de fortuna. ratio est, quia cum effectus fortunatus sit et eveniat praeter intentionem, et quo aliquis est magis sapiens, magis praeveniat de effectibus eventuris, inde est, ut quod effectus evenit non dicitur fortunatus, cum id esset praevisum in ignaris autem cum parum aut nihil praevideant omnia ipsis evenit praeter intentionem. = infertur 2º quod respectu Dei non est fortuna, cum respectu Dei nihil possit evenire praeter eius intentionem, qui omnia decernit, et disponit. = fatum autem quidam definiebant ex eo quod fatum sit infalibilis colligatio causarum ex astrorum motibus, et vi efficaciam trahens. quo pacto quidam negarunt fortunam, et casum omnia ex fato evenire affirmantes, ita de Stoicis refert Cicero lib. 1 de divinatione. unde omnibus rebus huius universi fatalem quandam necessitatem imponebant ex motu et influxu caelorum et astrorum. = alii autem non in astrorum influxum vel in caelorum motum referebant, sed in propositum immutabilem Dei. sic indicat Seneca lib. 2 naturalium quaestionum. cap. 35. per haec verba * fata aequaliter ius suum peragunt, nec ulla moventur prece, non misericordia flectuntur non gratia, servant cursum irrevocabilem, quemadmodum rapidorum aqua torrentium, in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens praecipitat sic ordinem rerum fati aeterna series rotat, cuius haec prima lex: stare decreto * in quibus verbis omnem contingentiam e rebus evertit, immo et libertatem excludere videtur a voluntate creata. = at nos non sic intelligimus fatum, sed fatum est catholice loquendo infalibilis dispositio causarum creatarum a divina providentia derivata ad executionem effectuum. . unde cum Deus quantumvis causas infalibiliter praedefiniat et disponat earum operationes, et quoad substantiam, et quoad modum praedefiniat, sic fatum istud nec contingentiam

. ex rebus avertit, neque libertatem arbitrij frangit vel tollit, sed potius omnia in suo esse producit, disponit, et conservat.

Disput. 14. De Causa finali

Quaest. 1. Utrum apprehensio, vel an ipsa bonitas finis sit ratio formalis finalizandi?

Praesupponenda sunt nonnulla = notandum est 1.° quod finis ut docet Arist. 2. phisic. cap. 3. tex. 31 est id cuius gratia aliquid fit, unde finis necessario dicit in se bonitatem simpliciter talem et amabilem ab appetitu, ratione cuius datur inclinatio ex parte appetentis = Rursus 2.° notandum est quod finis communiter dividitur a philosophis in finem qui, et in finem cui, finis qui est illud bonum quod appetimus et desideramus, et cuius consecutio intenditur. finis autem cui, est illud subiectum in cuius commodum desideratur. consequitur finis qui. Rursus finis qui, subdividitur, in finem obiectivum, et in finem formalem, finis obiectivus est illud bonum quod desideratur, et consequi intenditur. finis formalis est actio illa assecutiva illius finis obiectivi, Rursus in fine obiectivo, est consideranda ratio quae desideratur, et quae consequitur, et ratio formalis sub qua amatur et desideratur, veluti in obiecto cuiuslibet potentiae, est consideranda ratio quae attingitur a potentia, et ratio formalis sub qua attingitur. et ipsa attingentia v.g. in obiecto visus color dicitur ratio quae, lux ratio formalis sub qua, et visio seu actus visivae potentiae est attingentia huius dicitur = Rursus finis qui obiectivus alius est ultimus alius non ultimus finis obiectivus ultimus est cuius gratia caetera fiunt, unde omnia ordinantur ad ipsum, ipse autem finis nulli ordinatur, finis non ultimus, qui dicitur etiam finis intermedius est id cuius gratia aliquid fit, ita ut ad ipsum aliquid ordinetur, tamen ipse finis intermedius ordinabilis est in finem ultimum. Rursus alii qui addunt divisionem finis in finem operis, et finem operantis, finis operis est ille propter quem ab intrinseco et ex natura rei opus eliciatur ab operante. finis autem operantis est ille qui intenditur ex sola intentione operantis. in praesenti igitur praecipua difficultas est circa finem qui obiectivum, tum in indaganda eius ratio quae, et tum in inquirenda eius ratio formalis sub qua = Rursus notandum est finem esse causam veram et realem, et quod omnis effectus realis in rerum natura existens dependet a fine, et est propter finem, prior pars huius suppositionis constat ex Arist. qui causam realem ut sic in quatuor causas dissecavit, utrum membra divisi debent participare debeant rationem divisi infertur inde finem esse veram et strictam causam realem, quae posterior quia ita ad quod sequitur aliquid per realem dependentiam, nequit non esse causa realis. sed omnis effectus sequitur a fine per realem dependentiam ut patet in iis quae gratia finis fiunt ergo finis est vera causa realis.

Secundo autem per simplicem propositi etiam est certa quia omnis effectus in rerum natura existens aut est effectus agentis cognoscitivi, aut agentis non cognoscitivi, si est effectus agentis cognoscitivi vel sibi proponit finem, sicut operans per intellectum, vel si est irrationale habet finem praestitutum a natura, sicut est effectus qui procedunt ab agentibus non cognoscitivis respectu quorum autor naturae praedefinivit finem, unde videmus lapis tendere incertum propter finem viz videlicet propter consecutionem termini suae naturalis inclinationis, unde semper gravia gravitant, et levia levificant. = Rursus finis agentis naturalis alius est particularis, alius universalis, particularis est terminus suae inclinationis unde ad illum terminum assequendum gravia descendunt, et levia ascendunt, universalis est finis universi, qui praevalet prae fine peculiari cuiusque rei, unde aqua ascendit ad repellendum vacuum, et aer descendit. = ~~Ad quartum dicendum est finem obiectivum esse aliquam bonitatem obiecti iuxta illud amabile bonum unicuique proprium.~~ Nec valet dicere finis vocari convenit causae metaphoricae quae causa realis non est. = Non inquam id valet, quia finis, esto simpliciter vera causa realis sit tamen, cum ad causandum sufficiat illi existentia in apprehensione, inde orit quod si finis comparatur relate ad causas efficientes, dicitur causa metaphorica atque cum verum et realem influxum habeat in effectum, hinc est quod simpliciter loquendo finis est stricta, et vera causa realis = Denique notandum est finem obiectivum qui esse aliquam bonitatem obiecti, iuxta illud amabile bonum unicuique proprium. Et ratio est, quia finis obiectivus qui est ille qui allicere potest voluntatem seu appetitum ad sui amorem, atqui sola bonitas allicere potest et amabilis est, ergo finis obiectivus qui est bonitas intrinseca obiecti = dices quod quando odio habemus aliquod obiectum, finis illius adhuc non est bonitas obiecti, alioquin non prosequeretur odio, sed est malum. ergo non semper finis obiectivus qui constituitur attingibilis per bonitatem. Item praeterea, quia aliquis appetunt sui non esse, ut damnati, sed non esse non habet rationem boni, ergo non semper bonum est finis obiectivus quia dicimus quod licet obiectum immediatum odii sit malum, motivum seu ratio attingendi illud est bonum oppositum, unde si odio habemus aliquod malum, est quia contrariatur bono, unde ratio finalizandi est bonitas opposita. ad secundum dicimus damnatos non appetere simpliciter non esse, sic enim non est amabile, sed appetunt non esse ut impeditivum cruciatus, et tormentorum quo pacto aliquam rationem boni subindunt et illud Christi, melius erat ei si natus non fuisset homo ille

tota q° difficultas difficultas revolvitur ad investigandum rationem formalem sub qua attingitur finis obiectivus qui & requirimus, num ista ratio formalis sub qua sit apprehensio, an sit ipsa bonitas finis? Sit 2a Cl.° cum communiter thomistarum, apprehensio non est ratio formalis sub qua finalizandi, s. ratio formalis sub qua est ipsa bonitas finis. est expressa Angelici Mag. q. 25 de verit. ar. 1. ad 6. ubi haec habet verba * diversitas apprehensionum per accidens se haberet ad appetitivas vires, nisi diversitati apprehensionis, diversitas appetibilium responderet * ex quibus verbis hunc efformo discursum: si apprehensio esset ratio formalis sub qua diversitas apprehensionis per se se haberet ad rationem finis, s. iuxta D.Th. per accidens se habet, q° est quod apprehensio non est ratio formalis sub qua. maior prob. q. diversitas rationis formalis sub qua diversificat formaliter obiectum ut patet discurrendo per obiecta omnia cuiuslibet potentiae. ratio autem prob. Cl.° quia ratio formalis sub qua constituens formalissime aliquod obiectum in esse talis, nequit esse communis duplici obiecto formaliter diverso, s. apprehensio & convenit fini & mediis, seu convenit actui intentionis, & electionis quippe utrumque actus illa necess. supponit, cum nihil volitum quin praecognitum. q. apprehensio n. est ratio formalis sub qua. bonitas autem vel solum intrinsece reperitur in fine, & extrinsece in mediis ut verior tenet sententia, vel si intrinsece in fine, & mediis reperitur bonitas mediorum ordinatur ad bonitatem finis & ab illa dependet, & mensuratur, q. bonitas est ratio formalis finis. dices quod bonitas finis, est ratio formalis obiectiva, quae, q. n. est ratio formalis sub qua, alias coinciderent, = respondeo non esse inconveniens quod coinciderent, imo hoc est proprium in obiecto intellectus & voluntatis, maioribus potentiis quia universalissimae sunt, idem est et obiectum formale quod, & ratio formalis sub qua, etsi sint diversa inspectione, unde verum est obiectum quod intellectus, & eius ratio sub qua, & bonum est ratio quae obiectiva voluntatis, & eius ratio formalis sub qua = & ex ista doctrina confirmatur nostra ratio q. ratio formalis quae & sub qua pertinent necess. ad eandem lineam, quippe utraque ratio constituit unum indivisibile obiectum. s. apprehensio est de linea cognoscitiva, & intelligibili, bonitas autem de linea appetitiva, & volitiva q. apprehensio non pot. esse ratio formalis sub qua. = dices quod aliquod obiectum amatur simpliciter ut finis quin in se habeat aliquam bonitatem q. hoc casu non erit bonitas ratio formalis sub qua, quippe quod non est non pot. esse ratio formalis. = Resp. instando, neque etiam illud obiectum n. habeat bonitatem, n. est obiectum quod amabile, & appetibile ~~[illegible]~~ q. ad hoc sufficit bonitas in eo apprehensa q. sicut illa carentia bonitatis realis non impedit ut possit esse obj. quod, sic eadem bonitas apprehensa poterit esse ratio formalis sub qua

Quæst. 2. in quo consistat causalitas finis?

Ita varie opinantur Auctores in explicando videlicet causalitatem finis, ut vix sententiarum diversitas possit in ordinem redigi. unde quæstio ista quæ esse difficilis est difficilior efficitur hac sententiarum diversitate. difficilis ipsaque est esse quæstio, quia cum finis causa causet in apprehensione, et absolute dicatur causa et causalitas metaphorica quæ sensu non percipitur facile, inde est orta eius difficultas. at ante quam sententiarum diversitatem proponamus nostrumque feramus iudicium, notandum est causalitatem alicuius causæ esse illud quod supponit causam perfecte constitutam in actu primo proximo ad operandum, et ipsam causam reducit ad actum secundum. proinde et ipsa causalitas debet intelligi ut medium inter causam, et effectum, præcedens proinde aliquo modo effectum. rursus notandum est causalitatem finis assignari debere, tum respectu agentium quæ operantur cum cognitione, et respectu agentium pure naturalium. quippe cum omne agens agat propter finem causalitas finis ad omne agens extenditur, alliciendo videlicet eorum appetitum, vel elicitum in cognoscitivis, vel innatum in agentibus non cognoscitivis. = Prima ergo sententia asserit quod causalitas finis consistit in aliqua qualitate quadam. videlicet in aliquo actu intellectus excitante, vel in volitione seu intentione ipsius finis, quæ volitio utique est actus voluntatis = ita Cabero 2. phisic. tract. 2. disp. 6. dub. 3. et alii quos ipse refert. = Secunda sententia, asserit quod causalitas finis est aliquid medium inter finem, et finalizatum a fine, at si huic sententiæ interroges, quid est illud medium? asserit esse modum quemdam ipsius finis a fine realiter indistinctum. ita Fonseca 5. Metaphs. cap. 2. q. 13. sect. 3. Conimb. 2. phisic. cap. 7. q. 6. ar. 2. = Tertia sententia asserit causalitatem finis fundamentaliter consistere esse actum voluntatis sub conceptu dependentiæ a fine. formaliter vero esse relationem quamdam realiter distinctam a relatione causæ efficientis, et a causa finali, et insuper addit istam relationem subiectari in ipsa causa finali. = videas interim quæso, quomodo relatio fundetur in uno, et subiectetur in alio!

quarta sententia asserit causalitatem finis esse quamdam motionem moventem et allicientem voluntatem, vel appetitum ex parte finis qui nihil reale etiam intentionale imprimat voluntati, sed talis motio solum movet per quamdam sympathiam. ita Mag. Lerma 2. phisic. q. 19. n. 9.

quinta sententia asserit causalitatem finis, esse actum voluntatis non quatenus iste amor vel appetitus consistit active oriens a voluntate.

s. quatenus consideratur passive & ut dependens a fine. ita M. Joan. a S. Thoma. 2. Physic. q. 13. ar. 2. Eminentissimus Aguirre. 2 phis. disp. 18. sect. 3. = § = Statuitur Concl.o = Sit nostra Concl.o causalitas causae finalis in agentibus cognoscitivis est ipse actus voluntatis, non ut effective orivus a voluntate, (ut sic enim est causalitas causae efficientis) s. ut passive consideratur & ut dependens a fine, quatenus videlicet amor ille denominat voluntatis allectam, tractam, motam, & inclinatus a fine. = si vero sermo sit de agentibus non cognoscitivis, videlicet de gravibus & levibus dum in acquirendo centrus, moventur. & dum aqua vel ignis, vel aliud activus generat sibi simile, dicimus, quod inclinatio quae oritur ab eorum appetitu innato est causalitas finis non active sumpta inclinatione, s. passive, prout dependet talis inclinatio a fine, praestituto ab autore naturae, & ut talis inclinatio denominat appetitus allectum, tractus, motum, & inclinatus a fine. haec Concl.o mihi videtur sic explicata conformior veritati, & Angelico Magistro. probatur ex D. Th. q. 22 de verit. ar. 2. ubi haec ait * quod sicut influere causae efficientis est agere, ita influere causae finalis est appeti, & desiderari * s. appeti & desiderari, est actus voluntatis, vel appetitus. passive inspectus, & non active sumptus. ergo nostra Concl.o videtur expressa in Angelico Magistro. Rursus idem Angelicus Mag. 1. [illegible] cap. 35. ratione 5. haec habet verba * causalitas finis in hoc consistit quod propter ipsum alia desiderantur * in quibus verbis solus dicit consistere in illo desiderio seu amore passive inspectus. = Ratione autem probatur Concl.o quia causalitas finis est illa per quam finis movet, trahit, & alicit voluntatis in actu 2o. s. finis alicit, movet, & trahit ad se voluntatis seu appetitus, per ipsius actum voluntatis seu appetitus, passive inspectus talis actus. ergo causalitas finis consistit in illo actu voluntatis vel appetitus passive inspecto. maior videtur nota. probatur min. quia finis unice potest movere voluntatis in actu 2o per illam formalitatem per quam voluntas potest esse mota, & allecta, a fine. sed s. voluntas unice potest esse mota a fine per suus actus amoris passive inspectus. ergo finis movet voluntatis, illamque alicit & trahit ad se per ipsum actum voluntatis passive inspectum. [struck] maior est nota, & probatur min. tum quia motio excogitata ab authoribus quartae sententiae, quae dicitur 4a. Mag. sententia nihil reale est, nihil reale imprimit voluntati, vel appetitui, atqui implicat aliquid passive moveri quin intrinsece aliquid recipiat, ergo cum praeter talem simpaticam motionis nihil excogitari valeat quo moveatur voluntas nisi eius actus passive inspectus, infertur necessario quod voluntas unice potest moveri a fine per suus actus amoris passive inspectum.

hus quod voluntas per tuum actum amoris movetur passive, sed non movetur passive ab ipso actu active sumpto, et sic enim prius actus ille seu ille amor est movens effective, quo movetur passive ab ipso actu passive inspecto, et prout oritur metaforice active, et est a primo est realiter ab ipso fine. = Confirmatur haec eadem ratio, quia sicut intellectus trahit res ad se, ita voluntas fertur ad res iuxta illud amor meus pondus meum. illo fervor quocumque feror. sed intellectus trahit res ad se per suum proprium actum intellectionis, ergo voluntas trahitur, movetur, alicitur, et fertur ad res per suum proprium amorem. = Dices quod praeter ipsum actum amoris quo alicitur voluntas datur ex parte finis aliquid aliciens voluntatem, sed illud aliciens est motio quaedam directa ex parte finis, ergo talis motio erit causalitas finis = sed contra, quia quod consideratur ex parte finis aliciens voluntatem praeter ipsum actum amoris, est bonitas ipsius finis haec enim est quae inclinat, est illa inclinatio, et allectio finis solum constituit finem in actu primo ex parte ad operandum, non vero actu movet finis neque trahit voluntatem in actu secundo nisi per actum voluntatis passive inspectum, cuius causalitas debet movere in actu secundo inde est quod non in illa alicientia ex parte actus primi, sed in ipso actu voluntatis passive inspectus consistit causalitas finis = Dices quod ille actus voluntatis est causalitas causae efficientis, ergo non potest esse causalitas causae finalis, quippe causalitas finis et efficientis realiter distinguntur et eius causalitates realiter distingui debent, respondetur quod licet amor active sumptus sit causalitas causae efficientis, prout oritur a voluntate, ut effectiva, tamen idem amor sub alia formalitate potest esse causalitas alterius causae realis diversae ut insinuari potest in sententia adstruente modum unionis realiter distinctum inter materiam et formam, quimodus et est causalitas formae, et est causalitas materiae prioris, sub diversa formalitate ergo non implicat quod eadem causalitas oriatur a duplici causa reali, et sit causalitas duarum causalitatum, dummodo sit et consideretur sub diversa causalitate. = Dices, et urgentius quod actus amoris active sumptus eo ipso quod sit causalitas causae efficientis active sumptus est effectus finis, sed effectus alicuius

causae realiter distinguitur a sua causalitate ergo implicat quod ipse
actus voluntatis etiam ut consideratur passive sit causalitas causae
finalis, cum ipse actus voluntatis active sumptus realiter non distinguatur
ab ipso passive inspecto. — Confirmatur haec assumptio, quia omnis
causalitas distinguitur realiter a suo causato, et debet praecedere suum
effectum. Sed actus amoris passive inspectus neque praecedit se ipsum active
sumptum, neque ab ipso active inspecto realiter distinguitur, ergo causa-
litas finis non potest consistere in illo actu amoris passive inspecto —
Ad [illegible] respondeo quod iuxta communem sententiam inter causam
efficientem et finalem datur mutua causalitas, pariterque causalitas
causae efficientis aliquo modo, idest in executione praecedit finem et eius
causalitatem, et eadem causalitas causae efficientis sub alia inspectione
est effectus finis, unde finis praecedit causam efficientem et eius causalitatem
at notandum est, quod illa mutua praecedentia, non exigit quod causalitas
utriusque causae distinguatur ad invicem sed sufficit quod inter illas cau-
salitates detur distinctio virtualis, quae distinctio virtualis sufficit
ad distinguendum effectum a sua causalitate, ut videri potest in causali-
tate materiae et formae, respectu effectus materiae et formae, quia ipsa
forma ut informat materiam, exercet suam causalitatem formalem
cuius effectus est ipsa forma ut communicata materiae, pariterque
in informatione formae, consideratur informatio, ut sic dicamus
active, et passive, active sumpta dicitur informatio causalitas
passive, dicitur informatio effectus, cum inter effectum et causalitatem
illa distinctio virtualis, sic pariformiter dicimus in praesenti
amor active sumptus est effectus finis, et idem amor passive
inspectus sit causalitas finis — quae doctrina roborari potest in
sensibus externis qui non producunt terminum, visio enim
est causalitas potentiae visivae, et sub alia inspectione est effectus
nam esse visum, nihil aliud est realiter nisi ipsa visionem
passive inspectam, et si tribuat ~~[illegible]~~ obiecto denomina-
tionem extrinsecam, quae realiter nihil est in obiecto. Similiter
quando intellectus intelligendo non producit verbum, intellectio activa est causa-
litas intellectus, et prout intelligitur talis, intellectio passive
est aliquo modo effectus igitur inter causalitatem et effectum praecipue
improprium, et causalitatem metaphoricam non requiritur distinctio
realis et praecedentia realis, sed solum naturae

Finis Libri 2i

LIBER TERTIUS PHYSICORUM.

Summa textus

Agit Aristoteles in hoc libro 3. de motu et de infinito, de motu quia est principale obiectum philosophiae, et quia cum natura de qua in secundo libro egerat definiatur in ordine ad motum, incognito motu et natura incognita maneret, de infinito autem agit, quia cum scientia naturalis sit circa magnitudinem tempus, et motum, ad naturalem expectat de infinito [illegible] invenitur. igitur primo explicat quasdam divisiones motus secundo motus definitionem explicat, [illegible] comparat motum ad mobile et ad movens ostendit quod sit actus mobilis, in tertio inquirit an actio et motus sit idem. et deinceps usque ad finem. videlicet usque ad octavum caput agit de infinito, nos quoque Aristotelem et Angelicum Magistrum imitando de motu, de actione et passione, et de infinito in hoc libro 3. disputaverimus [illegible].

Disputatio 1. de motu, et de actione et passione

Q. 1. quae sit definitio motus, et qualis sit eius definitio?

Aristoteles in hoc 3 lib. cap. 1. tex. 6. definit motum per haec verba * motus est actus eius quod est in potentia, ut est tale * quae definitio non differt a diffinitione ibi tradita ab Angelico Magistro, et communiter accepta quae talis est ista * motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia * ad cuius definitionis intelligentiam, et ut obiectiones contra illam efformatae secludantur notandum est cum Angelico Mag. in hoc 3. phisic. lect. 1. quod [illegible] res quaelibet mutationi subiecta in triplici statu potest considerari, videlicet, ut dum est omnino in potentia, tum ad motum tum ad terminum motus, rursus potest considerari in actu ultimo, videlicet quando iam habet actum ultimum seu terminum per motum acquisibilem, et denique potest considerari quando est aliquo modo reducta de pura potentia ad aliquem actum, sed nondum habet illum ultimum actum sed est in acquisitione illius, quando videlicet partim est in actu, et partim in potentia, et in hoc tertio sensu datur motus. audite quaeso verba Angeli Mag in praesenti * ubi ait * quod antequam aliquid moveatur est in potentia ad actum perfectum, qui est terminus motus, et ad imperfectum qui est motus, sicut aqua antequam incipiat calefieri, est in potentia ad calefieri, et ad calidum esse, cum autem calefit reducitur in actum imperfectum, qui est motus, sed respectu caloris adhuc remanet in potentia * in quibus verbis continetur quidquid ad rationem motus requiritur. = igitur in definitione motus ly actus ponitur loco generis, in qua ratione motus convenit cum aliis actibus etiam perfectis, dicitur entis in potentia ut explicetur motum esse actum non ut cumque, sed actum imperfectum. et rursus dicitur motus dicitur actus entis, et non dicitur in definitione actus corporis in potentia ne ponatur in definitione id quod per ipsam definitionem probatur, nam ex eo quod motus sit actus imperfectus relinquens mobile in potentia, idest partim in termino a quo, et partim in termino ad quem, probatur quod omne mobile est corpus unde definitur per ordinem ad ens, quod est praedicatum universalius, denique ly secundum quod in potentia magis explicat rationem et essentiam motus nam per illam particulam explicatur ordo tum ad terminum a quo, tum et ad quem, = sic explicata definitione motus facile percipitur quale sit definitum in hac definitione, quod est [illegible]

quilibet motus successivus, sive localis, sive alterationis, sive augmentationis
et insuper quaelibet mutatio instantanea quae est actus imperfecti, est ille definitus in hac definitione. non vero definitur per istam definitionem operationes quae sunt actus perfecti, ut intellectio, volitio, et sensatio. quod constat ex Aristotele. et in primis quod conveniat motui successivo docet abstractis lib. 3 phisic. cap. 1. tex. 2. per haec verba * motus autem de genere continuorum esse videtur. * quod autem quaelibet mutatio instantanea imperfecta sit etiam definitus in definitione motus, et quod eos voluerit Aristoteles comprehendere in tali definitione, docet Aug. M. 5. phisic. lect. 2. per haec verba * Aristoteles supra 3 phisic. ubi motum definivit accepit nomen motus quod est commune omnibus speciebus mutationis *. denique quod in tali definitione non comprehendat Aristoteles mutationes quae sunt actus perfecti docet ~~[illegible]~~ Aristoteles 3 de Anim. cap. 7. tex. 28. per haec verba * quapropter alia quaedam est haec species motus, nam motus actus est imperfecti; at actus simpliciter qui quidem est rei perfectae alius est omnino, diversus quod ab ipso, * et statim apponit exemplum in sensatione, et intellectione. quae verba exponens Aug. Mag. ait * manifestum est quod sentire si dicatur motus est alia species ab ea definita determinata est in libris phisicorum, ille enim motus est actus existentis in potentia, s. iste motus est actus perfecti. = est ergo nostra definitio
haec definitio motus convenit mutationibus instantaneis quae sunt actus imperfecti, ut generatio, et corruptio. ~~[illegible]~~ non autem convenit mutationibus intentionalibus. probatur ratione, quia ad 1 quod generatio substantialis adveniat subiectum ita ut relinquat illud in potentia ad ulteriorem terminum. ergo illi convenit esse actus in potentia secundum quod in potentia.
confirmatur. quia a priori ad generationem substantialem materia prima est in potentia non solum ad formam substantialem, sed etiam ipsius generationis, ergo generatio ita adveniat materiae, ut simul sit in via, et in potentia ad ulteriorem terminum. = dices, quod generatio substantialis, ut pote instantanea, in eodem instanti ponit subiectum videlicet materiam sub forma, ergo nullo modo est in potentia ad illam. probatur. consequentia quia implicat quod idem subiectum in eodem instanti sit cum forma, et cum privatione illius alias duo contradictoria verificarentur respectu eiusdem, scilicet habere formam, et non habere formam. fateor instantiam esse difficilem, unde definitio motus strictissime, potiori titulo verificatur de motu stricto successivo, quam de instantaneo. at non obstante hac difficultate stricte convenit illi definitio motus, unde ~~[illegible]~~ concesso priori antecedenti nego consequentiam. ad cuius probationem dist. antecedens implicat quod idem subiectum sit in eodem instanti cum forma et cum privatione illius, cum privatione reali, concedo antecedens. cum privatione in... cissiva, nego antecedens, et consequentiam. quippe generatio ex natura sua ordi-

trad acquirendi formam, unde ex vi sui conceptus generatio est fieri formae, sicut intelligitur etiam tendentia ad formam quod sufficit ut illi conveniat definitio motus. ⁂ 2a autem pars probatur, quia tam intellectio, et volitio, seu dilectio ex natura sua adaequat potentiam non relinquendo illam in potentia ad ulteriorem terminum. ergo non sunt actus entis in potentia secundum quod in potentia, anteriores constat, cum sensatio nullum producat terminum, et intellectio etsi aliquando producat verbum, hoc non habet essentialiter cum pluries illud non producat, ut quo patet quod verbum producit intellectio non ordinatur ad verbum, sed potius verbum ordinatur ad intellectionem. ⁂ infertur motum distingui realiter tam a termino a quo, tum a termino ad quem, a termino a quo, quia illum derelinquit, a termino ad quem, quia quod verificatur primum esse termini, eiusque verificatur primum non esse motum, sed quod non est identificari requirit cum termino qui est. ergo motus realiter distinguitur ab utroque termino. ⁂ 2a quia diversi motus oriri possunt ab eodem termino a quo, et terminari ad eundem entitative terminum ad quem, ut patet in motu recto qui incipit ab isto termino a v. g. et terminatur ad B. per medium aequale, et in motu obliquo qui oriri potest ab eodem termino a et medium inaequale terminari ad eundem terminum B. ergo neuter motus identificatur cum illis terminis, quia quae sunt distinguuntur ab uno tertio distinguuntur inter se ⁂ infertur 2o quod actio passio, et motus identificantur inter se, et solum modaliter distinguuntur. constat ex Arist. 2. fisic. cap. 3. ubi ait * haec enim, (videlicet actio, passio, et motus) unum quid sunt, ratio tamen non una est, * et ratione constat, quia eadem entitas prout oritur ab agente dicitur actio, prout tendit ad terminum dicitur motus. et prout passum immutat dicitur passio ⁂

Quaest. 2. An actio transiens recipiatur in passo?

⁂ praenotanda nonnulla ⁂ actio communiter dividitur in actionem immanentem et transeuntem. Rursus actio immanens alia est formaliter et virtualiter immanens, alia autem formaliter immanens, et virtualiter transiens. actio immanens est quae manet in agente, et non transit ad externam materiam. ut intellectio et volitio. virtualiter transiens et formaliter immanens est, quae etsi ipsa maneat in agente, seu in principio a quo egreditur tamen habet aliquem effectum ad extra ut est actio creativa Dei, quae entitative est volitio, seu est ipse Deus, et tamen producit [illegible] ad extra creaturas. similiter intellectio, et volitio angelorum, mediis quibus corpora exteriora movent, et immutant, quaestio ergo praesens non procedit de actione immanenti, sive sit solum formaliter immanens, sive sit etiam virtualiter transiens, utraque enim manet in agente, et est perfectio [illegible] intrinseca ipsius agentis unde in ipso omne agente a quo egreditur, recipitur. unde difficultas de volitione et actione

actionis formaliter transeuntis. actio ergo formaliter transiens illa est quae non solum producit effectum ad extra, sed etiam ipsa transit ad exteriorem materiam, et est idem cum motu, et passione, ut calefactio, infrigidatio, alteratio, generatio, et similia. Rursus nota, quod haec actio formaliter transiens definitur in lectione 3. lib. ab Arist. tex. 9. ex eo quod sit actus activi; vel ut alij dicunt actio ista est causalitas agentis, et efficientis, quae distinctio clarius definitur ab Angelico Mag. per haec verba * est quae in id quod subiicitur denominatur agere * §= Triplex in hac re versatur sententia, prima esse vult actionem formaliter transeuntem recipi in agente a quo egreditur. ita Scotus in 4. dist. 13. q. 1. et cum eo eius discipuli. hanc sententiam tenent ex thomistis Caietanus, Nazarius, et alij [...]ici, et ex Iesuitis Quiros hic disp. 61. sect. 5. n. 30. et quamplures Secunda sententia tenet actionem formaliter transeuntem recipi in passo, est communis inter thomistas. ut videre est apud [...] unde in longum esset thomistas recensere. = tertia denique sententia media inter utramque vel utramque praefatam opinionem conciliare [...] vult actionem formaliter transeuntem esse inchoative in agente, et consumative in passo. ita M. Ioannes a sancto Thoma in praesenti q. 19. ar. 4. §. nihilominus resolutio nostra sit. pro qua sententia nullum alium video citatum, et si conetur illam suadere ex D. Thoma M. in 1. dist. 32. q. ar. 1. et q. 7. de pot. ar. 9. ad 7. et 1. p. q. 54. ar. 1. et 2. Mag. cap. [...] in quibus locis Angelicus Mag. solum docet quod actio est actualitas agentis et perfectio potentiae. ex quo nonnisi probatur esse aliquomodo in agente, et si aliquid probaret, esset utique quod actio tota est in agente, cum accidens eo quod individuatur a subiecto repugnat unum et idem esse in duplici subiecto.

=§= Statuitur Conclusio. = Sit ergo nostra Conclusio 1a: Actio formaliter transiens realiter et entitative est in passo, et nullomodo est in agente = haec Conclusio probatur manifeste ex Aristotele in hoc libro tex. 20. ubi ait * ac neque actus alterius in altero esse inconveniens est, * quae verba exponens Angelicus Mag. ibi lect. 5. ait * dicit ergo primo quod non est inconveniens actum unius esse in altero, quia doctio est actus docentis ab eo tamen in alterum tendens continue, et sine aliqua interruptione unde idem actus est huiusmodi, idest agentis ut a quo, et tamen est in patiente ut receptus in eo; esset autem inconveniens, si actus unius, eo modo quo est actus eius esset in alio. = Rursus idem Arist. 3. de anima cap. 2. tex. 138 ait agentis moventis operatio in ipso patiente suscipitur atque inest. * quae verba exponens Angelicus Mag. ait: * probat quod supposuerat, scilicet quod unus et idem actus sit sensibilis, et sentientis, sed ratione differunt ex his quae sunt ostensa 3. Physicorum. ibi enim ostensum est quod tam motus, quam actio, vel passio sunt in eo quod agitur, scilicet in mobili et patiente * ex quibus autoritatibus constat nostra Conclusio ex Aristotele et ex Angelico Magistro.

§. referuntur sententiae.

Caietanus 1. p. q. 25. ar. 1.
Nazarius 1. p. controversia unica.
Suarez in Metaph. disp. 48. sect. 4.

Ratione autem probatur nostra Conclusio. quia actio formaliter transiens identificatur cum motu, sed motus est inhesive in mobili, seu in passo, ergo actio formaliter transiens est inhesive in mobili seu in passo, consequentia est nota, implicat enim, quod quae aliqua duo quae sunt idem inter se, non sint eadem uni tertio, et tertio. maior autem, et min. sunt Aristotelis, maior quidem quia in hoc tertio physicorum cap. 3. tex. 21. ait * patio et agere idem est. non ut ea tamen quae rationis eiusdem sint, ut vestis et tunica, sed ut via quae ex Thebis Athenas, et ex Athenis thebas pertendit * quae verba exponens D. Th. ait * et si agere, et pati sint idem, tamen dicamus quod non sunt idem, sicut ea quorum ratio est una, sed sicut ea quae sunt idem subiecto, et diversa secundum rationem, ut via a thebis ad athenas, et ab Athenis, ad thebas * Plurimum eadem maior est Angelici Mag. 1. p. q. 45. ar. 2. ad 2. ubi ait * cum actio et passio conveniant in substantia motus, et differant solum secundum habitudines diversas ut dicitur 3. Physicorum, oportet quod subtracto motu non remaneant nisi diversae habitudines * min. autem etiam est expressa Arist. 3. Physic. cap. 3. ubi cum inquisierat utrum motus sit in movente aut in mobili, in ipso principio capitis ait * patet motum in ipso mobili esse.* quod non solum affirmat Angelicus Magister sed et probat. ibidem lect. 4. per haec verba * quia motus est actus existentis in potentia in quantum huiusmodi, existens autem in potentia in quantum huiusmodi est mobile, sequitur quod motus est actus mobilis in quantum huiusmodi = Plurimum probatur nostra Conclusio ex differentia actionis immanentis a transeunte. quia actio transiens formaliter et ex suo conceptu ut contradistinguitur ab actione immanente dicit, non solum habere effectum ad extra, sed etiam ipsam transire ad passum, sed eo ipso recipitur in passo, ergo actio formaliter transiens recipitur in passo. maior est nota, quia ut ex notabilibus constat actio immanens quae etsi formaliter sit immanens est virtualiter transiens attingit effectum ad extra, ergo actio formaliter transiens non solum dicit effectum ad extra habere, sed etiam ipsam transire in passum, alioquin etiam actio formaliter transiens non discerneretur ab actione formaliter immanente et virtualiter transeunte, sequela constat cum utraque in agente maneret et utraque terminum ad extra produceret, min. autem probatur quia si actio formaliter transiens eo quia transiens non solum habet effectum ad extra sed etiam ipsa transit in exteriorem materiam, ergo cum transeundo nequeat manere sine subiecto, eo quod accidens, recipi debet in subiecto ab agente diverso, quod utique est passum, ergo eo ipso quod actio formaliter transiens dicat ex suo formali conceptu transire ad passum recipitur necessario in passum = Si libet dices cum auctoribus primae sententiae, quod actio transiens, sicut et quodlibet accidens illi subiecto debet inhaerere cuius est perfectio, sed est perfectio agentis, ergo inhaeret in agente. maior est nota quia implicat quod aliquod accidens sit perfectio illius cuius non est, sed accidens solum est eius in commodum illius cui inhaeret, ergo actio transiens illi debet inhaerere quod perficit. min. autem probatur quia perfectius est agens quod operatur quam quod non operatur quia actio transiens est perfectio agentis, antecedens videtur certum, nam quod agens quod non operatur est in potentia, quod autem operatur est in actu, et perfectius est esse in actu, quam in potentia ergo perfectius est agens quod operatur ac quod non operatur, et consequenter actio transiens est perfectio agentis =

Resp. dist. maiorem actio illi subiecto debet inhaerere cuius est perfectio intrinseca, conc. cuius est perfectio extrinseca. nego. et dist. min. eodem modo et nego cons. = Replicabis sed actio transiens est perfectio intrinseca agentis ergo nulla est solutio. prob. ant. quia potentia agentis ad agendum potentia intrinseca est, sed potentia intrinseca, perficiri ~~...~~ non potest nisi per perfectionem intrinsecam ergo actio formaliter transiens est perfectio intrinseca, maior videtur nota, quippe ignis ex intrinsecis suis habet posse comburere, et quodlibet generans ex intrinsecis suis est potens generare, ergo est quod potentia quam habent ad agendum est potentia intrinseca. min autem prob. quia agens manens cum sua potentialitate intrinseca, intrinsece est imperfectius, quam si media sua actione sit constituta in actu talis potentia intrinseca, ergo potentia intrinseca agentis perficit per aliquid intrinsecum. ans videtur notus, et consequentia infertur, quippe aliquod praedicatum intrinsecum auferri nequit nisi per aliud praedicatum intrinsecum. = sed dist. et respondeo ad missa solutione superius data. ut patet iuxta Angelicum Mag. 1. p. q. 18 ar. 3. ad 1. ubi ait * quod sicut dicitur 9 Meth. duplex est actio, una quae transit in exteriorem materiam, ut calefacere, et secare; alia quae manet in agente, ut intelligere, sentire, et velle, quarum haec est differentia quia prima actio non est perfectio agentis quod movet, sed ipsius moti. secunda actio est perfectio agentis * in quibus verbis Angelicus Magister expresse docet quod actio transiens, qualis ut est calefacere, et secare non est perfectio intrinseca agentis. unde ad replicam contra istam solutionem factam resp. quod potentia intrinseca agentis non est potentia ad ipsius agentis perficiendum, sed ad perficiendum effectum, et passum, unde in passo, quod perficit, et in effectu cui tribuit esse recipi debet, quippe iuxta dicta contra nos, perfectio ibi recipitur, ubi tribuit perfectionem seu suum effectum formalem cumque perficiat passum in passo ergo inde debet recipi actio transiens. dices quod actio transiens illius est perfectio intrinseca cui tribuit suam denominationem formalem, sicut in universum quodlibet accidens, v.g. albedo illius est perfectio intrinseca, cui tribuit suam denominationem, v.g. albi, sed actio suam denominationem tribuit agenti, ergo est perfectio agentis = sed dist. et respondeo quod formalis denominatio quam tribuit actio, non est esse agens, sed esse actum satisfactum at qui esse actum satisfactum non denominat agens sed passum ergo actio non est perfectio intrinseca agentis, ~~...~~ cuius nomini intrinsece

notandum est, quod actio tribuit duas denominationes primam, secun-
dum formalitatem ab; aliam secundum formalitatem in. secun-
dum primum formalitatis videlicet ab denominat agens, utpote
ab illo egreditur. Secundum formalitatem autem in denominat
passum, habens actionem, seu actum, et factum = Replicabis
actio secundum conceptum ab intelligitur perfecte pro priori ad passum
seu ipso recipitur in agente, ergo actio transiens formaliter recipitur in
agente, et non in passo. maior videtur certa, probatur minor quia eo ipso quod pro
priori ad passum intelligitur conceptus ab, etiam pro priori ad pas-
sum intelligitur etiam conceptus in; eo ipso quod pro priori ad passum
intelligatur conceptus in, pro priori ad passum intelligitur subiectum
inhesionis ipsius actionis, ergo eo ipso necessario actio recipitur in agente.
minor videtur nota, quippe implicat quod intelligatur conceptus in quin
intelligatur subiectum cui tribuat suum effectum inhesionis, probatur maior,
quia pro eo signo quo intelligitur conceptus ab intelligitur conceptus dif-
ferentialis actionis [illegible] formaliter transeuntis constitutivus, sed
pro eo signo quo intelligitur conceptus ab differentialis, pro eo signo
debet conceptus in utpote conceptus genericus actionis transeuntis
ergo eo ipso quod pro priori ad passum intelligatur conceptus ab pro priori
ad passum intelligitur conceptus in, minor videtur nota, quippe
in universum implicat quod intelligatur conceptus differentialis ipsius rei
alicuius rei quin prius intelligatur conceptus genericus, etenim
conceptus differentialis adaequatior est conceptu generico, et insuper
conceptus differentialis est conceptus contractivus et determinativus
conceptus generici, ergo pro eo signo quo intelligitur conceptus ab, qui
est differentialis prius intelligitur conceptus genericus in = Respondeo
quod conceptus ab qui prius intelligitur pro priori ad passum, non intelligitur
ut pro illo priori existens, quippe illud signum non est signum inhesionis
et inexistentiae, sed est signum ingressionis, unde non est necesse ut pro
priori ad passum intelligatur subiectum inhesionis = per doctrinam
instatur in plausibili thomistarum sententia asserente quod accidentia
non inhaerent in materia prima, sed in toto composito, et insuper
defendunt omnes thomistae, quod etsi pro priori ad formam substantialem
intelligantur ultimae dispositiones, determinando et habilitando ultimo
materiam primam ad receptionem formae, adhuc dispositiones inhaerent in mate-
ria prima. quia illud signum non est signum existentiae et inhesionis, sed est signum
pure disponendi, unde inhaerent dispositiones in toto composito, utpote
a forma dimanantes in genere causae formalis, et efficientis, et si in genere
causae materialis, praecedant formam, et disponant materiam primam ad
formae receptionem.

unde ad arg. in forma dico dist. ly ang. actio prio priori ad passum intelligitur ut dicens conceptus ab. ly ab dicens realitatis nego ant. praescindens pridie signo a realit. concedo. & dist. Min. S. eo ipso [illegible] in agente, si intelligeretur conceptus ab dicens realitatis, con. Min. si solus intelligitur ut praescindens a realit. & exist. nego Min, & conseqq. quae solutiorem non infringunt probationes factae vel fiendae. = Sententia asserens actionem esse inchoative in agente & consummative in passo ex dictis manet exclusa, quippe implicat unum & idem accidens esse in duplici subiecto, si autem ista sententia velit esse duas actiones, ut videtur ex infersi ex M. Joanne a S. Thoma, ubi supra, q. ad primum q. secundae sententiae dicit quod nec in Aristotele neque in D. Tho. inveniatur vestigium illius duplicis actionis, quarum una sit inchoata, alia terminata, quas & vocat actionem efficientem & actionem effectam, neganda est illa duplex actio cum sola actio efficiens reducat agens de potentia ad actum & effectum producat, quod vero iste Autor dicit quod Aristoteles non curavit de illis duabus actionibus, & quod solum curavit de actione quae est in passo, non est audiendus quia ad hanc partem, cum eo ipso quod ut ipse fatetur Aristoteles solum meminerit actionis quae est in passo, inferri debeat non esse aliquam quae sit in agente.

Disput. 16. De infinito.

q. 1. Utrum possibilis sit aliqua creatura infinita secundum essentiam

Supponendo nonnulla = duplicem definitionem infiniti [illegible] Aristoteles in libro 3. Physic. tex. 62. & tex. 63. primus refertur ex quibus de philosophis antiquis juxta quos definiebatur infinitum ex eo quod sit cuius nihil est extra, quam definitionem excludit Aristoteles, & similiter Angelicus Mag. ibidem lect. 11. nam talis definitio peccat in eo quod aliis a definito convenit, siquidem convenit cuilibet toti, cuius nulla pars est extra, tradit q. aliam Aristoteles tex. 63. & dicit, quod infinitum est cuius aliquid semper est extra[x], quam & amplexatur Angelicus Mag. = Secundus intelligentia notandum est, quod infinitum aliud est increatum, ut est Deus, & aliud potest fingi creatum ut esset multitudo infinita numerica, hominum v.g. si daretur, quod de infinito quid creatum esset, vel ut loquamur, non de infinito designante multitudinem possibilem, vel perfectionem possibilem, vel magnitudinem possibilem est quod de infinito in potentia, & tale infinitum est quid creabile, [illegible] adaequate distinguitur adeo quod simpliciter est quid increatum

[x] cuius aliquid semper est extra

impedita ā definitione [struck] noluit Aristoteles infinitum increatum
quale est Deus definire, vel quia Deus non est definibilis, vel quia ut
revera est Aristoteles solus loquebatur de infinito, quantitativo, [struck] tum
continuo, tum discreto & numerali, quatenus definiendo quantum
solebat definiri per eos id quod sit divisibile in semper divisibilia, unde
nostri sumpsit in hoc libro ad tractandum de infinito, definivit quod
Aristoteles [struck] infinitum creatum, & rursus notandum
quod hoc infinitum creatum aliud est in potentia tale, quod solet vocari
infinitum sincathegorematice, aliud fingi potest infinitum in actu
quod vulgariter solet [struck] cathegorematice infinitum. = Ergo Aristoteles
definiendo infinitum, ex eo quod sit, cuius aliquid semper est extra, loquitur
evidenter de infinito sincathegorematico, cui utique unice convenit praedicta
dicta definitio, nam qualibet multitudo possibilium excogitata, semper
est aliquid extra illam multitudinem, si autem daretur infinitum
in actu tale infinitum nihil haberet extra unde tunc esset melior
definitio illam quae reiecit Aristoteles. = Ex qua doctrina infertur defini
tionem infiniti quae aliqui philosophi tradunt, inter quos Mag. Herma
in hoc lib. 3. q. 6. videlicet, quod infinitum est quod nullis terminis clauditur
bonam non esse, sequella constat, tum 1° quia illa definitio non est
tradita ab Aristotele, neque ab Angelico Mag. in praesenti, unde signum
est definitionem illam bonam non esse, = tum 2° quia quando dicitur, quod infinitum
est quod nullis terminis clauditur, vel loquitur de carentia terminorum negativa,
seu positiva, vel de carentia terminorum privativa, si loquitur de carentia
terminorum negativa, vel positiva, tunc sic vel illa carentia convenit illi
propter perfectionem, vel propter imperfectionem, si propter perfectionem, vel tunc
est propter perfectionem quae habet illud subiectum in omni linea, & tunc non
est infinitum creatum sed increatum, quippe Deus habet carentiam terminorum
ex eo quia est summe perfectum est in omni linea, si autem carentia termino
rum positiva, vel negativa est propter perfectionem alicuius determinatae lineae
tunc illud infinitum esset creatum, cathegorematice, & in actu tale, ut v.g.
quantitas, si daretur infinita in suo genere, esset infinita in linea quanti
tatis, et sic in linea qualitatis, vel substantiae quod infinitum in actu creatum
chymericum est ut postea ex dicendis constabit. Si autem carentia ter
minorum est positiva, vel negativa, propter imperfectionem, tunc subiectum cui
convenit illa carentia, est valde finitum, uti est punctum, vel unitas, quae cum
consistant in indivisibili terminos non habent. = Rursus si carentia ter
minorum est privativa, vel sumitur privatio, pro eo quod est carentia
formae in subiecto apto, [struck] [illegible]
[struck] tunc si forma non est debita
esto subiecto capax sit illius, non potest talis carentia dici talis privative
ut constat in carentia caloris ut sex vel septem res pectinaque, etenim

talis carentia caloris in aqua non dicitur privatio, sed est talis carentia formae reducitur ad genus negativae carentiae. Si ergo carentia terminorum excogitatur privativa, carentia debet connotare subiectum capax, et quod illi debeatur talis carentia, sed possibilia, quae omnia sunt infinita in potentia, eo quod qualibet multitudine assignata possit alia assignari, sed non careant terminis nisi solum considerantur ut capacia alterius et alterius assignationis sine termino. Nam tamen ipsis est debita illa ulterior, et ulterior assignatio, cum unum possibile non inferat aliud ex terminis, inferitur sequitur definitionem traditam a Magistro Serma bonam non esse, sed amplexandam esse, quam ex propria mente tradit Aristoteles tex. 63. videlicet quod infinitum est cuius aliquid semper extra possibile sit. = § = statuitur dubium 1o = sit dubium 1o. implicat creatura aliqua quae sit infinita secundum essentiam. = probatur dubium 1o implicat dubium et essentia creata, quae intrinsice non sit limitata, sed nulla creata limitata est actu infinita, ergo implicat creatura simpliciter infinita minor videtur evidens, quippe omne limitatum finem et terminum habet omne quod finem et terminum habet finitum est, ergo omnis creatura et essentia est infinita. maior etiam recta videtur, quando implicat esse creata, quae non sit dependens ab alio tamquam a causa, sed omne quod dependet ab alio tamquam a causa est limitatum ergo omnis creatura ex intrinsecis suis est limitata. = § opponitur argumentum difficile producibilis est effectus quo perfectior produci nequeat, talis effectus erit in actu simpliciter infinitus secundum essentiam, ergo dabilis est creatura actu infinita secundum esse. min. videtur recta, quia effectus quo perfectior alius produci nequeat est perfectior omni alia creatura possibili, sed effectus perfectior omni alia creatura possibili est actu simpliciter infinitus ergo talis effectus erit simpliciter infinitus ita syllogismus est notus aliunde producibilitas sisteret in aliquo termino ultra quem omnipotentia Dei non posset se extendere. maior autem primi syllogismi probatur 1o quia Deus cognoscit omnes creaturas possibiles et perfectionem cuiuslibet illarum, ergo cognoscit creaturam quo perfectior produci nequeat, sed eo ipso illam producere potest ergo dabilis est effectus quo perfectior produci nequeat = Sane argumentum difficile, dico 2o ergo quod aliud Deus potest attenta omnipotentia, et vi productiva, aliud quod ex se est producibile, si attendamus omnipotentiam ita est infinita simpliciter at si attendamus ad possibile creabile, cum illud eo quia

Creabile sit limitatum non potest produci effectus quo perfectior produci nequeat, sed semper Deus magis et magis vi sua infinitum potest creare perfectio, unde ista impotentia se tenet ex parte facti, quia ille effectus ex se repugnat fieri. unde neganda est maior primi syllogismi, et ad eius probationem, neganda est similiter maior, vel distinguatur claritatis gratia de cognitione signante, et determinante creaturam perfectiorem prae omnibus aliis, quippe esto cognitio Dei sit actus infinita tamen si Deus comparat creaturas possibiles inter se, semper est alia, et alia perfectior determinate.

q. 2. Utrum utrum possit dari infinitum in actu secundum magnitudinem?

Conclusio est negativa, et probatur primo, quia non est possibile in re aliquod corpus quantitativum, cui non possit Deus praestare aliquam magnitudinem, ergo omne corpus quantitativum possibile actu in re est finitum. Antecedens patet quia si daretur corpus infinitum in actu tale corpus haberet omnem magnitudinem possibilem, sed corpus habens omnem magnitudinem possibilem non posset recipere aliquam additionem, ergo si daretur corpus infinitum in actu non posset illi Deus aliquam additionem praestare et consequens videtur certum, cum potentia Dei non possit exhauriri, ergo non est possibile in re aliquod corpus cui Deus non possit praestare aliquam additionem. = 2o probatur Deo quia illud corpus infinitum in actu secundum magnitudinem si daretur, vel componeretur ex magnitudinibus finitis vel infinitis, neutrum potest dici, ergo implicat corpus infinitum in actu secundum magnitudinem. probatur minor quoad 1am partem quia si magnitudines sunt finitae, ex pluribus finitis non fit unum infinitum, quia finitum, additum finito non facit infinitum. quoad 2am partem probatur, quia ex terminis implicat quod quaelibet pars illius magnitudinis esset infinita, alioquin nulla illius pars esset assignabilis, cum infinitum assignari nequeat. 3o probatur Deo quia si daretur corpus infinitum in actu secundum magnitudinem, posset ab illo corpore auferri magnitudo v.g. unius palmi, vel unius ulnae, tunc sic, vel quod remaneret esset infinitum, vel non, neutrum potest dici, ergo implicat tale corpus. probatur minor quoad 1am partem, quia illi corpori deficeret illa magnitudo illius ulnae ablatae, ergo non esset infinitum. Itemque patet, quia infinitum est in aliqua linea, quod illi nihil deest de illa linea, sed tunc illi deficeret illa ulna, ergo non esset infinitum. = si dicatur

sed hanc sic, ergo neque si non auferatur illa ulna erat infinitum
probatur sequela una ulna addita et non allata, solum potest praestare
magnitudinem unius ulnae, sed magnitudo unius ulnae addita
aliis magnitudinibus, non potest facere ut illae omnes magnitudines
partiales constituant corpus infinitum secundum magnitudinem, ergo
tale corpus non erit infinitum, si post ablationem illius ulnae
non manet infinitum = Secundo probatur Conclusio ratione Angeli-
ci Magistri, si daretur corpus infinitum secundum magnitudinem, tale corpus
necessario haberet suam figuram, sed eo ipso esset finitum
ergo implicat corpus infinitum in actu secundum magnitudinem. maiorem
demonstrat Angelicus Magister per haec verba * quod si imaginemur cor-
pus mathematicum existens actu, oportet quod imaginemur illud
sub aliqua forma, quia nihil est actu nisi per suam formam
unde cum forma quanti in quantum huiusmodi sit figura, oporte-
bit quod habeat aliquam figuram * = minor autem constat
quia figura clauditur certis terminis, ergo eo ipso esset finitum
hoc autem est certum, et illud probat Angelicus Magister per haec verba quae
sunt subsequentia ad praedicta * et sic erit finitum, etenim figu-
ra quae terminis comprehenditur * Tertio probatur Conclusio quia omne corpus
est mobile, sed si daretur corpus infinitum in actu secundum magnitudinem
moveri non posset, ergo implicat tale corpus, minor videtur evidens
cum omne exigat spacium, et illud corpus repleret omne spacium
etiam possibile et imaginarium = poterat replicari in hunc
modum. deus potest producere magnitudinem aliquam, qua
maior alia esse non posset, sed talis esset actu infinita. ergo
Respondetur negando maiorem ut diximus quaestione praecedenti, quia implicat ex
parte facti

q. 3. Utrum possit dari infinitum in actu secundum multitudinem

Conclusio est negativa. et probatur quia omnis multitudo existens a parte rei
necessario est constituenda in aliqua specie, sed species numeri
constituitur unice per ultimam unitatem, ergo omnis multitudo existens
a parte rei constitui debet per ultimam unitatem, hanc sic, sed quod habet
ultimam unitatem, est multitudo finita, ergo implicat multitudo actu
infinita = Secundo probatur Conclusio ab inconvenienti, demus quod existat
a parte rei multitudo infinita hominum v.g. sed haec multitudo
esset et non esset actu infinita, ergo chymerica est multitudo actu in-
finita. Sequela prima parte supponitur minor. Sequela 2a probatur

quia illa multitudo quae minor est alia multitudine infinita non est, sed illa multitudo minor esset necessario alia multitudine quae infinita non est, et quo inde esset, et non esset infinita maior est certa, et minor evidens, nam maior esset multitudo capillorum. = § = Respondes speciales replicas ===
Dices, quod iuxta sententiam D. Thomae futura existunt physice in aeternitate sed futura sunt infinita, ut patet relate ad cogitationes hominum et Angelorum, ergo datur de facto multitudo actu infinita. = Respondeo futura existere physice in aeternitate ut in aliena et superiori mensura, unde ex eo non infertur futura existere in actu, sed in potentia, nam illa multitudo futurorum non existunt [deleted] in aeternitate ita ut omnia simul actu numerentur, hoc autem est impossibile, quippe adhuc erant necessario ut existerent futura in sua propria et speciali mensura = Rursus dices, quod non implicat Deum creare in quolibet instanti unius horae v.g. vel unius diei, unum Angelum, sed tunc illa multitudo esset actu infinita, ergo dabilis est multitudo actu infinita. Probatur minor nam instantia quae intercedunt in una hora, sunt infinita, cum illud tempus sit divisibile in semper in infinitum divisibilia. Et rursus non implicat Deum destruere [deleted] puncta continuativa unius ulnae, v.g. non destructis partibus, sed tunc casus partes divisae essent actu infinita, ergo dabilis est multitudo actu infinita. Probatur minor quia cum puncta intercedentia in illa ulna sint infinita, quippe ulna est divisibilis inter per indivisibilia, destructis punctis partes utique essent actu infinitae.
Respondeo quod creatio cuiuslibet Angeli exigit unum determinatum et designatum instans, unde esto Deus in quolibet instanti determinato unius horae unum Angelum crearet non propterea infinitos actu angelos crearet, quia instantia quae sunt infinita sunt instantia indeterminata [deleted] propter quae quod illa multitudo Angelorum infinita non esset quod post illam horam alios, et alios Angelos Deus posset creare, ex quo infertur quod solum potest creari [deleted] tot angelos quot sunt instantia determinata, seu ut melius dicam tot angeli possunt creari quot sunt instantia determinata, quia isti exigunt unum instans ad passionem creationis uniuscuiusque seu ad esse factum uniuscuiusque = Similiter dicimus ad divisionem illius ulnae, quippe vel Deus destruendo puncta indivisibilia intercedentia in illa ulna relinqueret partes adhuc divisibiles, vel non, si relinqueret esset adhuc divisibilis ulna, unde partes non essent actu infinitae, si non relinqueret partes adhuc divisibiles destrueret essentiam continui de cuius ratione est quod sit divisibile in semper divisibilia unde dicimus

quod ex parte facti repugnat quod continuum resolvi possit in indivisibilia
ac si inde solum possunt designari puncta determinata illius lineae
quae eo ipso quod determinentur manent partes utrinque divisibiles usque
in infinitum unde numquam sequitur quod poni possit infinitum ma[illegible]
Ex dictis infertur repugnare infinitum in actu secundum intensionem
unde repugnat qualitas actu infinita. cuius ratio est, quia illa
intensio vel fit per additionem qualitatis finitae, vel infinitae; neutrum
potest dici, ergo repugnat qualitas actu infinita, minor probatur pro priori
parte constat, quia finitum additum finito non facit infinitum pro secunda
probatur quia omnis qualitas quae producitur limitata per debitas in quo re[illegible]
sit, ergo si posset creari illa qualitas infinita, ex cuius additione
fieret qualitas infinitae intensionis =

Finis libri sexti

✠

LIBER QVARTVS PHYSICORVM.

Postquam Philosophus libro praecedenti determinavit de proprietate [sermone tertio] entis mobilis, quae motus est, nunc autem initio libro determinat de duplici mensura ~~[illegible]~~ altera entis mobilis, altera ipsius motus. mensura entis mobilis quae stricte extrinseca ipsi est, est locus, unde in primis quinque capitibus libri huius agit de loco, tum quoad an sit, tum quoad quid est, et cum oppositum loci sit vacuum pertinet et de vacuo disputat per quatuor sequentia capita. deinde agit de mensura motus quae est tempus, quinque reliquis capitibus agit de tempore. nos methodum Aristotelis insequendo primum de quidditate loci, deinde de comparatione corporis ad locum agemus, deinde de vacuo. postea de temporis quidditate, natura, et compositione agemus. Utriusque facile. ~~disputatio [1] de loco, et loci~~ comparatione ad corpora

Q. 1. an sit, et quid sit Locus?

Aristoteles in hoc libro cap. 4. non tam probat existere in rerum natura locum quam supponit, siquidem evidenti experientia constat corpora moveri de loco in locum. unde cum corpora sic ad locum acquirendum moveantur, plane convincitur locum esse aliquid verum ens reale in rerum natura existens. aliunde elementa non magis omnis loci quam alicuius emendicarent, unde ratio non esset quae convinceret quod gravia deorsum, levia deorsum naturaliter ~~[illegible]~~ moverentur, quo pacto naturae autor cuilibet corpori suum locum naturalem assignavit, unde aquae locus est superficies ~~[illegible]~~ prima aeris continentis aquae, et locus aeris superficies prima ignis continentis aerem, et locus ignis elementaris superficies prima caeli lunae, et locus caeli lunae superficies prima caeli mercurii, et sic de aliis. quae omnia plane convincunt ex eo quod ille est locus alicuius rei qui ex omni parte illam rem ambit, et circumscribit, atqui haec omnia ultimae superficiei corporis continentis convenit, illa ergo superficies ultima seu prima est locus. alii ex circumscriptione activa loci ad locatum resultet in locato ubi intrinsecum, seu praesentia locati ad locum, quidam finxerunt locum in isto ubi intrinseco consistere, quod figmentum facile reijcitur ex eo quod locus est id in quo locatum recipitur, sed corpus locatum non recipitur in isto ubi intrinseco, sed potius econtra istud ubi recipitur in corpore locato, non ergo locus consistit in isto ubi intrinseco. Rursus istud ubi resultat ex adiacentia loci ad locatum, ergo istud ubi supponit locum ex quo resultat. Rursus locatum continetur in loco, sed non continetur in isto ubi intrinseco, ergo locus non consistit in isto ubi intrinseco, his ut certis praesuppositis — Exponitur definitio loci, et examinatur prima particula — definivit Arist. in hoc lib. 4. cap. 4. tex. 41. locum, et ait, ~~[illegible]~~ Locus est: finis continentis immobilis primus *), paulo inferius ait * praeterea locus superficies quaedam est, et quasi vas continens esse videtur. * vas utique immobile ut ibi exponit [illegible]

ron et Communiter philosophi definiunt locum per haec verba * Locus est * ultima
corporis continentis, immobile primum. vel ut alij volunt, est ultima su-
perficies corporis ambientis immobilis prima. = difficultas quo praesens
volvitur. est illud verbum ultimum, quid sit illud ultimum. aliqui enim as-
serebant esse non ultimam superficiem corporis continentis, ut ipse Aristotelis exi-
stimat sic sentit Martinus, in illustratione praesentis capitis, qui asserebat
Aristotelem pugnantia docuisse, dum ex una parte asseruit illud ultimum
esse immobile, et ex alia parte docuit esse superficiem, cum ista mobilis sit. vero
voluit illud ultimum esse aliquod spacium imaginarium in quo quasi penetr.
esset locatum, alij autem asserunt esse aliquod spacium verum et reale medians
inter locatum, et locum, = caeterum isti modi dicendi a veritate longe distant,
patet ex eo quod locatum realiter continetur in loco, atqui spacium imaginarium
dicitur inter continens et contentum requirit realiter continere locatum, cum eo quod imag-
inarium nihil sit, ergo illud spacium imaginarium non potest esse locus. praeterea corpora
gravia et levia habent inclinationem positivam, ad sua naturalia loca, ut quies-
cant ex illorum motibus. sed ad nihil nulla potest subsistere inclinatio positiva, ergo locus
non consistit in illo spacio, = Confirmatur, quia quod nihil est penetrari nequit,
illud spacium imaginarium dicitur penetrari cum locato, ergo chymaerice asseri-
tur ut locus spacium illud. dices quod Aristoteles docuit illud ultimum esse im-
mobile, omnis superficies movetur, ergo illud ultimum non est superficies = sed contra quia de im-
mobilitate huius superficiei constabit infra quando ultimum particulam explicemus
secundus modus dicendi etiam reijcitur, quia illud spacium verum et reale ~~non~~
esse ~~materia vel~~ substantia vel accidens, quod chymaerice etiam fingitur illud
spacium verum, et reale, probatur prima parte probatur ~~idem~~ argumentum quia si esset substantia
vel esset spiritualis vel corporea, neutrum potest dici, ergo illud spacium non potest esse
substantia prima parte patet illud argumentum quia substantia spiritualis non potest circum-
scriptive continere locatum, ut patet cum extensionem non habeat, sed locus circumscriptive
continet locatum, ergo non potest esse substantia spiritualis, quo ad 2am probatur probatur istud argumentum
quia substantia corporea deberet esse in loco, ergo assignanda erat alia substantia
corporea, in qua ut in loco esset talis substantia corporea, et ut esset illa
corporea secunda in loco assignanda esset alia, et sic in infinitum. probatur 2a pars
probatur principale argumentum quia si illud spacium esset accidens, vel esset accidens corporeum vel
spirituale, et sic non conduceret ad continendum, vel esset accidens corporeum
et sic esset similiter in loco, unde esset in alio accidente corporeo, et sic
in infinitum. ergo dicendum est locum posse esse illud spacium verum et reale. = Stabilito
ergo ut sit vera sententia Aristotelis quae asserit illud ultimum esse super-
ficiem. superficies ergo quae dicitur locus est ultima, et simul est prima
sub diversa consideratione, est ultima respectu corporis continentis, et prima
respectu locati, siquidem quod primo attingit locatum est superficies illa
quae ipsum locatum circumscribit, et ambit. = Et in super ratione probatur quia
locus cuiuslibet corporis est illud quod illud ambit, continet, et circum-
scribit, sed hoc convenit superficiei corporis continentis, ergo locus est super-
ficies. probatur minor. quia superficies eo quod divisibilis sit in longitudinem, et latitudinem

tangit omnes partes corporis contenti, et quod indivisibilis sui profunditatem, est omnino contigua corpori contento. Ergo habet quid quod requiritur ut sit locus = Quo Explicatur 2a particula huius definitionis = Vidimus ergo locum consistere in illa superficie corporis continentis, nunc autem explicandum restat, quomodo sit immobilis. Etenim Aristoteles et Angelicus Magister docent superficiem illam in qua essentia loci consistere diximus, docent in praesenti esse immobilem, quod manifesta ratione probatur quia si esset mobilis, moveretur localiter, sed locus in ratione loci est immobilis localiter, ergo talis superficies est immobilis, probatur minor quia si locus in ratione loci moveretur localiter esset in loco, sed locus in ratione loci non est in loco, ergo locus in ratione loci non movetur localiter. Probatur min. quia si locus in ratione loci esset in loco, ille locus in quo est prius esset, et inde in alio loco, et iste in alio usque in infinitum, sequella est absurda, ergo est quod locus in ratione loci non est in loco. Ergo locus est immobilis. Ergo in qua superficies in qua diximus locum consistere debet esse immobilis = Rursus si locus in ratione loci non esset immobilis, esset mobilis. repugnat quod sit mobilis, ergo est immobilis. Probatur min. si locus esset mobilis, locus naturalis gravium et levium possent mutare suum locum, ergo motus gravium, et levium, semper non deberet esse idem, videlicet motus gravium deorsum, et levium sursum. Probatur sequela quia mutato loco gravium, per motum scilicet, quo locus gravium moveretur, motus gravium cum sit ad quaerendum suum locum moveretur versus suum locum, sed locus gravium qui deorsum nunc est per suum locum posset esse sursum, ergo gravia naturaliter possent moveri sursum, et eadem ratione levia naturaliter possent moveri deorsum. restat ergo dicendum quod Locus est immobilis = dices Arbor ad ripam fluvii v.g. Tormes plantata, semper est in eodem loco, sed superficies aquae illius fluvii continentis arborem, movetur, siquidem fluit, et transit, non ergo locus est immobilis = Rursus turris sancti martini, semper est in eodem loco, atque superficies aeris turrim continentis transit continuo, ergo est ergo locus non est immobilis sed mobilis = Pro explicatione ergo immobilitatis loci, et solutione huius difficultatis, notandum est ultimam superficiem corporis continentis subindicere rationem loci, non ut cumque et in esse entis considerata, sed formalissime prout videlicet fundat relationem determinatam distantiae ad primum continens simpliciter (quod in sententia Aristotelis est primum mobile, et in vera sententia est coelum Empireum) et ad centrum terrae, vel ut alii volunt, est illa superficies prout formalissime fundat relationem determinatam distantiae ad polos mundi, et ad centrum terrae. unde non solum requiritur continentia in superficie, ut sit locus, quippe si hoc solum exigeretur, aqua quae est undique clausa in aliquo vase, esset in vase ut in loco, quod negat Aristoteles, eo quia vas mobile est, ~~[illegible]~~ requiritur ergo praeter continentiam immobilitas superficiei continentis ut continentis, ~~[illegible]~~ manet ergo idem formaliter locus semper quod manet eadem distantia ad polos mundi, et ad centrum terrae, quia esto superficies varietur materialiter et in esse entis inspecta, cum succedat alia sub eadem distantia, inde est quod manet idem formaliter locus.

dices, variata materialiter & in esse entis superficie continente, potest non
variari relatio distantiae, saltim numerice, quo variatur locus saltim
quoad numerum, variata superficie, tunc sic, sed hoc videtur falsum, cum tota
Salmantina, v.g. & arbor ad ripam fluvii tormes plantata, maneat
in eodem numero loco, quo male assignatur immobilitas loci, in illa super-
ficie praesupponente talem relationem in distantia, prima consequentia
& minor subsumpta cum sua consequentia videtur nota. probatur primum antecedens
quia illa relatio distantiae vel est relatio transcendentalis vel praedicamenta-
lis, quocumque modo sit variatur numerice quo variatur numerice. probatur
neque cetera patent, & probatur quoad 1am partem quia sicut relatio transcendentalis,
ista relatio identificetur cum entitate rei dicentis istius relationis, variata
entitate superficiei non potest non variari relatio = quoad 2am autem
partem probatur quia relatio praedicamentalis fundatur supra entitatem dicentis
relationem, sed variata entitate fundamenti nequit non variari re-
latio, quo etiam variatur saltim numerice relatio, sive sit transcen-
dentalis sive sit praedicamentalis. = Sed contra quia relatio quae importat
superficies ad polos mundi, & ad centrum terrae, est relatio praedicamenta-
lis, & invariatione entitativa, & numericalis huius relationis notandum
est quod identitas huius relationis exigit unitatem fundamenti, non utcumque
sed fundamenti in esse talis, sub qua ratione non variatur superficies
quamvis esto prima superficies variatur pure materialiter, cum succedat alia
sub eadem positione & distantia, hinc est quod manet eadem superficies
in esse fundamenti relationis. quod similiter in pluribus exemplis. Nam
v.g. idem numero homo est, infans, juvenis, & senex, quia esto
acquirat aliquas novas partes materiae, & alias deperdat, cum par-
tes quae de novo adveniunt sint sub eadem forma hinc est quod manet idem
numero homo. Similiter ista civitas Salmantina, eadem est
modo, ac erat mille ab hinc annis, quia esto alia individua sint modo
ac erant in illo tunc, cum [illegible] omnia individua succedant sub ea-
dem ordine, & sub eadem dispositione, hinc est quod dicitur quod est eadem
civitas = similiter iste fluvius tormes, idem est numero hodie
ac fuit anno praeterito; & si aqua materialis quae fluxit anno
praeterito non sit quae modo fluit, quia esto sit haec aqua diversa
ab illa tamen ista succedit sub eadem distantia, ordine, & positione
Ex hoc patet solutio ad replicam supra propositam, concessa enim majori
distinguatur minor atque superficies aquae continentis arborem ad ripam
fluvii tormes plantatam movetur, si sermo sit de superficie in esse entis
inspecta, transeat minor, si sermo sit de superficie formaliter ut con-
tinente, nego minorem, & consequentiam. = & similiter ad confirmationem concessa
maiori distinguatur minor eodem modo. Unde patet consequentia

dicer quod ex praedicta nostra doctrina, et replicaris solutione sequitur, locus formalissime importare relationem praedicamentalem distantiae vel indistantiae, ad polos mundi, et ad centrum terrae, sed hoc ipso locus non consistit in illa superficie a nobis assignata, ergo propriam dicimus locum esse ultimam superficiem corporis continentis immobile primum. maior videtur clara, et ex doctrina tradita sequitur. Consequentia infertur, unde probatur minor quia hoc ipso quod locus importet relationem dist. ad polos mundi, et ad centrum terrae locus consistit in relativo, seu est aliquid relativum, sed superficies non est quid relativum, sed quid absolutum pertinens ad praedicamentum quantitatis, ergo hoc ipso quod locus importet relationem praedicamentalem distantiae, ad polos mundi, et ad centrum terrae locus non consistit in illa superficie, a nobis assignata = Sed respondetur quod aliud est quod locus [illegible] infrat relationem praedicamentalem distantiae vel indistantiae, ad polos mundi, et ad centrum terrae, aliud autem quod formalissime locus sit relatio, primum est verum et secundum falsum. unde esto ut superficies subinduat rationem loci debeat ex fundare illam relationem non propterea relatio ingreditur formaliter constitutivum loci in esse talis, et iuxta hanc doctrinam distinguatur maior sequitur ex nostra doctrina locum importare formalissime relationem praedicamentalem distantiae si ly importare sit idem ac fundare, concedo maiorem. si ly importare sit idem ac esse formalissime relationem nego maiorem. et minorem cum consequentia et ad probationem quae huic solutioni obstare posset distinguo maiorem, hoc ipso quod [illegible] locus importet relationem dist. consistit in relativo, si in praedicto modo dicto consistit in relativo fundamentaliter concedo maiorem. consistit in relativo formaliter nego maiorem, et concessa minori nego consequentiam.

Replicabis, esto locus formaliter consistat in illa superficie sic fundamentaliter relativa, seu ut proxime fundat relationem distantiae ad polos mundi et ad centrum terrae, talis superficies etiam sic inspecta immobilis non est, ergo locus dicta non subsistit. probatur antecedens, quia ut superficies etiam ut fundans relationem esset immobilis necessarium erat quod terminus huius relationis esset fixus, et immobilis, sed terminus fixus, et immobilis non est, ergo neque superficies ut fundans relationem immobilis non est. probatur minor quia terminus huius relationis est primum mobile, [illegible] iuxta Aristotelem, sed primum mobile immobile non est, ergo terminus huius relationis immobilis, et fixus non est = Sed contra, et dicitur triplicitur huic replicae. 1° negando quod terminus huius relationis sit primum mobile, est enim caelum Empireum, ut pote primum continens, unde cum istud caelum immobile sit, bene sequitur terminum relationis fixum, et immobile esse. = Verum quia in sententia Aristotelis terminus huius relationis est primum mobile, respondeo supposita hac Aristotelis sententia.

Resp.º q. 1.º quod cto primus mobile moveatur, tamen quo motus eius circularis, succedit in eadem parte, et sub eadem distantia alia pars eius dem primi mobilis, ut terminare possit eamdem relationem distantiae vel indistantiae quo pacto turris Salmantina, v.g. super lineam rectam sursum versus inspicit in hoc nunc, istam determinatam partem primae sphaerae, seu primi mobilis, cum postea in sequenti, et sequenti nunc, succedat sub eodem situ et positione alia pars, et alia pars eiusdem sphaerae, v.g. pars B, C, et D, et aliae hinc oritur quod relatio quae prius terminabatur ad partem A, terminari possit ad partes B, C, et D. et ad alias quascumque partes sphaerae non respiciendo ut inentitas considerando, sed formalissime in esse termini. quippe relatio non minus dependet a fundamento, quam a termino, unde sicut non obstante dependentia relationis a fundamento, istud in esse entis variari potest dummodo idem maneat in esse fundamenti, ut nuper dicebamus de superficiebus in esse entitativo corporis locati, sic similiter non obstante dependentia relationis a termino, potest iste variari materialiter, dummodo idem maneat formalissime in esse termini; ex illa varitione materiali inferre licet diversitatem numericam relationis. = tertio, et facilius respondeo, quod cum sphaera circulariter moveatur, habet proinde duos polos fixos et immobiles, videlicet habet polum articum, et antarticum, et ad istos polos terminatur distantiae relatio, proinde superficies ut fundans hanc respectivam ad istos immobiles minus est immobilis. = Replicabis adhuc sive terminus relationis distantiae quam fundat superficies continens locatum sit sphaera prima, seu primum mobile, sive partem formaliter immobilem modo dicto, sive terminus sit [struck] polus sive mundi, et centrum terrae, sive talis terminus sit caelum Empireum adhuc non probatur superficiem ut fundantem relationem indistantiae vel distantiae ad praedictum terminum esse immobilem, et habere rationem loci, quod [struck] cum quae dicta ruunt. ars probatur. quoniam sequeretur quod immoto corpore locato mutaret locum, hoc est impossibile quod illud ex quo sequitur. sequella maioris probatur. in hypothesi quod Deus totum Empireum, et totam sphaeram primi mobilis elevaret, non elevato corpore locato, videlicet stante sub praedicta turri Salmantina. in hac hypothesi, magis distaret turris a caelo empireo, et a primo mobili, eiusque polis quam modo distat quo esset in alio loco talis turris, alioquin turris supponitur immota, quare stare posset quod [struck] corpus locatum mutaret locum primo vero localiter.

Sapientissimus Aquinas respondet quod in praedicta hypothesi maneret centrum terrae sub eadem distantia a turri Salmantina, et alioqui asserit superficiem aeris continentis turrim esse diversam in ratione loci. verum haec solutio falsum continere videtur, quippe inintelligibile est, quod stante sub quiete turri, mutet locum, cum mutare locum inferat necessario motum localem, quem turris non habet ut supponimus. Unde respondeo, quod in praedicta hypothesi turris Salmantina, sicut et tota Salmantica, et tota sphaera huius infimi elementi, maneret in eodem loco, ast in praedicto casu variaretur materialiter terminus huius relationis distantiae, et terminaretur ad illam entitatem quae succederet in illo spacio, in quo erat Caelum Empireum, primum mobile, et polus mundi, quae entitas cum succederet ibidem sub eadem distantia hinc est quod posset terminare eandem relationem, ast eo quod Caelum empireum, et primum mobile essent sub maiori elevatione, daretur necessario maior distantia a turri, ad caelum Empireum primum mobile, ex quo infertur, Caelum Empireum et primum mobile esse mota localiter, non autem sequitur, turrim motam localiter fuisse. = Dices adhuc, Deus anihilare Caelum Empireum, et primum mobile, tunc relatio quam dicit turris Salmantina, ad illum terminum mutaretur, et deficeret esse, ergo turris non esset in eodem loco. = Respondeo primo quod in praedicta hypotesi anihilationis deficeret formalis relatio, eo quia existentia relationis infert necessario existentiam fundamenti et termini, et ex cuius vi deficientia deficit relatio, verum quia locus non consistit in relatione, sed in superficie ut fundante, maneret proinde turris in eodem loco, quod videlicet maneret eadem superficies continens, cum eadem capacitate ad fundandum eandem relationem, quae si non fundat non est ex defectu sui sed ex defectu termini, proinde quod manet eadem superficies in ratione locandi, unde turris in quacumque hypotesi ex dictis manet in eodem loco. = Ex dictis infertur locum esse non quamcumque superficiem, sed superficiem concavam continentis et ambientem locatum. haec enim est ultima respectu locantis, et prima respectu locati, siquidem corpus locatum istam superficiem est quam primo attingit. = et ne aliquis haereat asserendo illam superficiem concavam non esse ultimam respectu corporis locantis sed primam, respondeo, quod illa superficies, et est prima et est ultima, sub diversa inspectione, hoc enim est proprium cuiuslibet termini, qui sub una inspectione est quid primum et sub alia quid ultimum quo pacto, ad vitandum aequivocationem, vocavit Aristoteles istam superficiem concavam continentem. finem per haec verba ex tex. 41. huius lib. 4. * quare locus est finis continentis immobilis primus. *

dices adhuc hanc superficiem concavam non posse habere rationem loci. assumptus probatur ex eo qd continens, est maius contento, s.d locus est quid continens locatum, & hæc superficies concava equalis est cum locato. ergo hæc superficies non potest habere rationem loci. Respondeo negando assumptum. q. iuxta dicta locus est continens locatum, s.d corpus locans est continens locatum unde non definitur locus dicendo, est superficies corporis continens, immobilis, prima, s. definitur per hæc verba, locus est superficies corporis continentis immobilis prima, ac proinde illud quod continet non est locus neque superficies in qua consistit, s. corpus locans est continens locatum. ac proinde stare potest qd superficies in qua locus consistit sit equalis cum locato, imo necesse est equalis cum illa superficie, quia ambiens sit indivisibilis, quippe solum est divisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, non vero secundum profunditatem, quo pacto habet rationem loci

Q. 2. Utrum omnia Corpora sint in loco? s. = 64

Supponimus omnia alia corpora præter primum continens, qd in sententia Aristotelis est primum mobile, & in vera theologorum sententia est Cælum Empyreum, sunt in loco, quia omnia alia corpora ab aliquo alio superiori corpore continentur, & circumscribuntur; est enim respectu cuiuslibet corporis ipso primo continente certum assignabilis est superficies corporis continentis immobilis prima. unde difficultas præsens unice devolvitur ad primum continens. quod libet illud sit sit ne illud in aliquo loco? = Supponendum est qd omne corpus comparatum ad locum ratione suæ quantitatis, et extensionis dimensurate cum loco. quod & docuit Angelicus Mag. in 4. dist. 10. q. 1. ar. 2. ad 4. ubi ait * quod nullum corpus comparatur ad locum nisi mediantibus dimensionibus quantitatis ... inde solum illud potest esse in loco qd per se afficitur quantitate, quo pacto substantia corporea est in loco non ratione sui, s. ratione suæ quantitatis. qd & docuit idem Angelicus Mag. in hoc. lib. 4. phisic. lect. 7. ad tex. 45. per hæc verba * qd quodque habet in loco per accidens sicut anima & omnes formæ. Supponimus primum cælum omnia alia corpora continens sit quantum & extensum habeat dimensiones ratione cuius quantitatis continet corpora alia sibi inferiora. videtur proinde qd primum cælum habet quidquid requiritur ut sit in loco. equaliter alium a nullo alio corpore contenatur, aliunde n. esset primum. Statuitur Dico = Sit nostri videtur difficile quomodo sit in loco? = Statuitur Dico = sit nostri primum cælum, omniumque supremum, seu primum continens, attenta sententia Aristotelis, non est in loco, + unde secundum se totum nullibi est. est tamen secundum partes suas partes in loco, non in actu, s. in potentia. duas habet partes hæc propositio. Prima probatur ex Aristotele in hoc. lib. cap. 5. tex. 45. per hæc verba * Cælum autem ut dictum est non est alicubi totum, neque est ullo in loco, si nullum ipsum continet corpus* & post pauca, idest in fine textus ait. *

* per se, sed per accidens.

* Et id circa terra in aqua, hec in aere, aer in ethere, ether in celo, est collocatus; ipse vero celus nullo in alio corpore, est ultimus collocatum * Probant aliqui hanc [illegible] ex Angelico Magistro in presenti lect. 7 per sequentia verba, que habentur in principio lectionis * Concludit ergo (intelligitur Aristoteles) ex premissis quod celum sit terminus continentis, cui cumque corpori adiacet aliquod corpus continens ipsum exterius, hoc est in loco simpliciter; cui vero corpori non adiacet aliquod corpus exterius continens ipsum, minime est in loco [struck] tale autem corpus in mundo non est, nisi unum, scilicet ultima sphera, que celum illa sit. unde secundum hanc determinationem sequitur quod ultima sphera non sit in loco. * hec verba habet Angelicus Magister, et referuntur a Magistro Lerma in presenti lib. 4. q. 3. et a Sapientissimo M. Aguirre in presenti disp. 25. sect. 5. verum ni fallor hec verba nunquam concludunt intentum, quippe immediate ad predicta verba, prosequitur discursum Angelicus Mag. et ait * Sed hoc videtur impossibile quia ultima sphera movetur in loco, nihil autem movetur in loco quod non sit in loco. * unde etc. Angelicus Mag. novam teneat [illegible] alium et ex aliis verbis probari debet. [illegible] ergo ex eo quod hoc argumentum proposuisset, refert Angelicus Magister, ad illud solvendum, quasdam opiniones aliquorum philosophorum quas non amplectitur, videlicet refert sententiam que asserebat locum consistere in spacio identificato cum relocata, et refert sententiam Alexandri qui aiebat ultimam spheram nullo modo esse in loco, neque secundum totum, neque secundum partes, itam etiam similiter reiicit ex eo quia oportet omnem motum in aliquo genere motus poni. Rursus refert opinionem Avicenne, qui asserebat qui asserebat motum ultime sphere non esse in loco, sed esse motum in situ, a que sententiam impugnat Angelicus Mag. ex eo quia motus iuxta veram Aristotelis sententiam tantum est in tribus generibus, videlicet in quantitate qualitate, et ubi. unde motus prime sphere in aliqua specie istarum debet collocari; habent situm. Rursus; istam sententiam impugnat ex eo quia partes prime sphere et situs predicamentalis importat dispositionem partium in ordine ad locum. ergo cum prima sphera movetur secundum situm movetur secundum locum. — Rursus refert sententiam Avenpace qui asserebat aliud esse in loco corpus quod movetur per motum rectum, aliud quod movetur circulariter, nam illud exigit locum exteriorem, illud autem non exigit corpus exterius a quo contineatur. que sententiam reiicit Angelicus Mag. ex eo quia hic modus dicendi est contra suppositionem immobilitatis loci, [struck] denique ratione est locatum ultime. Rursus refert sententiam Averrois, qui dixit ultimam spheram esse in loco per accidens, idest quia movetur circa centrum, idest in quantum centrum circa quod revolvitur habet esse in loco. que sententiam etsi aliquo modo approbat Angelicus Magister circa id quod asserit, primum sphere videlicet esse in loco per accidens, tamen illam respuit ob rationem quam assumit. per hec verba * ridiculum videtur dicere quod sphera ultima sit in loco per accidens ex hoc quod centrum est in loco. * unde ultimo refert [struck] sententiam Themistii qui dixit ultimam spheram esse in loco per suas partes. [struck] que sententiam [struck] videtur tenere Angelicus Mag. dum ait * Et ideo magis approbo sententiam Themistii qui dixit quod ultima sphera est in loco per suas partes * verum illam explicat Angelicus Mag. et [struck]

que vero reiicit ex eo quia illa positio est impossibilis. aliud locum non aliquid locatum [illegible]

per totam lectionem septimam docet primam sphaeram non esse in loco sm̃ se totam, sed per accidens ratione suarum partium, quae etsi actu non sint in loco, sunt tamen in potentia. unde post finem lectionis haec habet verba * Caelum scilicet ultima sphaera est in loco inquantum [struck out] omnes eius partes sunt in loco, ex eo quod una pars eius continet sub alia secundum circulationem, in corpore enim non circulari pars extrema remanet non contenta sed continens tantum, sed in corpore circulari quaelibet pars est continens et contenta in potentia tamen * in quibus verbis nostra continetur conclusio tam quoad primam quam quoad secundam partem. = Prima ergo pars probatur ratione, quia id quod secundum se per se actu est in loco, actu circumscribitur ab alio corpore locante; sed prima sphaera quamvis illa sit secundum se totam non circumscribitur, nec continetur ab alio corpore, ergo prima sphaera per se actu secundum se totam non est in loco. maior constat ex definitione loci, quippe locus est superficies corporis continentis, ergo id quod per se actu est in loco actu et per se circumscribitur, continetur ab alio corpore locante. minor autem supponitur ut certa, quippe prima sphaera, eo quia prima actu supra se aliud corpus non supponit, alioquin si aliud supponeret, de illo quod supponeret esset prosequendum quaestio. = Secunda ergo prima sphaera actu secundum se totam non est per se in loco. = Secunda autem pars, videlicet quod partes omnes primae sphaerae, seu primi caeli sint in loco, non actu sed in potentia. probatur ex philosopho verbis supra relatis, in loco, non actu sed in potentia. probatur. ex philosopho verbis supra relatis, verum pro maiori abundantia probatur ex eodem philosopho ubi supra, idest lib. physic. cap. 5. tex. 45. ubi haec habet verba loquendo de partibus primae sphaerae, haec habet verba * omnes namque partes, quodammodo sunt in loco, circumquaque alia aliam continet. * unde quodammodo intelligitur ut illud explicat ibi D. Tho. idest, prout idem est ac in potentia, quod comprobatur ex verbis immediatis eiusdem filosofi, ait enim circumquaque enim alia aliam continet, verum cum omnes partes primae sphaerae sint continuae, non potest dari continentia per contiguitatem, distincta, et actualis idest nequit dari continentia actualis, sed tantum aptitudinalis per continuitatem, quae non est continentia actualis, sed tantum aptitudinalis, quam videlicet una separari potest sub alia, saltim de potentia absoluta. = unde Angelicus Mag. ibidem explicando hunc textum 45. haec habet verba * quaelibet pars, primae sphaerae, est continens, et contenta, in potentia tamen. * dices cum sapientissimo Aguirre, in praesenti: dist. 25. sect. 5. n. 28 quod Caelum supremum seu prima sphaera, secundum quasdam partes sui est actu in loco, idest, quod aliquae partes sunt actu in loco, [struck out] sm̃ alias autem in potentia. quod probat ex ante textu a nobis pro hac secunda parte relato. videlicet, tex. 45. per verba * omnes namque partes quodammodo sunt in loco, circumquaque enim alia aliam continet * et ut hoc assumptum suadeat ex philosopho, affert Angelicum Mag. in praesenti, et refert haec verba ex Angelico Mag. *

ostendit, qd partes primę sphęrę sunt in loco, & dicit qd sicut supra dictum est quędã sunt in loco in actu, quę secundũ potentiam * unde infert hanc Ideo ergo secundum Aristotelem; & ipsos aliquę partes primę sphęrę actu sunt in loco, & aliquę in potentia. = S. miror Magistrum, alias doctissimum ita sinistre intelligere Philosophum, & D. Thomam. & quantum attinet ad Philosophum, iam vidimus qd in illis verbis solum docebat Aristoteles partes omnes primę sphęrę esse in loco solum in potentia, idest prout alia aliam continet, quę continentia non est actualis, sed per contiguitatem, quia erat necessarium ut esset aliquę actu in loco, s. aptitudinalis prout illę partes continuę separari possunt de potentia absoluta. Quatenus vero attinet ad D. Thomam vidimus similiter qd explicando illum textum 45. Philosophi indiscriminatim de omnibus partibus primę sphęrę dixit, ut supra vidimus * qd quęlibet pars primę sphęrę est continens & contenta in potentia tamen * quę verba clara sunt, & cum ly quęlibet sit signum universale distribuit copulative pro omnibus partibus; unde omnes sunt in loco, in potentia non autem aliquę in actu, & aliquę in potentia = Restat ergo ut respondeamus ad auctoritatem Angelici Magistri quam prope refert Sapientissimus Aguirre. Et si intelligatur, ut vult Sapientissimus iste Magister qd intelligatur, et ut prout dicta verba sonant proprie inspecta sic Angelicus Magister contraria docuisset in eadem lect. 7. & paucis interpositis lineis. Si ergo infra Angelicus Magister idest, post verba relata a Sapientissimo Aguirre, dicit D. Thomas qd quęlibet pars primę sphęrę est continens & contenta in potentia, quomodo vult quod prius dixisset qd partes primę sphęrę quędã sunt in loco in actu, & quędã sunt in potentia? Pro explicatione ergo illorum verborum quę ex Angelico Magistro affert Sapientissimus Aguirre, notandum est, qd illa non afferuntur ab Angelico Magistro ad explicandum textum 45. Philosophi in quo dicit Aristoteles qd omnes partes primę sphęrę quodammodo sunt in loco, circumquaque enim alia continet aliam * quippe hęc verba Philosophi sunt ex textu 45. & illa verba quę ex Angelico Magistro notat S. Aguirre sunt in textu 44. ergo illa non assumuntur a D. Thoma ad explicandum textum 45. quem textum nondum assumpserat explicandum. explicat ergo textum 45. per verba a nobis relata, videlicet per illa * quęlibet pars primę sphęrę est continens, & contenta, in potentia tamen. * Quando ergo Angelicus Magister ait, qd * ostendit, idest Philosophus, quomodo partes primę sphęrę sunt in loco, & dicit qd sicut supra dictum est quędam sunt in loco in actu, quędã secundum potentiam, * ly quędam non signat partes, ita ut sensus sit, quędam partes primę sphęrę sunt in loco in actu, & quędã partes sunt secundum potentiam. S. ly quędam signat corpora unde sensus est qd quędam corpora sunt in loco in actu, quędam in potentia, & exinde subinfert modum, quo partes corporis qd est in loco in potentia, sunt in loco, nam ly ut supra dictum est,

refert se ad tex. 93. in quo hæc habet verba philosophus * at quod corpus quidem idest in loco extra quod aliquod est corpus continens ipsum, quod vero non ita se habet non est in loco * ergo hoc quædam sunt in loco, non signat partes, sed signat corpora. præterquam quod hæc nostra doctrina est expressissima Angelici Magistri. en proponitur verba huius angelici doctoris. ait enim * ostendit quomodo partes primæ sphæræ sunt in loco, et dicit quod sicut supradictum est quædam sunt in loco in actu, quædam secundum potentiam * huius cum legit superiorissimus Aquirre. legite ergo verba immediate sequentia * unde cum aliquod sit continuum similium partium, partes eius sunt in loco secundum potentiam, sicuti est in ultima sphera * quod clarius etiam ubi dicit quod partes eius sunt in loco secundum potentiam sicuti est in ultima sphæra. [illegible] partes eius, idest omnes ubi enim Magister non distinguit sed indefinite loquitur, nec nos distinguere debemus, cum indefinita æquivaleat universali. ergo hoc quædam sunt in loco in actu non signat partes, sed corpora continua. ut ex sequentibus et antecedentibus constat. = at pro maiori certitudine nostræ doctrinæ quoad hanc partem, quam pro omnibus tenemus probandam. videte ipsum P. Aquirre. ibidem. n. 2 [illegible] præcartare pulitudinem. etenim ait, quod partes cæli supremi, sunt in loco in potentia, non in actu, siquidem non sunt adinvicem contiguæ sed continuæ. adquid ergo numero præcedenti dixerat, quod partium primæ sphæræ aliquæ sunt in loco in actu, et aliquæ in potentia. [illegible] ergo ratione hæc una pars nostræ doctrinæ, quia illud est in loco in potentia quod contineri potest ab alio, sed partes omnes primæ sphæræ adinvicem sunt in potentia ut contineantur, casu videlicet quo dividerentur. ergo sunt in loco non in actu sed in potentia. ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ et per hoc patet solutio ad rationes probativam quæ afferebat Aquirre ad probandum quod aliquæ partes primæ sphæræ sunt actu in loco, ait enim quod partes omnes quæ non pertinent ad superficiem convexam, videlicet ad illam quæ immediate tangit spatium imaginarium, actu sunt in loco, ex eo quod quælibet istarum est contenta, partes vero illius superficiei convexæ solum sunt in loco in potentia. = unde patet imprimis solutio ad illas rationes, cum nullæ partes pertinentes ad primam sphæram sint aliquomodo divisæ et contiguæ quod necessarium erat ut actu essent in loco = § = [illegible] difficile arguitur = prima sphæra, seu primum cælum movetur localiter ergo prima sphæra secundum se totam est in loco. antecedens supponit, et probatur. consequentia. quia motus localis, omnino convenit corpori existenti in loco. ergo si prima sphæra movetur localiter prima sphæra est secundum se actu in loco. antecedens videtur notum, quod motus localis esse nisi nisi deserendo terminum a quo, et acquirendo terminum ad quem. sed terminus a quo

in motu locali est locus derelictus, et terminus ad quem est locus acquisitus. q° unice pot.
exerceri motus localis in corpore existenti in loco. = Communiter resp. huic arg.o qd
et sibi obicit Aristoteles, et Angelicus Mag.r qd ut prima sphera moveatur localiter
sufficit qd sit in loco, per accidens, idest ratione suarum partium quae sunt in loco saltim
in potentia. = S. dra hanc legitimam solut. opponit sibi Angel. Mag.r illum explicans
q° sequeretur qd primus conveniret motus localis per accidens, quam per se, qd est incoheren-
tium cum generaliter loquendo primus sit id quod est per se tale, quam qd est per accidens
tale, sequela declaratur ex q° si esse in loco illum conveniret alicui per
accidens, motum in loco illum conveniet per accidens = S. Respondet, qd prima
sphera movetur per se localiter, cum sit talis motus primus omnium, et mensura caete-
rorum motuum. at ut per se moveatur localiter sufficit qd sit in loco per accidens
cuius ratio assignari potest ex eo q° cum actiones sint suppositorum, et existentis
primum est qd motus conveniat toti, quam suis partibus; esse autem in loco, cum
non sit actio, hinc est qd per prius convenire possit partibus quam toti, qd ex
illis dependet. ad cuius evidentiam notat Angelicus Mag.r qd cum motus primi
mobilis sit omnium motuum praestantissimus, debet per se minus supponere de im-
perfectione, et cum esse per se in loco sit de genere imperfectorum, cum arguat
dependentiam a locante, inde est, qd est quid perfectius esse per accidens in loco
quam qd esse per se, siquidem qd est per accidens in loco magis accedit
ad uniformitatem rerum quae sunt supra corpus, et cum supremum infimi debeat
attingere infimum supremi inde oritur qd prima sphaera quae est inter corpora
supremum, attingere debeat aliquomodo uniformitatem substantiarum separatarum,
quam perfectius imitatur si illum est per accidens in loco. etenim esse perfecte
in loco dicit esse circumscriptum, et limitatum per corpus locans, qd utique quid
imperfectius est quam carentia huius circumscriptionis, cum illa carentia
non arguat illam positivam limitationem, s. tantum liminationem intrinsecam
non autem illam quae ab extrinseco corpore locante dependet. = Solutio
huius argumenti est in sententia Aristotelis, qui ex una parte putavit primam
sphaeram esse primum mobile, et ex alia asserit illum motum esse per se talem
at in vera theologorum sententia quae docet qd prima sphera est caelum
Empyreum qd nullo modo moveri pot. non habet difficultatem hoc arg.m cum
supponat falsum, videlicet primam sphaeram moveri. = verum q° absolute
non implicat qd prima sphaera moveatur et sit primum mobile, ideo admittitur
argum.um cum suis replicis, et respondetur modo dicto. —— Pro coronide interro-
gatur an corpus gloriosum, qd est supra caelum Empyreum, sit in loco, = Resp.o est
negativa, cum illud corpus nullo modo circumscribatur ab alio corpore locante;
potest tamen dici qd est in loco per accidens ratione suarum partium quae sunt in loco
in potentia, quatenus una pot. circumscribi ab alia, casu videlicet qd una ab alia
separetur. tamen sint continuae, s. eodem modo quo diximus de partibus primae sphaerae (.
verum in corpore glorioso aliquae partes possunt assignari, quae actu sint in loco
videlicet si cum una manu aliquid circumdes. vel aliquae positivum corporis partes
illae contentae possunt dici esse actu in loco, at hoc non obstante supremus non sunt in loco
cum praecipue non sint separatae, quippe sunt unitae inter se ratione totius cui uniuntur.

dices corpus gloriosum movetur localiter, siquidem per transire potest ad libitum quamlibet distantiam supra Empireum, videlicet si deambulat, a parte orientis ad occidentalem partem, vel e contra = respondeo motum istum propie non arguere quod mutet locum, idest quod deserat terminum a quo idest locum a, et acquirat terminum ad quem, idest locum B. siquidem si non est in loco cum ibi non detur locus circumscribens, quomodo potest relinquere locum, a. et acquirere locum B. dicitur mutare distantiam, quae talis est respectu Empirei, nonvero quae talis sit respectu corporis locantis, cum istud non detur. = dices, et valide, quod motus ille medio quo deambulat corpus gloriosum, ab oriente in occidens vel econtra, vel ab aquilone ad meridiem, requirit non exerceri inter terminos, a quo, et ad quem, universim equidem repugnat motus sine istis terminis, cum repugnat motus non specificatus, et constitutus in aliqua specie, et motus speciem desumit a terminis. = Respondeo quod etsi ars [illegible] repugnat, tamen non possumus dicere illum motum terminos posse habere qui positive tales sint, cum ibi non detur corpus a quo circumscribantur corpora gloriosa, dantur tamen ibi termini imaginarij cum fingere possimus relinquere hoc spacium, et acquirere illud, et isti termini sufficiunt ad illum motum, quippe cum sit motus corporum praestantissimorum, debet minus habere de dependentia, et magis accedere ad uniformitatem substantiae separatarum. etenim supremum infimi attingit infimum supremi = praeterquam quod distantia inter illos terminos imaginarios positive diminuitur per ipsum caelum Empireum, a cuius una parte posite discedit, et ad cuius aliam positive accedit. =

Quaest. 3. Utrum duo Corpora possint esse simul in eodem loco?

=§= Praemittunt certa = difficultas procedit de simultate, et coexistentia duorum corporum in eodem loco. et quidem de coexistentia praesentialitatis, non quantitatis. Sed modo extenso, et dibisibili, et cuius intelligentia notandum est, quod quantitas praeter suum effectum primarium, qui est extensio partium in toto, seu in ordine ad se tribuit etiam corpori cui inest, quod ubique est corpus de predicamento substantiae, alios effectus, qui istius effectus secundarij dicuntur, et sunt, quorum primus effectus est extensio partium in ordine ad locum, faciendo videlicet quod quaelibet pars corporis existentis in loco correspondeat suae speciali parti loci alter effectus eiusdem quantitatis est expellere aliud corpus, a loco, etenim ex eo quod partes corporis extensae sunt in ordine ad locum expelli naturaliter aliud corpus ab eo loco. = igitur quod in praesenti inquiritur an duo corpora possint esse simul in eodem loco, sermo est de existentia duorum corporum quorum quantitas reddit tamen extensa in ordine ad se, iste enim effectus est praeter primarium inseparabilis a quantitate

Ultum in ordine ad locum, unde difficultas est an duo corpora, quae conservant suam quantitatem extensam in ordine ad locum possint esse simul in eodem loco, unde est idem ac inquirere, an stante quantitate extensa in ordine ad locum possit ab ea separari expulsio alterius corporis ab eodem loco, ita ut talia corpora penetrentur, ubi quoque notandum est, quod penetratio nil aliud est quam quod unum corpus cum alio penetratum tangat secundum se totum omnes partes extensas alterius corporis. quippe si totum ultimum unius corporis tangit ultimum alterius corporis contigui, hoc non erit penetrari, seu esse simul, sed potius in diversis locis. unde quando inquiritur an duo corpora possint esse simul in eodem loco est idem ac inquirere an duo corpora possint penetrari. Dicendum cum pluribus ut certum supponimus quod naturaliter loquendo impossibile est duo corpora penetrari, et esse simul in eodem loco, quod experientia comprobatur, videmus enim quod quodlibet corpus expellit aliud ut sit in aliquo loco. quinimo naturaliter fiunt terraemotus, eo quia in cavernis, et intimis terrae generatur ignis vel aer, et cum ignis vel aer exigat maiorem locum quam illud quod datur ibi ubi generatur aer, ex vaporibus, vel ignis ex eisdem vaporibus, et influxu caelorum, rumpit terram, eamque dividit et movet, ut occupat maiorem locum, et locum suum naturalem, qui est supra terram, si autem naturaliter duo corpora penetrari possent non est cur cum tali impetu, et violentia exiret ignis vel aer ex intimo terrae movendo totam molem huius inferioris elementi. Similiter, in instrumentis bellicis, quae cum sulphure ignito emittunt violenter globos plumbeos constat similiter haec experientia etenim cum ignis genitus in sulphure, exigat maiorem locum quam ille qui datur intra instrumentum, proinde impellit valde violenter plumbeum globum, ut ignis ille occupet locum sibi sufficientem, si autem penetratio naturaliter fieri posset ignis penetraretur cum instrumento bellico, et cum plumbeo globo, unde non sic ita violenter illum expelleret. = Nec contra has experientias valet opponere quod naturaliter aliquando videntur penetrata aliqua corpora. Ut videre est primo in ferro ignito, quippe ferrum illud eumdem locum occupat secundum se, ac quando habet ignem, unde ignis cum ... sit requirit non penetrari cum ferro. = Secundo idem apparet in vase pleno cinere, quod recipit eamdem aquam ac reciperet sine cinere, ergo est quia naturaliter cinis et aqua penetrantur. = Tertio idem constat in vase pleno aqua in quod potest infundi tot nummos aureos, ac ipsum vas recipere posset sine aqua. ergo videtur dicendum penetrationem aliquorum corporum naturalem esse. = Non inquam valet opponere istas experientias vel alias similes, etenim nullo in casu datur vel dabilis penetratio naturaliter, unde ad illud de ferro ignito, respondeo ferrum, et quodlibet metallum esse valde porosum, unde ignis generatur in illis poris, et sic ferrum ignitum comburit absque eo quod inferre liceat ignem cum ferro penetrari. ad illud de cineribus, respondeo similiter cineres esse valde porosos unde quando sicca sunt in vase, aerem admittunt, proinde quando effunditur paulatim aqua in vase cineribus pleno exit aer ut intro ducatur aqua, quae numquam in tanta quantitate mathematice ac infundi posset si vas cineribus non esset plenum.

Physice corpus simul ab eadem superficie continentis, et circumscribitur, in cavitate loci, proinde et unius ...

ad tertium de nummis aureis Resp. experientiam potius docere nos contrarium quia
ex eo paulatim infundantur nummi aurei, aliqua aqua superfluit, et cadit
de vase, illo, praeterquam quod aqua elevatur aliquando in modum globi supra
os vasis, signum quod est quod non datur penetratio alioquin aqua non quaereret maiorem
locum: verum quia aliquos nummos accipere potest vas absque eo quod effundatur aqua
Resp. nummos esse porosos et in poros ingredi aquam, et quae ibi ingreditur potest
occupat locum ex aere assumptum. ut videtur manifeste dum aqua supra vas
globum efformat. unde numquam verificari potest quod detur penetratio duorum corporum
naturaliter. = Difficultas quoad primum reducitur ad posse supernaturaliter
absoluta potentia, utrum supernaturaliter duo corpora extensa in ordine
ad locum penetrari possint, ita videlicet quod eadem superficies concava loci
contineat primo modo unius illas duas superficies convexas corporum penetra-
torum. Dixi duo corpora extensa, nam si unum unice est extensum, et ab alio
impeditur miraculose extensio in ordine ad locum, solum remanet extensum
in ordine ad se, tunc talia duo corpora proprie non sunt penetrata, sicut
illa duo corpora non sunt aequaliter in loco, cum unice sit proprie in loco
corpus extensum in ordine ad locum, et aliud corpus in ordine ad locum, solum
habeat modum indivisibile, quo pacto est corpus Christi sub speciebus panis
etenim in illo casu. Ubi quantitas panis conversi in corpus Christi est proprie
in loco, et corpus Christi non est sub speciebus localiter, sed modo indivisibili
cum praesentia Sacramentali, quae magis pertinet ad praesentiam definitivam
quam ad localem, dixi magis pertinere ad praesentiam definitivam, quia revera
ille modus quem habet Corpus Christi sub speciebus consecrati panis, non est
proprie praesentia definitiva, ista enim praesentia definita est propria substan-
tiarum spiritualium, illa quoad praesentia corporis Christi proprie dicitur Sacramen-
talis, quae est miraculosa, et valde mirabilis = [illegible] = referuntur sententiae.
et statuitur Conclusio = duplex in praesenti circumfertur sententia prima, et commu-
nis theologorum cum D. Th. in 4. dist. 44. q. 2. ar. 2. docet supernaturaliter
posse duo corpora, imo et plura, penetrari, et existere coextensa, sub eadem
superficie concava loci. hanc tenent fere omnes theologi paucis exceptis
Secunda sententia est Durandi in 4. dist. 44. q. 6. qui docet probabile
quod nec de potentia absoluta possunt duo corpora penetrari. quamquam ipse Dur...
ibidem et sententiam affirmativam ut probabilem defendat unde problematice
defendit utrumque = Sit nostra Conclusio. Supernaturaliter loquendo, et inspecto
absoluto, et extraordinario posse, duo vel plura corpora possunt coexistere
penetrata in eodem loco. Ratione, et exemplis probatur nostra Conclusio. ratio
quia unum corpus extensum in ordine ad locum aliud extensum similiter expellere a
eodem loco, vel est efficienter, vel est formaliter; quocumque modo impediri
potest a Deo talis expulsio, quare possibile est duo corpora existere extensa
simul in eodem loco. caetera patent et probatur minor. et in primis si talis expu...

provenit velit in linea Causæ efficientis, impediri potest a Deo suum denegando concursum, ut et cuilibet causæ efficienti illum denegare potest: quo circa, ignis babiloniæ furni non combussit illos tres pueros Sidracum, Misach, et Abdenago; Si autem talis expulsio exerceatur ut probabilius iudico, in genere causæ formalis, etiam impediri potest a Deo. Ergo possibile est duo corpora penetrata coexistere extensa in eodem loco. ans. prima patet inter secundum manet probandum, probatur quo ad 2. quia nulla est repugnantia in eo quod effectus formalis secundarius impediatur existente forma communicata subiecto. Sed si expulsio unius corporis ab eodem loco, in eodem existente alio, exercetur in genere causæ formalis, talis expulsio est effectus secundarius ergo impediri potest a Deo. maior constat in ipsa quantitate quia extensio in ordine ad locum quæ effectus secundarius est positivus in genere causæ formalis et de facto impeditur in quantitate corporis Christi existentis sub speciebus panis, probatur ergo minor. quia quantitatis aliud corpus expellere est effectus quantitatis non ita intimior ac extensio in ordine ad locum. Sed extensio in ordine ad locum est effectus secundarius, ergo et expulsio alterius corporis ab eodem loco, maior. in qua stare poterat aliqua difficultas constat, quia hæc causalis est vera et a priori, ideo unum corpus expellit aliud ab eodem loco, quia utrumque est extensum, ergo intimior effectus est extensio in ordine ad locum, quam expulsio. = dices cum Durando, quod esto extensio in ordine ad locum sit effectus secundarius respectu quantitatis, et ab illa separabilis, ut patet in corpore Christi existentis sub speciebus panis, tamen si semel supponitur quantitas extensa non solum in ordine ad se, sed etiam in ordine ad locum, ut supponitur quando penetratio stabiliri desideratur, quod assumptum probari potest ex eo quod expulsio et extensio localis sunt idem formaliter in re effectus formalis, et si quoad explicari et gramaticaliter videantur duo effectus formales. ergo implicat unum corpus extensum in ordine ad locum, coexistere cum alio corpore similiter extenso in eodem loco = Sed 2º et nego ans, sicut et nego ans quod assumitur in probationem, quippe extensio in ordine ad locum sunt duo effectus realiter diversi et unus ab alio separabilis, nam causalis illa, videlicet ista, ideo unum corpus expellit ab eodem loco aliud corpus quia utrumque est extensum, est non solum logica, sed fisica, Sed causalis fisica arguit distinctionem realem causæ ad effectum ergo absolute separabilis est expulsio ab extensione = Ab exemplis probatur nostra

Pro 1º et ex illis roborata hæc nostra supra efformata ratio a priori. Sit primum ex parte Virginis, namque Christus Dominus exivit e virginis utero, illeso, et in diviso claustro. ergo necessario dicendum est corpus Christi utrumque extensum in ordine ad locum penetratum fuisse, cum corpore virginis. = Sit secundum, in resurrectione Christi, quippe Christus Dominus exivit e sepulchro non resarato lapide, ergo corpus Christi gloriosum penetratum fuit cum lapide sepulchri = Sit tertium de ingressu Christi ad discipulos ut dicitur. Joan. 20. ianuis clausis, ergo Corpus Christi fuit penetratum cum ianuis. = Sit 4. in ascensione Domini, namque ut dicit. Apostolus ad Hebreos. 4. habemus ergo Pontificem qui penetravit cælos, Iesum. ergo corpus Christi in ascensione ad cælos fuit penetratum cum cælis.

solutiones quas praestat Durandus sunt caute legendae; quippe mihi videntur
parum tutae in fide. Respondet 1.o difficile ad illud de partu virginis. 1.o
quod Christus exivit de utero ad praesepe, non pertransito medio. Et hanc respon-
sionem ita approbat Oviedo Controv. 15. punct. 15. n. 6. unde iste modus di-
cendi affirmat, quod Christus exivit de virginis utero, relicta praesentia locali
quam habebat intra uterum, et immediate acquisita alia ad praesepe, ut = Sed
contra quia iste modus dicendi non salvat nativitatem exitus, contra illud symboli
natus ex Maria virgine. assumptum patet ex eo, quia nativitas dicit exitum
tiam filii nascentis intra uterum maternum, et egressum verum per claustra. =
Respondet 2.o idem Durandus quod partes claustri virgi-
nalis fuisse dilatatas ut Christus exiret, modo quod fieret infantis innocentis, absque
dolore = Sed contra quia hoc derogat integritati virginis, quam esse virginem
non solum ante partum, sed in partu, et post partum catholice fatemur
etenim virginitas dicit inscisionem et indivisionem claustri, quod si in
partes dilataverit, ad minus diminueret virginitas, contra sensum
Ecclesiae, et contra sanctos Patres, unde Aug. serm. 15. de tempore ait *
Crevit in eius partu integritas corporis, potius, quam decrevit, et
virginitas ampliata est potius, quam fugata * quippe et non solum di-
minueretur virginitas in illo casu sed auferretur, cum deficeret illa
integritas et indivisio. = ad secundum exemplum de exitu Christi de sepulchro
non reserato lapide respondet Durandus, quod exivit per rimulas lapidis, 1.
quod et respondet ad tertium de ingressu Domini ad discipulos ianuis clausis. =
contra quia hoc videtur contra sincerum et genuinum loquendi modum ex sacra pagina
dicit enim, quod introivit cum fores essent clausae, quo vult Scriptura commendare
potestatem corporis gloriosi, cui non impedit aliud corpus efficiendo quod et quod sit
in eodem loco. praeterquam quod talis exitus de sepulchro, per rimulas, et in-
gressus ad discipulos in coenaculum per rimulas necessario arguit alterationem par-
tium et divisionem partium corporis gloriosi, quod videtur esse contra eius excellentiam
Rursum contra haec solutio praestari nequit ad ultimum de ascensione Domini ad
caelos quippe in caelis non sunt rimulae, neque scissiones. dicendum quod est quod dabilis
est penetratio, et quod de facto accidit in casibus positis = Respondere, a dil.
de ascensione, quod Christus Dominus ascendit ad caelos non pertransito medio, ita
quod post praesentiam localem Christi ad elementum acquisivit immediate praesentiam
localem in Empireo ad dexteram Patris, et derogat veritati ascensionis
quippe ascensus dicit verum motum, et derogat veritati verborum Pauli,
dicit quod noster Pontifex penetravit Caelos. sicque penetravit, quia
Corpus Christi, et caeli fuerunt in eodem loco. = quia = solvitur speciale argumentum
si duo corpora penetrata possent esse in eodem loco, unum corpus posset esse
in duobus locis, sed hoc est impossibile. quia et illud ex quo sequitur.

probatur mai. quia si duo corpora possent coexistere in eodem loco, dualitas cor-
poris non dependeret ab unitate loci, et si dualitas corporis non dependet
ab unitate loci, neque dualitas loci dependet ab unitate Corporis; ergo si duo
corpora possunt coexistere in eodem loco, unus Corpus existens poterit in duo-
bus locis. caetera patent, et probatur min.

[illegible]

Si dualitas Corporis est independens ab unitate Loci; dualitas loci
est independens etiam ab unitate corporis; Sed si dualitas
loci est independens ab unitate Corporis, unus corpus poterit esse
in duplici locis; ergo si dualitas Corporis non dependet ab unitate
loci neque dualitas loci dependet ab unitate Corporis. probatur maior
nam caetera patent, quia si dualitas corporis est independens
ab unitate Loci unitas loci non sumitur ab unitate corporis exis-
tentis in loco. Sed si unitas loci non desumitur ab unitate corporis
existentis in loco, dualitas loci est independens ab unitate corporis;
ergo si dualitas Corporis est independens ab unitate loci, dualitas loci
erit etiam independens ab unitate Corporis, et probatur min. quia ab eodem
principio a quo sumitur unitas individualis et numerica, sumitur distinctio et
numerica, solum addita divisione ex parte principii causantis unitatem, ergo si
unitas numerica loci non sumitur ab unitate corporis, existentis in loco, siquidem
in unus corpus, iam plura penetrata in eodem loco existere possunt, sic neque dua-
litas loci dependet ab unitate, vel dualitate corporis = Respondeo ad hoc
argumentum negando maiorem, ad cuius probationem concessa maiori, distinguo nam duo cor-
pora penetrata in eodem loco existunt, unde et datur dualitas corporis cum
unitate loci. proinde quia dualitas corporis non sumitur ab unitate loci,
et ratio a priori est, quia locus est quid extrinsecus corpori locato, unde pro prio-
ri ad locus intelligitur corpus cum sua unitate, sic ergo concessa maiori distinguo
min. dualitas loci non dependet ab unitate corporis, acquisitive, nego min.
constitutive concedo min. et nego conseq. explicatur distinctio. quia locus
non constituitur per corpus existens in ipso, sed neque corpus per locum, constituitur
enim locus per distantias ad polos mundi modo quo explicuimus quando de quidditate
loci disquirebamus, ast, stante dualitate locorum requirit non acquirit dualitas
corporum existentium in loco, eo quod corpus existens in loco a, divisum est
a corpore existente in loco b. et divisio quantitatis continue destruit unitatis

numericus, & ponit dualitatem, cum unum sit indivisum in se, & divisum a quolibet alio. Et per hoc patet solutio ad alias probationes, distinguatur enim maior sub [illegible] eisdem terminis, & similiter minor syllogismi sequentis, quae solutio non infringit altera probatio.

Rursus obiicies aliud argumentum. penetrari possunt duo loca, ergo unum corpus poterit esse in duobus locis = Respondeo 1º. datur antecedens, distinguo consequens. ergo unum corpus poterit esse in duobus locis penetratis, transeat consequens, alio modo negatur. Consequentia vigeret si Deus penetrat Salmanticam cum Roma, existens Salmanticae, & Romae existet. = Secundo Respondeo & forsan melius negando antecedens, nam locus in esse loci penetrari nequit, eo quia cum locus sit quid indivisibile & immobile praecipue penetrari nequit, praesertim quia quid cum locus consistat in illa relatione distantiae ad polos mundi, seu ut formalius loquar, cum locus fundet illam relationem distantiae, si Deus penetraret duo loca, quodlibet diceret eandem distantiam ad polos mundi unde non essent duo loca, sed unus Locus. Ergo dicendum est quod esto corpora penetrari possint, loca in esse talium penetrari nequeunt.

Q. 4. Utrum idem numero corpus possit esse circumscriptive in duobus Locis?

Procedit difficultas de existentia unius corporis modo circumscriptivo, et extenso, in duplici loco. Nam existere circumscriptive in uno loco, [illegible] & aliam praesentiam alio modo sortiri non est impossibile, quippe de facto ut fides docet corpus Christi est circumscriptive in caelo, & sacramentaliter sub speciebus Eucharisticis. duplex extreme opposita sententia versatur in hac parte. 1a est Angelici Magistri in 4. dist. 10. q. 2. ar. 3. ad 3. & dist. 44. q. 2. ar. 2. & alibi qui docet implicare quod idem numero corpus sit in duobus locis circumscriptive. Sequuntur Angelicum Magistrum omnes eius discipuli excepto M. [illegible] qui etsi probabilem iudicat sententiam Angelici Doctoris probabiliorem indicat oppositam. hanc eandem sententiam tenet S. Bonavent. in 4. dist. 44. Durandus ibidem q. 6. hanc eandem sententiam docuit absque dubio D. Aug. Lib. 10. contra Faustum cap. 1 ubi sanctus Doctor probat contra Manichaeos Christum Dominum non potuisse esse modo extenso in Luna, & in Cruce, ut ipsi asserebant, etenim ut argumentum Divi Augustini esset efficax debebat procedere de potentia absoluta, nam modo naturali nullus affirmat unum corpus modo extenso posse in duobus locis. est etiam haec sententia Dr. D. Anselmus in Monologio. Cap. 20. ex patribus Societatis tenet hanc sententiam Vazquez tom. 3. in 3. p. disp. 189. c. 4. & alii pauci. 2a sententia quae docet quod de potentia absoluta potest unum & idem corpus esse in duobus locis modo circumscriptivo, tenet Scotus in 4. dist. 10. q. 3. & communiter eius discipuli; hanc Scoti sententiam docent quamplures ex Jesuitis

- Supponitur sensus difficultatis & referuntur sententiae.

cum Eximio Suario in Metaph. disp. 48. sect. 9. & tomo 3. in 3. p. disp. 8. sect. 9. & noster Sapientissimus Aversa in praesenti q. 27. sect. 5. = § = Statuitur [illegible]

Sit nostra 1.a sententia Angelici Magistri, vnde dicimus implicat quod vnum idem numero corpus sit simul circumscriptive in duobus locis. Cuius verba Angelici magistri clarissima sint placet illa referre in nostrae 1.is subsidium. etenim in 4 dist. 44. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 4. haec habet verba * Vnum corpus esse simul localiter in duobus locis, non potest fieri per miraculum * similiter quodlibeto 3. ar. 2. haec ait * quod corpus esse in duplici loco circumscriptive est ponere duo contradictoria simul * ratio huius sumitur ex implicatione quae implicatio, reducitur ad hanc formam. Si vnum corpus esset in duobus locis circumscriptive esset idem corpus et non esset idem corpus, sed hoc est impossibile, ergo impossibile est quod idem numero corpus sit in duobus locis circumscriptive. sequella maioris probatur et in primis quod esset idem corpus ab omnibus supponitur, aliunde non daretur locus quaestioni. probatur ergo quod non esset idem numero corpus, esse vnum corpus dicit necessario esse indivisum in se, sed non esset indivisum in se, ergo non esset idem corpus. maior constat ex diffinitione vnius, quippe vnum est indivisum in se, probatur minor. esset divisum a se, ergo non esset indivisum in se. probatur ans, divisum est illud inter cuius partem, et partem intercedit et mediat quantitas realis realiter distincta a parte, et parte, sed inter illud corpus quod dicitur idem, mediaret, inter partem, et partem quantitas realis realiter distincta, ergo esset divisum a se, probatur min. nam si illud corpus esset hic Salmanticae, et alibi, v.g. Romae mediaret vtique omnis quantitas quae intercedit inter Romam et Salmanticam. ergo inter partem et partem mediaret quantitas realis realiter distincta. = confirmatur, nam sicut illud corpus dicitur posse esse in duobus locis distantibus, posset similiter esse in duobus locis contiguis, hoc supposito sic argumentur, illud corpus esset contiguum sibi ipsi, ergo non esset idem, probatur consequentia quia contiguum est quorum vltima sunt simul, sed ea quorum vltima sunt simul non sunt eadem, sed divisa, ergo illud corpus esset divisum a se, minor probatur quia ea quae sunt idem sunt illa quorum vltima sunt vnum et vnita, ergo ea quorum vltima sunt simul non sunt eadem. proinde illud corpus esset idem, et non esset idem. = huic rationi respondent adversarii quod illud corpus esset divisum a se, et ad probationem in contrarium dicunt, quod quantitas realis quae videtur intercedere inter ipsum corpus quod est hic Salmanticae, et alibi Romae, [illegible] non intercederet, inter ipsum, et ipsum corpus, sed inter hanc, et hanc praesentiam localem, quae cum accidens sit multiplicari potest immultiplicata entitate substantiali eiusdem corporis; quod et instant, in corpore Christi nam inter corpus Christi circumscriptive existentis in Caelo, et sacramentaliter sub speciebus Eucharistiae, intercedit quantitas caelorum, et elementorum, ; atqui talis intercedentia quantitatis non est proprie inter ipsum, et ipsum entitative et substantialiter inspectum, sed inter praesentiam, et praesentiam, ergo similiter stare poterit quod inter illud idem corpus Salmanticae, et Romae existens intercederet quantitas realis, quin illa intercedentia esset inter ipsum, et ipsum

substantialiter inspectum, s. inter praesentiam, et praesentiam. = s. Ultra, quia impli-
cat quantitatem realem vere et realiter intercedere inter praesentiam localem
et circumscriptivam, et alteram praesentiam etiam localem, et circumscriptivam,
eiusdem corporis, quin vere et realiter intercedat, inter ipsas, et ipsum
substantialiter et entitative inspectum, quod revera tale corpus esset, et non esset
idem. probatur ant. quia implicat quod multiplicetur illa praesentia localis quin
multiplicetur quantitas eiusdem corporis, s. multiplicata quantitate eiusdem
corporis, divideretur substantialiter corpus, quod implicat quantitatem realem
vere intercedere inter praesentiam, et praesentiam circumscriptivam, quin vere et
realiter intercederet inter ipsas, et ipsum corpus entitative, et substantialiter inspectum.
probatur maior probanda postea minor. quia implicat effectum secundarium multi-
plicari non multiplicato primario a quo essentialiter dependet, s. extensio
localis seu commensuratio corporis quanti ad locum, a qua provenit unica
praesentia localis est effectus secundarius quantitatis essentialiter supponens
quantitatem, quod implicat multiplicari praesentiam localem quin multipli-
cetur quantitas. quod autem praesentia localis seu extensio in ordine ad locum sit
effectus secundarius quantitatis, et quantitatem essentialiter supponat vide-
tur evidens, quippe extensio in ordine ad locum nequit intelligi non praesupposita
extensione in ordine ad se, prius est enim necesse quod est ad se, quam quod est ad aliud.
s. extensio in ordine ad se, est formalissime ipsa quantitas cum quantitas essentia-
liter consistat in extensione partium in ordine ad se, quod extensio in ordine ad locum
et praesentia localis dependet essentialiter a quantitate, et est effectus secunda-
rius ipsius, quod implicat quod multiplicetur illa praesentia localis quin
multiplicetur quantitas. igitur probatur illa min. quae probanda relinquebatur, quia
quod multiplicata quantitate non potest non praestare suum primarium effectum
substantiae cui inhaeret, s. effectus primarius adaequatus quantitatis
necessario est divisio substantiae cui inhaeret, quod multiplicata quantitate
eiusdem corporis divideretur necessario corpus, quod de primo ad ultimum impli-
cat quod intercedat quantitas realis inter praesentiam, et praesentiam localem, quin
etiam intercedat inter ipsas, et ipsum corpus, ac proinde esset idem et non
esset idem quod includit chimaeram. = ad instantiam de intercedentia
quantitatis caelorum, et elementorum. inter praesentiam corporis Christi, in caelo, et
in speciebus Eucharisticis respondeo. Christus Dominus non esse in sacramento
praesentia praesentia locali, sed praesentia quadam mirabili. quae communiter a theologis
dicitur praesentia sacramentalis, imo neque talis praesentia est definitiva, ut quidam
putaverunt Oviedo, et Spinula. asserentes talem praesentiam esse definitivam,
quod ut certum desuper supponunt, verumtamen sua existimatio nascitur ex aequi-
vocatione, quippe praesentia definitiva convenit rebus spiritualibus
scilicet Angelis dum localiter dicuntur praesentes. cum ipsi circumscripti a loco existere
nequeant. quod autem praesentia quam habet corpus Christi sub sacramentalibus spe-
ciebus definitiva non sit constat ex eo, quod praesentia definitiva

illis convenit substantiae ratione quantitatis virtutis, quae definitam, et limitatam habet ad aliquem locum cum exclusione existendi alibi, ut patet in Angelis, qui ratione quantitatis virtutis existunt in loco, ita ut dum ad istum existunt alicubi, alibi existere nequeunt, adhuc in specie absoluta posse, at Corpus Christi existit in Eucharistia, non ratione alicuius quantitatis virtutis finitae et limitatae ad aliquas species, sed ratione conversionis panis in ipsum, quo pacto ita existit sub his speciebus consecratis, ut sub aliis, et sub aliis existere valeat. unde talis modus existendi sub his speciebus non includit negationem existendi ut diversum sub aliis speciebus, ergo praesentia quam habet Corpus Christi in Eucharistia non est definitiva, sed alia mirabilior, et ineffabilior, quae communiter dicitur a Patribus praesentia sacramentalis. sed hoc alibi dicitur, videlicet ad tractatum de admirabili Sacramento Eucharistiae = Est igitur Christi praesens in Eucharistia non localiter neque definitive, sed tota indivisibiliter, et ad modum substantiae ac supra omnem modum existendi quantitive, unde Christi corpus in Sacramento non distat ab ipso prout in Caelo quippe distantia, vel indistantia, attenditur penes quantitatem. unde et Christus dum est in Sacramento non dicitur quod extra coelum, vel intra. nam istae differentiae videlicet intra, vel Extra. sunt differentiae unice natae convenire corpori ratione quantitatis. Et per hoc fit solutio ad instantiam supra factam. de intercedentia quantitatis, coelorum et elementorum inter corpus Christi, prout in coelo et ipsum corpus prout in Eucharistia, dicimus enim quod non solum non datur intercedentia quantitatis inter ipsum et ipsum. sed neque inter praesentiam et praesentiam. nam intercedentia solum dari potest inter quantitatem, et quantitatem, seu inter praesentiam, et praesentiam localem quam non habet Christus prout in Eucharistia unde manet idem corpus Christi in coelo, et in Sacramento, quin exinde neque apparenter inferre liceat idem corpus posse existere circumscriptive in duobus locis. = Replicabis, et stringis difficultatem. Corpus Christi dum est in Eucharistia habet suam propriam quantitatem, et proinde habet sub speciebus effectum primarium ipsius quantitatis, qui est extensio partium in toto, seu extensio partium in ordine ad totum, ergo nulla est repugnantia ut ibi etiam ponatur effectus secundarius ipsius quantitatis, qui est extensio partium in ordine ad locum. tunc sic sed posito isto effectu secundario idem Corpus esset in duplici, et multiplici loco, ergo nulla est repugnantia in eo quod idem corpus sit in duplici loco. minor subsumpta cum sua consequentia exponitur infra, prima autem ex antecedenti probatur. ~~[struck through text]~~ quia ideo repugnaret quod poneretur ille effectus secundarius. quia inde sequitur multiplicari effectum secundarium. quin et primarium multiplicatum; sed sub speciebus habet corpus Christi quantitatem, et suum effectum primarium. ergo et habere potest ibi effectum secundarium. = Respondeo explicando primum argumentum: Corpus Christi dum est in Eucharistia habet suam propriam quantitatem et eius effectum primarium, si sermo sit de quantitate indistincta ab illa quam habet in coelo concedo argumentum. si de quantitate distincta nego minorem et consequentiam. seu nego suppositum consequentis nam illud verbum ibi positum in consequenti est adverbium loci, unde signat, vel denotat quod substantia et quantitas corporis Christi in speciebus Eucharisticis existit et est praesens localiter, quod est falsum. proinde esto Corpus Christi in Eucharistia habeat suam quantitatem propriam. secundum suum primarium effectum cum in Eucharistia corpus Christi habeat partes ordinatas in ordine ad se

tamen in Eucharistia non possit habere extensionem localem, non multiplicato
isto effectu secundario qualis est localis extensio, non multiplicato effectu pri-
mario ipsius quantitatis, seu non multiplicata quantitate, nam ut diximus, et
ipsa quantitas corporis Christi absque divisione quae est in Euch.a et quae est in Caelo
si autem in Eucharistia extenderetur localiter absdubio divideretur, cum daretur
realis intercedentia alterius quantitatis inter ipsam, et ipsam quantitatem corporis
Christi, et proinde eveniret argumentum factum videlicet quod esset idem corpus Christi
et non esset idem corpus Christi, quippe esset indivisum in se, et divisum in
fiunt aliqui nostri Th.i ex eo quod si unum corpus posset esse in duplici loco
circumscriptive, posset esse in pluribus imo, et in infinitis, ~~sequella~~ ad
hoc est impossibile, ergo unum corpus non potest esse in duplici loco circumscrip
sequella videtur nota. unde inferunt quod illud corpus esset immensum, cum posset
esse ubique. = ~~[illegible]~~ verum haec ratio mihi efficax non videtur, nam
cessa sequella adhuc illud corpus non esset immensum, cum illam existen-
ubique posse non posset acquirere corpus illud. si dependenter a Deo mu-
plicante extensionem localem, et immensum non dependet ab alio in ordine
adimplendum locum media sua quantitatis virtute. sic de facto corpus Christi non
est immensum quod etiam posit esse in infinitis speciebus panis. si de
tamen hoc habeat dependenter ab actione consecrativa, et a conversione
panis in ipsum, non exinde potest fore immensum. = Exponitur fundamentum
sententiae = Si unum corpus non posset esse in duobus locis, modo circumscriptivo

oppositiones primo.

vel esset repugnantia orta ratione suae quantitatis, vel ratione modi
existit in loco; sed ex nullo capite repugnat; ergo unum corpus potest existere
duobus locis. maior videtur nota, quippe ratione suae substantiae nequit ponere
ista implicatio, cum substantia secundum se abstrahat a loco, et a localitate
quo pacto substantia corporis Christi et est in Caelo, et est in Euch.a
ergo min. quoad 1am partem probatur. quantitas secundum se, et secundum suum praedicatum quiddi-
tativa abstrahit a praesentia locali, quippe essentia quantitatis consistit
extensione partium substantiae in ordine ad se, seu in extensione partium in toto. unde
quantitas separabilis est a locali praesentia ut patet in quantitate corporis
sub speciebus Eucharisticis. quoad 2am autem partem probatur. quia modus
existendi localiter, est quod pars corporis existens in loco correspondeat parti
loci, et totum corpus toti loco, sed hoc ipsum haberet corpus existens in duobus
locis ergo existentia unius corporis in duplici loco non repugnat ex parte modi
existendi in loco = Resp.o concessa maiori nego min. quoad utramque partem. et ad 1am
resp.o quod etiam quantitas secundum se abstrahat a praesentia locali, tamen cum una praesentia
adaequat capacitatem quantitatis, unde conservando unam praesentiam aliam acquirere non
potest. cur autem quantitas cum una extensione in ordine ad locum nequeat ita ut
ibi existere nequeat provenit ex sua limitatione, quippe ut arguebamus divideretur
quantitas a se ipsa si haberet duplicem extensionem in ordine ad locum, et divisa quanti-
tate, et ipsa corporis substantia divideretur, unde esset idem et non esset idem corpus

similiter ergo Resp.o ad

Prosequitur Liber quartus Physicorum.

Similiter ergo respondeo ad 2am partem, quod cum de essentia modi existendi localiter sit, quod pars corporis respondeat parti loci, et totum corpus toti loco, inde oritur implicatio ut in duplici loco existat eadem quantitas et idem corpus, cum eo ipso, quod uni adaequato loco respondeat, alteri correspondere nequeat, quin dividatur, pro inde quod erit idem corpus, et non erit idem, ut in reprobatione arguebamus.

Oppones 2o. non implicat quod idem numero corpus recipiat duas quantitates adaequatas, solo numero distinctas, sed tunc casu idem corpus erit in duplici loco, ergo de potentia absoluta possibile est quod unum corpus existat in duplici loco. maior videtur vera, cum non appareat repugnantia in eo quod idem subiectum recipiat duo accidentia solo numero diversa. quod et comprobari potest paritate aliorum accidentium, etenim non videtur repugnantia in eo quod idem subiectum recipiat duas albedines, vel duos calores, vel duas alias qualitates solo numero distinctas. ergo neque repugnabit quod recipiat duas quantitates solo numero distinctas. probatur minor quia in illa hypothesi non multiplicaretur effectus secundarius immultiplicato primario. si autem effectus multiplicaretur, ergo scilicet multiplicata extensione locali quae in multiplicandum subiectum corpus iam tale corpus esset in duplici loco. ergo casu quo multiplicaretur solo numero quantitas idem corpus esset in duplici loco. — Huic certo respondet D. M. Joannes a S. Thoma, quod nostra implicatio de impossibilitate eiusdem corporis in duplici loco non currit si unum corpus habeat duplicem quantitatem. et rursus asserit quod non disputat an sit possibile de potentia absoluta quod idem corpus recipiat duas adaequatas quantitates solo numero distinctas. Sic habetur in praesenti q. 16. ar. 5. § ad tertiam instantiam.

Verum venia sapientissimi huius Magistri. Respondeo quod absolute est impossibile quod idem corpus existat in duplici loco, sicut ex professo habetur in praeiectis testimoniis ex Angelico M. vide neque hoc modo, neque altero, dicendum est, quod idem corpus possit esse in duplici loco, quippe quod Angelicus Magister dicta q. ponere unum corpus in duplici loco est ponere duo contradictoria simul, et quod hoc non potest fieri per miraculum. Simpliciter et omnibus modis dicit quod hoc repugnat. si enim posset unum corpus poni in duplici loco multiplicata numerice quantitate, quin multiplicaretur corpus, iam certe poneretur idem corpus in duplici loco non ponerentur contradictoria simul. — Respondeo ergo negando maiorem. implicat enim quod unum corpus recipiat duas quantitates adaequatas solo numero diversas, tum ex eo quod hoc videtur colligi ratione generali cuiusvis accidentis, quod eius individuatio a subiecto requirit duo accidentia solo numero diversa recipere — tum quia certo gratis conceditur quod unum subiectum potest recipere duas adaequatas albedines, vel alias duas qualitates solo numero distinctas. ~~[illegible]~~ quod impossibile iudico, tamen exinde non probatur posse unum corpus recipere duas quantitates solo numero distinctas, neque cuius individuatio sumatur a materia signata quantitate, vel connotata quantitate, requirit non multiplicari subiectum numerice multiplicata quantitate diversum, multiplicata forma requirit non multiplicari ~~[illegible]~~ effectus formalis formae 1. iuxta doctrinam in argumento contextam, multiplicata numerice quantitas, tam

quoad suos effectus primarios, quam quoad secundarios, qui est extensio in ordine ad locum; ergo multiplicari debet necessario subiectum cum effectu formali quantitatis sit dividere, et indivisionare numerice subiectum et effectus formalis quantitatis, sit extendere in ordine ad locum sit extendere in ordine ad locum ipsum subiectum ergo esset idem, et non esset idem, ergo implicatio quam nostra ratio stabilienda fuit occurrit semper, quomodocumque ponatur, vel imaginetur poni idem corpus in duplici loco. = Opponunt plurimi adversarij aliqua exempla.

Primum sumitur ex sacris litteris. ~~[illegible]~~ Christus Dominus apparuit corporaliter Paulo ut ~~[illegible]~~ docet Angelicus Mag. 3. p. q. 57 ar. 6. aliunde Apostolus Paulus non posset testis Resurrectionis Christi Domini. ut dicitur in Actibus Apost. cap. 3 Christus erat corporaliter in Caelo. iuxta illud * quem oportet Caelum suscipere usque ad tempus restitutionis omnium. * et D. Aug. relatus in decreto de consecrat. dist. 2. ait * quod donec saeculum finiatur sursum est Dominus. Ergo Christus Dominus fuit aliquando circumscriptive in duplici loco.

Secundum exemplum sumitur ex quadam naturali historia, fit dignissimo. Nempe quod D. Antonius de Padua, dum concionem haberet Patavij, eodem tempore visus est corporaliter Ulysiponis: ubi patrem suum a certa morte liberavit ergo idem. = Tertium est simile de alia ~~[illegible]~~ historia. dicitur B. Franciscus Xaverius Orientis Apostolus visus est corporaliter in duobus locis. Ergo dicendum est non repugnare quod idem Corpus sit in duplici loco. = Ad haec et ad alia similia exempla respondeo non convinci quod idem corpus sit in duplici loco. unde ad visionem D. Pauli Resp. dicitur id contigisse potuisse, per elevationem potentiae visivae Apostoli Pauli, producendo videlicet suae potentiae activitatem, ut in ipso Caelo Empireo Corpus Christi videret, quam elevationem praestare Deo facillimum est, unde Apostolus posset esse testis ocularis Resurrectionis Christi Domini, et insuper Corpus Christi corporaliter maneret in Caelo, iuxta allegata testimonia = Secundo Respondeo quod dato quod potentia visiva B. Pauli Apostoli non reciperet per elevationem activitatis, ut videret in Caelo corpus Christi existens in eo, et dato quod illud videret in propria specie, in illo eventu defuit corpus Christi ab Empireo, quod inconveniens non est, cum absentia illa a Caelo, fuisset ad breve tempus, et per modum transeuntis, quippe quod dicitur in actibus Apostolorum, est quod Caelum debetur Corpori Christi ut propria sedes ~~[illegible]~~ et ut ordinaria, et stabilis habitatio, cum quo optime stat quod possit aliquando abesse per modum transeuntis.

Ad Secundum Exemplum de B. Antonio Paduensi respondeo, quod esto in eodem tempore videretur Patavij, et Ulysiponis, tamen exinde non convincitur quod corporaliter et circumscriptive fuit utrobique, dicimus ergo quod in uno loco fuit circumscriptive, et in alio fuit in spiritu, assumpto corpore ex aere. = Et idem Resp. ad 3um de B. Francisco et ad alia quae possunt obijci similia exempla. unde numquam convincitur quod idem corpus possit esse circumscriptive in duobus locis. = Denique poterat argui contra nostram conclusionem: duo corpora possunt esse in uno loco, ergo ~~[illegible]~~ idem corpus in duplici. sed de hoc iam diximus quaestione praecedenti +

Disp. 18 de Vacuo. q. 1. quid sit vacuum, et an in rerum natura existat?

Aristoteles in hoc 4. Phisicorum cap. 7. tex. 50. determinat ad naturalem pertinere, disputare de vacuo, sicut et ad ipsum expectabat agere de loco. Et consequenter quidem quippe cum vacuum sit quid oppositum loco, ut perfectius loci natura dignoscatur, et vacui naturam oportet dignoscere. Definit ergo Aristoteles in eodem cap. tex. 53 vacuum, et ait quod vacuum est locus in quo nullus est corpus * seu ut alij dicunt vacuum est locus non repletus corpore * ubi notandum est quod alij addunt ad praefatam definitionem aliam particulam, dum asserunt quod ~~vacuum~~ vacuum est locus non repletus corpore aptus tamen repleri * quae ultima particula impertinens est, cum eo ipso, quod vacuum sit locus, intelligitur aptus ad hoc ut corpore repleatur, cum locus quilibet corpus continere possit. = cuius maiori intelligentia notandum est quod Aristoteles in praesenti non definivit vacuum pure negativum quale est illud quod supra omnes caelos imaginamur existere, quippe cum illud ad hoc universum non pertineat, et revera sit purum nihil, non debuit proinde in hac definitione definire. est igitur vacuum in duplici diff. aliud namque est pure negativum, quale est illud quod supra caelos imaginamur, vel illud quod intelligimus extitisse in ambitu huius universi antequam Deus universum hoc ex nihilo efformaret. unde quando inquirimus in praesenti, num existat vacuum in rerum natura? non procedit difficultas de vacuo negativo, quippe istud existit ex sinon in rerum natura, sed supra vel extra rerum naturam, vel ut formaliter loquar vacuum istud negativum cum nihil sit non existit = aliud autem est vacuum privativum, uti foret illud quod daretur, si Deus ut potest anihillaret ignem existentem sub concavo lunae, et aerem existentem sub concavo ignis. si ergo Deus anihilaret ista duo elementa, vel unum illorum, et impediret ne aliud corpus repleret spacium istius vel istorum elementorum, talis locus, videlicet concavum lunae, esset quidem locus, cum aptitudinem haberet ad continendum corpus aliquod, et revera esset, locus non repletus corpore, seu esset locus in quo nullum esset corpus. difficultas ergo praesens procedit de vacuo isto privativo, num detur defacto in rerum natura; vel an attento naturali ordine huius universi dabile sit tale vacuum? = unde ut certa ab incertis separemus supponimus quod supernaturaliter, et de potentia absoluta, dari potest istud vacuum. immo et quod tali vacuo dato adhuc possent conservari caetera alia corpora huius universi, prima pars huius nostrae suppositionis ex eo constat, quia nulla est repugnantia in eo quod Deus non anihillata terra, anihillaret elementum aeris, et ignis, vel unum illorum, pro sua voluntate, atqui in tali casu necessario daretur vacuum, cum non detur corpus quod in illa hypotesi spacium aeris, et ignis repleret, ergo supernaturaliter et de potentia absoluta bene potest dari vacuum. secunda autem pars nostrae suppositionis etiam est manifesta, nam esto defacto corpora omnia huius universi indigeant ut conserventur influxu caelorum, tamen nulla est repugnantia in eo quod Deus conservaret terram, et aquam, et mixta omnia absque influxu caelorum, cum quidquid Deus facit mediis causis secundis, possit facere per se solo. = difficultas ergo praesens reducitur ad terminos purae naturae, an videlicet naturaliter loquendo dari possit aliquod vacuum in rerum natura? et hoc vacuum causabile et possibile sit media aliqua causa secunda quaecumque illa sit. = § = Statuitur Conclusio. = Naturaliter loquendo non potest dari vacuum in rerum natura. probatur haec nostra et communis filosoforum conclusio. tum a priori, tum a posteriori. a priori quidem, prima quia vacuum est contra commune bonum huius universi, ergo repugnat vacuum naturaliter, probatur antecedens quia ad commune bonum universi expectat ut omnes eius partes sint contiguae, sed si daretur vacuum in rerum natura aliquae partes non essent contiguae ergo vacuum est contra commune bonum naturae. caetera patent. et probatur maior. quia

q. ad omnimodum bonum naturae, et universi pertinet naturae, et universi conservatio, s.d. sed ad naturae conservationem, requiritur quod omnes eius partes sint contiguae, ergo ad omnimodum bonum naturae, et universi, expectat quod omnes eius partes sint contiguae, caetera patent, et probatur minor. quia omnia corpora inferiora dependent naturaliter in sua conservatione ab influxu corporum superiorum, s. eo ipso ut ad naturae, et universi conservatio requiritur quod omnes eius partes sint contiguae. ergo ut ad naturae, et universi conservationem requiritur quod omnes eius partes sint contiguae. maior est nota, etenim omnia corpora inferiora dependent in suo operari a corporibus superioribus, etenim si primum mobile cessaret a suo motu, et omnia corpora moveri non possent. ergo sicut dependent in operari sic et dependent in esse, ergo omnia corpora dependent naturaliter in sua conservatione ab influxu corporum superiorum. probatur ergo min. quia implicat quod corpora superiora influant naturaliter in haec inferiora nisi per medium. s.d. si omnes partes huius universi non essent contiguae, non daretur medium per quod corpora superiora in haec inferiora influerent, ergo eo ipso quod corpora inferiora dependeant naturaliter in sua conservatione ab influxu corporum superiorum, ut ad naturae, et universi conservatio requiritur quod omnes partes huius universi sint contiguae. maior est nota quippe agens naturale nequit operari in distans quin prius agat in propinquum min. autem etiam videtur certa, nam si daretur vacuum et omnes partes huius universi non essent contiguae, medium per quod descenderet influxus corporum in haec inferiora esset illud vacuum, s.d. illud vacuum non est medium, s.d. potius carentia medii; ergo si omnes partes huius universi non essent contiguae non daretur medium per quod corpora superiora influerent in haec inferiora = Rursus sicut de essentia totius quantitativi, et sensibilis est esse unum unitate continuationis, ita ut si tollatur aliqua pars separatur ab eius integritate non pertineat, ita de essentia huius universi, quod est unum unitate ordinis, est contiguitas, unde deficiente contiguitate, corpus illud quod non contingeret immediate aliud corpus non pertineret ad hoc universum, s. naturaliter repugnat corpus non expectans ad hoc universum ergo implicat corpus quod naturaliter sit non contiguum alteri corpori huius universi, s.d. si daretur vacuum, omnia corpora non essent contigua ut patet ergo repugnat vacuum in rerum natura. ratio autem cur in tota quantitativo et sensibili requiritur ut sit unum unitate continuationis, est ut quaelibet pars influxum a toto recipiat, s.d. similiter quodlibet corpus huius universi, quod ut sic pars est ipsius dependet ab eodem universo ut ab illo influxum, et conservationem recipiat ergo necessario quodlibet corpus exigit esse contiguum cum alio. = dices, quod esto daretur vacuum, adhuc corpus superius v.g. caelum influere posset in haec inferiora, influeret videlicet, et si non per lineam rectam, tamen influeret per circulationem ut si v.g. hoc gymnasium esset vacuum omni corpore, esto planities infima non reciperet influxum immediate et recte per planitiem superiorem, tamen reciperet influxum per latus, et per parietes. = s.d. 3.ao q. agens naturale quale est caelum agit per lineam rectam, ut videre est in luce procedente a sole, quae oritur per lineam rectam, seu per lineas rectas ad totam circumferentiam universi, quo pacto Aristoteles 1. Meteororum docet quod oportet quod mundus iste inferior sit contiguus lationibus superioribus unde impossibile iudicavit quod corpus superius influat in haec inferiora, per ambages et circulationes excogitatas * en verba Arist. ex 1. Meth. * est autem

necessario fore mundus iste supernis lationibus continuus, et inde vis eius universa regebit. * Et enim caelus omnis supremus subiacet immediate influxui priori causae sic et omnia elementa, et mixta subiacent motui corporis caelestis, unde et contigua esse caelis exigunt naturaliter. = confirm-

2a ratio. ergo vacuum est malum naturae. sed malum et malum requirit poni viribus naturae, ergo naturaliter repugnat vacuum. probatur et explicatur maior. probanda postea minor. quod vacuum tendit ad destructionem naturae. sed quod tendit ad destructionem naturae, est malum naturae, ergo vacuum est malum naturae. maior ista constat quippe vacuum impedit ne superiora corpora influant in haec inferiora quando quidem ut supra arguebamus agens naturale eget medio delativo suae virtutis siquidem non requirit operari in distans quin prius agat in propinquum, ergo vacuum tendit in destructionem naturae. etenim impedito influxu corporum superiorum, et perire inferiora necesse est. cum ab illis in suo esse et conservari dependeant. igitur vacuum est malum naturae. igitur ergo probatur illa minor. quia virtus naturae est ad sui conservationem procurandam, quod malum et malum requirit poni viribus naturae. consequentia videtur nota, cum malum non influat in conservationem, sed potius in destructionem. = dices quod corruptio est malum naturae. at quia corruptio ponitur viribus naturae, ergo esto vacuum sit malum naturae, et inferat corruptionem, vacuum poni poterit viribus naturae. maior, et minor videntur notae et consequentia videtur clara, ergo ideo esto corruptio sit malum naturae, poni potest viribus naturae. quia conducit ad pulchritudinem, et varietatem universi, sed similiter vacuum ad pulchritudinem, et varietatem universi conducere potest; ergo qua ratione corruptio poni potest viribus naturae, et vacuum viribus naturae poni poterit, Respondeo. Ideo, et distinguo maiorem. corruptio est malum naturae, si sermo sit de natura particulari huius vel alterius individui concedo maiorem, si sermo sit de natura universali, nego maiorem, quandoquidem relate ad universalem naturam corruptio quid bonum est. et concessa minori, negatur consequentia vel claritatis gratia distinguitur consequens. ergo esto vacuum sit malum naturae poni poterit viribus naturae, si esset malum respectu naturae particularis transeat consequentia. si est malum naturae universalis nego consequentiam. quae nostra doctrina confirmari potest, et roborari in toto composito substantiali, ad cuius conservationem protendunt omnes eius partes etiam cum detrimento alicuius partis, unde videmus manum naturaliter interponi ad defensionem capitis. sic ergo hoc vel illud individuum, corrumpi permittit, eo quod eius corruptio conducit ad pulchritudinem universi, at vero vacuum tendit in destructionem totius naturae cum ex ipso quod daretur deficeret unitas huius universi = Secundo, a posteriori, et est efficaciter probatur variis et levis experimentis in quibus manifestatur inclinatio naturae ad impediendum vacuum, signum ergo est quod est malum totius naturae, quod quidem ista natura ita efficaciter intendit in vitationem vacui. Sit primum experimentum. in in cucurbitula, quae Chirurgis in usu est, quae intus accensa ardenti stupa, et superimposita carni carnem attrahit eo quod aer quia prius ardore incaluerat, et rarefactus fuit postea tepescenti flamma ad frigiditatem redactus densitatem accepit proinde fuit redactus aer ad minorem quantitatem unde et inane spacium relinqueret in cucurbitula si caro ad vitandum vacuum sursum non ascenderet = Secundum experimentum est in fistula aqua extracto aere, aqua sua gravitate oblita ascendit ne detur vacuum. tertium experimentum est in clepsydra aqua plena a qua aqua non descendit esto foramen deorsum versus ponatur ne descendente aqua uniformiter per foramen clepsydrae vacuum daretur, unde et egrediatur aqua

necesse est ut foramen superius aperiatur, ut aer introcedat, & repleat locum qui deseritur ab aqua per orificium inferius descendente = hoc ipsum quoque experitur, tum amphoris, tum candidotiis, & in urceis, plenis aliquo liquore, unde si deorsum convertantur, aqua vel liquor ebullit, et murmurat, ut detur locus ut per aquae vel liquoris poros aer ascendat ad replendum vacuum. ergo signum est quod natura tota conatu studet vacuum impedire, quia vacuum impossibile est per naturam. = Sed respondebis cum P. Quiros, in praesenti. disp. 62. sect. 5. n. 25. curat solvere ista omnia, & similia experimenta. Unde ad 1um de cucurbitula respondet carnem ascendere non ad vacuum replendum, sed vi, & activitate ignis, qui ampullas erumpere facit, ut comprobari potest in qualibet carnis combustione, etsi periculum vacui non immineat. = ad 2um de fistula per quam aqua ascendit respondet, aquam illam ascendere non ad replendum vacuum, sed vi attractiva corporis superioris, quod est in aere, quod extrahitur a fistula, qui ascendit vi attractivae corporis superioris, non autem ad replendum vacuum. = ad 3um de Clepsydra respondet quod ideo aqua non exit & descendit per foramen infimum clepsydrae, quia minimum est, & grossitudo aquae obstat. unde si foramen illud maius sit aqua descendit, etsi foramen superius sit clausum. unde asserit non esse mysterium in eo quod aqua non descendat. = ad illud de amphoris, urceolis & candidotiis aqua vel liquore plenis respondet quod potius sunt contra nos illa experimenta, cum etsi non appareat locus per quem aer ascendat, aqua non obstante descendit, & murmur illud causari ex impetu ipsius aquae, cuius quaelibet portio studet quam primum descendere. = Sed contra. quia nulla ex his solutionibus infringit rationem ab experimento efformatam rationem. unde ad illud quod respondet ad 1um de cucurbitula respondeo vim & activitatem ignis seu flammae in cucurbitula generatae, non esse tantam ut ampullam ita magnam erumpere facere possit, quod & instatur, si comburatur alio modo, aliqua portio carnis, etenim non erumpit ampulla ita magna. signum ergo est, quod ascensus carnis est replendum spatium relictum ab aere, unde dato vacuum, potius quoque quod instatur si cucurbitula super ponatur aquae, quae ascendere facit sua gravitate oblita, & quippe aqua illa praesertim si supponatur valde frigida incapax est emittendi ampullam. = ad 2um responsionem contra experimentum de fistula, respondeo, quod verum est aquam ascendere per fistulam vi attractiva corporis superioris, ast si attrahit est ut conservetur contiguitas inter aerem & aquam ne detur vacuum, quippe si non immineret periculum vacui, aer non attraheret aquam. unde illa vis attractiva, non est iuxta specialem qualitatem aeris sed quatenus pars est universi cuius conservationi dat operam aer, ut & quaelibet alia pars ipsius, unde aqua contra propriam & privatam inclinationem ascendit. ad 3um responsionem contra experimentum de Clepsydra respondeo. verum est quod si foramen inferius sit maius descendit aqua, ast ideo est quia eo ipso aqua dat locum, et per suos poros ascendat aer ad replendum vacuum, quem locum non praestat dum est magis unita aqua, quod ut appareat evidentius instatur, in ipsa Clepsydra cuius foramen superius si apperiatur, aqua de-

descendit, & tamen grossities aquæ eadem est, quando apperto foramine superiori, des-
cendit, ac erat quando clauso foramine superiori descendere non poterat, ergo impedimen-
tum ad descendendum in aqua non oriebatur ex grossitudine, seu magnitudine aquæ,
sed quia aperto foramine superiori datur locus aeri, ut impediatur vacuum, & repleatur
locus qui deseritur ab aqua egrediente. = ad illud quod dicit de experientijs de am-
phoris candidis & urceolis, a quibus dum egreditur aqua, ebullit illa magno
impetu. Resp. murmur illud non causari ab illa aqua eo quod quælibet ipsius por-
tio descendere cupiebat, sed causari ex pugna aeris & aquæ, illius ut introgre-
diatur, & ponatur in loco superiori ad aquam, ut non detur vacuum, & istius ut egrediatur
ad quærendum locum suum naturalem, & inferiorem.
dicens, quod si rationes hucusque efformatæ convincerent veritatem quod repugnat
vacuum attenta virtute & inclinatione causæ corporalis, tamen exinde non convincitur
quod virtute angelica, vel dæmoniaca, vacuum dari non possit inter corpora huius
universi, atqui virtus angelica, & virtus & activitas dæmonis naturalis, ergo abso-
lute attenta virtute naturali vacuum privativum est possibile. assumptum probatur
ex eo quod non videtur impossibile quod unus Angelus, vel dæmon possit separare
corpus a corpore, & impedire ne aliud corpus succedat in locum corporis separati.
v.g. non videtur difficile & impossibile, quod Angelus vel dæmon possit a Clepsidra
haurire aquam, quin introgrediatur aer. ergo esto virtute causæ corporalis non sit
possibile vacuum, attenta virtute angelica vel dæmoniaca, vacuum est naturaliter possibile. =
Resp. quod nulla virtute & nulla activitate naturali, sive causæ corporeæ sive causæ
spiritualis est possibile vacuum. quod & docet Angelicus Mag. q. 16 de Malo. ar. 10.
ad ultimum. ubi Sanctus doctor, docet quod dæmones (quorum virtus, & activitas naturalis
integra mansit non minus quam in bonis Angelis, ut docet S. Dionysius) non
possunt invertere ordinem naturæ, seu elementorum mundi. En verba Angelici
Magistri ✱ licet dæmones possint movere aliquam partem terræ, non sequitur quod
possint movere totam terram, quia hoc non est proportionatum naturæ ipsorum, ut mutent
ordinem elementorum mundi ✱ unde cum vacuum, ut probatum est sit contra naturam
totius universi non potest causari virtute & activitate dæmonis cuius activitas non
est ad invertendum ordinem universi. = § = proponuntur & diluuntur argumenta =
opponitur 1.º argumentum quod sibi opposuit Aristoteles ex Melissio. qui putabat motum
localem esse impossibilem nisi non datur vacuum. en argumentum propositum ab Aristotele
tx. 61. ✱ alia causa quod motus vacuum sic esse putant, ut in illo corpora moveantur ✱
quod argumentum sic potest proponi. si non est possibile vacuum, non est possibilis motus localis;
sed motus localis datur. ergo est quod datur vacuum in natura. sequella maioris probatur quia
omne spacium per quod exercetur motus localis est plenum corpore, corpus quod localiter
movetur penetrabitur cum corpore existente in illo spacio. sed hoc est impossibile, ergo
est quod ut sit possibilis motus localis datur vacuum = huic argumento respondet Aristoteles. tx. 62
negando quod ut detur motus localis sit necessarium vacuum. ait enim ✱ at nulla prorsus
necesitas cogit, si motus est vacuum esse. est enim omnino quidem vacuum omnis motus
causa non est quæ propter & Melissum id ipsum præterijt ✱ sive ut legitur in
versione antiqua ✱ unde, & Melissum latuit ✱ unde & postea docet Aris-
toteles quod motus localis fit per alterationem corporis existentis in medio. scilicet
condensando aliquas partes, & alias dilatando. 2.º quæ doctrina nego maioris
sequellam, ad eiusque probationem nego etiam similiter maiorem, non enim est necesse ponere
quod corpus mobile penetretur cum corpore existente in medio. sed quod illud dilatetur, ex una
parte, & ex alia condensetur, ut detur locus corpori quod movetur =

- Vel denique respondere poteramus quod ut exerceatur motus localis illud requiritur, quod corpus fluidum cedat corpori quod movetur, et proinde pro sua tenuitate dividatur ex una parte et ex alia occurrat ad replendum locum derelictum a corpore quod movetur, ut evidenter patet dum quis movetur intra aquam cuius una portio discedit, dando locum corpori illi, et ex alia occurrit ad replendum locum quod fieri potest absque densitate vel raritate. ob facilitatem aquae ad occupandum locum derelictum, et potiori titulo in aere qui facilius cedit corpori quod primum movetur, et facilius occupat locum derelictum.

Secundo obiicies datis duabus tabulis ~~[illegible]~~ perfecte planis, ita perfecte contiguis, ut inter ipsas nullum corpus mediet, si deinde ab homine vel ab Angelo aequaliter elevetur illa quae est super imposita, non potest non dari vacuum saltem per aliquod breve tempus, cum aer non possit introgredi in instanti elevationis, ad contingendum aequaliter illas superficies planas illarum tabularum. ergo cum haec omnia naturaliter contingere valeant, et vacuum naturaliter dari poterit = Respondeo admissa hypothesi, quod in illo casu ad elevationem unius tabulae, et altera elevabitur, et si tabula inferior sit lapidea. unde sic erunt contiguae, ut continuae videantur, proinde non poterunt separari nisi per latus aliquod incipiat separatio, ut detur locus ad ingrediendum aerem =

Denique obiicies quod dato aliquo vase aeneo vel aureo perfecte sphaerico, cum aequali grossitie, pleno aqua et absque aliquo foramine, quamvis minimo. si deinde nive circumvaletur, tunc aqua interius existens congelatur at qui tunc casus dabitur naturaliter vacuum. ergo vacuum naturaliter est possibile. maior supponitur, et probatur minor. quia tunc casus, quia tunc casus aqua congelata occupabit minorem locum, sed sic est, quod non datur medium ut locus derelictus ab aqua repleatur aere vel alio corpore. ergo necessario dabitur vacuum. = Nec valet dicere vel quod non congelabitur aqua, vel quod vas illud frangetur = non inquam hoc valet quia primum est incredibile. secundum autem impossibile. hoc secundum probatur quia ~~[illegible]~~ si vas illud frangeretur, deberet frangi, et dividi per omnes suas partes, sed hoc est impossibile, ergo impossibile est quod frangeretur illud vas. probatur minor. quia nulla esset ratio ut magis per partem A, quam per partem B divideretur et frangeretur. ergo deberet dividi per omnes suas partes. quod autem hoc sit impossibile patet, quia alioquin continuum dissolveretur, et componeretur ex indivisibilibus quod ex sententia est impossibile =

Respondeo solutionem datam esse optimam, et ad eius impugnationem respondeo quod non divideretur per omnes suas partes ut recte probat argumentum, unde ut potius per partem A quam per alias partes dividatur, designatio pertinet ad Auctorem naturae qui providere debet ne detur vacuum, ut pote destructivum naturae = quae nostra solutio robur accipit ex quotidiana experientia, etenim amphorae vitreae, vel terreae plenae liquore si liquor congelatur, frangitur amphora = et est, quia accidit talis fractio ut detur locus ut aer introgrediatur ne detur vacuum. =

q. 2. Utrum si Corpus moveretur per vacuum, moveretur in instanti.

Supponimus 1.° ex supradictis aliud esse vacuum negativum, aliud privativum cuius utriusque naturam ibidem supra exposuimus. quaestio ergo praesens de motu per vacuum tam negativum, tam privativum procedere potest. = Secundo supponimus vacuum

privativum et si naturaliter repugnat, tamen supernaturaliter potest poni a Deo, unde
quaestio praesens procedit ex suppositione quod detur vacuum, utrum corpus in instanti moveri
[possit]. idem, v.g. si Deus annihilet totam materiam quae mediat inter concavum lunae
et inter terram, ibi daretur motus alicuius corporis qui fieret in instanti. Suppono 3°
quod si daretur istud vacuum corpus posset moveri per illud, quod et si aliqui cum Alberto
Magno in 4 Phys. tract. 2 cap. 6 negent corpus aliquod posse moveri per vacuum, facile
suadetur tum ex responsione ad fundamenta ex quo ducuntur ad negandum illum motum fore possibilem
tum ex eo quod in vacuo negativo datur de facto motus, ergo et in vacuo privativo dari pote-
rit talis motus. ant. est certum quia certum in corpore Christi quod ascendit super omnes caelos
usque caelum Empyreum et scabellum pedum eius, atqui ascensus dicit motum localem
ergo Christus movetur localiter in vacuo negativo, quale est illud quod imaginatur supra
Empyreum. tum ex eo quod corpora sanctorum existentia et extitura supra superficiem supe-
riorem et convexam Empyrei movenda sunt, quoquoversum, ergo sicut dabilis est motus
in vacuo negativo, et dari poterit in vacuo privativo. Ex responsione autem ad fun-
damenta opposita iam facile suadetur haec nostra suppositio. quorum 1um erat ex eo
quod corpus sublunare sicut dependet in suo esse a motibus et influxu caelorum, sic et
dependet in moveri et operari, atqui si daretur vacuum inter concavum lunae et inter
terram non posset corpus in illo vacuo existens influxum caelorum recipere
ergo non posset moveri. = secundum fundamentum sumitur ex eo quod ubi repugnat ter-
minus motus repugnat motus, sed in vacuo repugnat terminus motus, ergo
repugnat motus. maior supponitur et minor probatur. ex eo quod ubicatio est
terminus motus, sed ubicatio repugnat in vacuo, ergo in vacuo repugnat termi-
nus motus. probatur min. quia ubicatio resultat ex adiacentia loci, sed locus non
datur in vacuo, ergo in vacuo repugnat ubicatio. = tertium denique fundamentum su-
mitur ex eo quod repugnat motus qui non sit in aliqua determinata specie,
sicut in universo repugnat aliquod individuum quod non sit in aliqua determinata
specie, sed motus qui daretur in vacuo non esset in aliqua determinata specie.
ergo repugnat motus in vacuo. probatur min. quia species motus sunt sex differen-
tiis, videlicet, sursum deorsum, sinistrorsum, dextrorsum, ante, retro, et longe.
sed hae differentiae repugnant in vacuo cum determinentur a loco. ergo si daretur motus in va-
cuo talis motus non esset sub aliqua specie. = facile igitur suadetur nostra decisio
ex responsione manifesta et clara ad praefata fundamenta, ad 1um namque, quod si-
cut solum supernaturaliter potest dari vacuum et illo dato unice conservatur a Deo
corpus existens in vacuo, ita similiter ad operandum et se movendum unice dependebit
ab influxu Dei, non autem a caelorum influxu, praesertim quia quod esto naturaliter caelum
non possit influere in corpus existens in vacuo, eo quod nullum datur medium defe-
rens sui influxus, Deus influxum illum potest deferre supernaturaliter, et vir-
tute divina, unde quod dicitur communiter quod corpus non potest agere in distans
quin prius agat in propinquum, intelligitur naturaliter, nam de potentia absolu-
ta nil obstat ut agat in distans deferente Deo influxum causae in effectum. =
ad secundum, concessa maiori negatur min. ad cuius probationem distinguitur maior
ubicatio est terminus motus, ubicatio proveniens ex adiacentia loci particula-
ris vel universalis concedo maiorem. proveniens praecise ex adiacentia loci particularis
nego maiorem. et distinguitur min. sub eisdem terminis concedo et nego. etenim corpus
illud aliam et aliam ubicationem habebit ex maiori vel minori distantia ad
concavum lunae, et centrum et ad polos mundi. et per hoc patet solutio ad 3um fundamentum

ny ex ubicatione communis esset tunc cuius terminus motus sit, et ab illo termino

et sumeret speciem motus, qui si exerceretur e terra ad caelum, esset motus sursum, si e caelo ad terram esset deorsum, longe vel prope, ante vel retro

iuxta qualitatem distantiae, praeterquam quod aliae species motus sunt intimiores

et essentialiores videlicet esse rectus vel obliquus, aut circularis, quae differentiae nullatenus deficerent a motu esto exerceretur in vacuo privativo, vel

in vacuo negativo, ut facile consideranti innotescit. = Quaeritur statim de so-

lutione probationis = Prima est: si corpus moveretur in vacuo, v.g. privativo, quod si-

bi indicamus inter concavum lunae, et inter terram, talis motus non esset in

instanti, sed tempus necessario insumeret, quod facile probatur: esto motus

per vacuum esset velocior illo qui exerceretur per plenum eo quia non invenit

resistentiam in medio, tamen de essentia motus est quod sit successivus. Sed succes-

sio verificari nequit in instanti; ergo esto corpus moveretur per vacuum non move-

retur in instanti. Probatur minor: quia successio mobilis dicit quod prius accedat

una pars corporis mobilis quam alia, ad quemlibet terminum. Ergo successio veri-

ficari nequit in instanti. Confirmatur et explicatur amplius, nam quia caelum

nullam reperit resistentiam in medio, et tamen motus caeli non fit in instanti;

ergo esto corpus quod moveretur per vacuum nullam inveniat resistentiam non

exerceretur in instanti. Item quia virtus motiva finita est, ergo ex illo capite potest

dari successio in motu. Item quia corpus mobile eo quia quantum, habet

partes inter se distantes, ergo si moveretur e caelo ad terram, pars corporis mo-

bilis quae erat ante motum propinquior terrae prius acquiret terminum

in terra, ergo partes ~~[illegible]~~ partim sunt in termino

a quo, et partim in termino ad quem, ergo motus est divisibilis et, consequenter,

fiendus non in instanti. Rursus ponamus lapidem in concavo lunae

et similiter ibi ponamus unum capillum, quis non videat quod prius accedat

lapis ad terram quam capillus, ergo motus utriusque non fit in instanti, quod

rursus fingamus esse aliud corpus maioris molis illo lapide, et prius illud

quam lapis centrum acquiret, ergo neuter motus fit in instanti. Rursus fin-

gamus esse quandam columnam fixam e caelo ad terram, et fingamus quod

unus lapis digitalis descendit circa columnam e caelo ad terram, tunc sic la-

pis ille digitalis in eodem movendo correspondet cuilibet digitalitati

eiusdem columnae, ergo prius ad primum, et secundo ad secundum, et deinde ad alios

correspondet, ergo est quod eius motus non fuit in instanti = Dices tarditas

motus provenit ex resistentia corporis existentis in medio, et quando fit motus

in vacuo nullum est corpus quod resistat, erit in instanti = Sed contra, et dist. [illegible]

provenit unice ex resistentia medii nego; maior ex tali resistentia, et ex quantitate

extensa ipsius mobilis, et ex aliis capitibus, puta tum ex maiori vel minori

activitate moventis, concedo ~~[illegible]~~ maiorem, et minorem, et nego consequentiam = Dices iterum

quod sol illuminat in instanti, esto detur distantia inter solem et obiectum illuminatum,

at, quia esto detur talis distantia, quia tamen lux non advenit resistentiam in medio illumi-

nat in instanti; ergo si corpus quod movetur in vacuo, nullam advenit resistentiam et motus

erit in instanti = Respondeo quod luci nihil est contrarium in de instanti quod sit [illegible] illumi-

natio, at motui contrariatur, non solum corpus resistens in medio, sed etiam ipsa quantitas

extensa ipsius mobilis, unde motus fieri nequit in instanti =

Disp. 19 de Tempore. q. 1. quid sit tempus, unde & an sit tempus in genere durationis? — § 1 praemittendo aliqua

Nil clarius, & evidentius quam quod tempus sit, & existat in rerum natura: quod ipse experitur dierum successio, hebdomadarum transitus, mensium & annorum cursus; est in quo essentia, & quidditas temporis stat, sit valde obscurum & dubium est, sicut cognitu difficile quomodo tempus istud in rerum natura existat. Definivit quoque Aristoteles in hoc 4. Phisicorum libro tex. 108 tempus & dixit quod tempus est * numerus motus secundum prius & posterius; * ad cuius definitionis intelligentiam, & ut quidditatem, & essentiam temporis dignoscamus aliqua oportet praemittere. Primo quoque praemittendum est tempus esse in genere durationis, quippe durationes rerum sensibilium per tempus dignoscimus; si enim quis interroget quantum duravit mundus? quantum duravit lectio? quantum duravit homo? quantum civitas & regnum? quantum proelium, & lis? per tempus ad ista respondetur. Duravit respondes per dies, per menses, vel per annos. Igitur tempus in linea durationis est. Quod magis percipiatur, rursus praemittendum est, durationes in quatuor differentias durationis communiter disseccari. Prima omnium, & praecipua duratio est aeternitas, quae iuxta Boetium 3. de consolat. prosa 2a. definitur a theologis ex eo quod sit * interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio *. quae ipsa duratio indivisibilis est carens omni successione, & in suo vastissimo sinu omnes durationes inferiores indivisibiliter comprehendens. unde respectu aeternitatis nihil est praeteritum, nihil futurum, sed omnia sunt praesentia, ~~…~~ ac proinde in aeternitate omnia ~~…~~ praeterita, & futura sunt realiter physice praesentia, ut Divus Thomas 1. p. q. 14. ar. 13. docent communiter doctissimi thomistae. De hoc Deo dante tract. de Eternitate dicemus. Sufficiat pro nunc, omissis sanctorum Patrum evidentissimis testimoniis, unice referre, aurea verba Laurentii Anselmi in Prosol: cap. 19 ubi sic de aeternitate aloquitur * De Eternitate tua nihil praeterit, ut iam non sit; neque aliquid futurum est, quasi nondum sit. Non ergo fuisti heri, aut eris cras; sed heri, & hodie, & cras es. imo nec heri, nec hodie, nec cras, sed simpliciter es supra omne tempus. * haec Anselmus ibi clare de aeternitate excludit praeteritum & futurum, & solum agnoscit praesens unde Eternitas est duratio propria, Altissimi Dei. — Secunda duratio, a theologis communiter Aevum vocatur, & est mensura substantiarum per se subsistentium & ab intrinseco incorruptibilium, differt tamen aevum simpliciter ab aeternitate, quia aeternitas est duratio et mensura substantiae indefectibilis tam quoad esse tum quoad operari, qualis est unice Deus; aevum autem est mensura & duratio substantiae indefectibilis in essendo, saltem attentis suis intrinsecis praedicatis, & defectibilis in operando. Dixi attentis suis praedicatis intrinsecis, quia ab extrinseco, defficere potest quatenus videlicet Deus de potentia absoluta angelos anihilare potest. + Tertia duratio convenit substantiis ab intrinseco corruptibilibus, quae duratio, etsi non sit tempus, dicitur tamen temporalis, eo quia ipsa duratio substantiae corruptibilis, nobis innotescit per tempus. Haec doctrina constat ex Arist. in hoc lib. 4. tex 118 & 149 in quo ultimo tex. haec habet Arist. verba * quare id quod movetur vel est in tempore mensurabile simpliciter erit, ut quantum est quoddam: sed ut motus eius est quantum. * quae verba explicans Angelicus Mag. ait * tempus mensurat illud quod movetur & quiescit, non in quantum est lapis vel homo sed in quantum est motum, & quiescens. * & ratio est quia tempus mensurat secundum prius & posterius, substantia autem non habet prius & posterius

+ idem bro… ad theologos —

ri Sua essentia tempus autem mensurat secundum prius et posterius. unde definitur tempus quod sit numerus motus. non autem quod sit numerus substantiae = nec quicquam obstat id quod docet Angelicus Mag. 1. p. q. 10. ar. 5 in corpore. ubi loquendo de substantijs corruptibilibus haec habet verba* huiusmodi mensurantur tempore ut omnis motus, et etiam esse omnium corruptibilium* sed esse rerum corruptibilium, etiam est substantia ergo substantia mensuratur tempore = non inquam obstat haec doctrina, quia ibi solum docet D. Th. quod substantia est mensurabilis tempore, non ut substantia absolute est, sed ut est radicaliter mobilis, quod sufficit ut substantia consideratione subijciatur tempori. unde in opusc. 44. c. 3 dicit* quod mobilia quantum ad id quod sunt sicut homo, aut lapis non mensurantur tempore, quia essentia eorum non habet prius et posterius, * haec D. Th. quae ut concilientur cum relatis verbis ex 1. p. q. 10 ar. 5. dicendum est quod substantia secundum se abstrahit a tempore et a tempore non mensuratur in durando, sed mensuratur ut mobilis radicaliter, vel ut motus exercite. = quarta duratio est quae convenit rebus successivis ut motui, et tempori, quae an sit tempus et a motu indistincta, vel distincta ex dicendis constabit. = Rursus praemittendum est. ut dignoscere possimus num tempus sit duratio? vel non? quod duratio communiter definitur ex eo quod sit* persistentia rei in existendo* quapropter Angelicus Mag. in 1. dist. 19. q. 2. docet * quod omnis duratio attenditur secundum quod aliquid est in actu tandiu enim res durare dicitur, quandiu in actu est, et non dum est in potentia ex qua autoritate, et durationis definitione. Rursus praemittendum dixi, quod duratio est eadem entitas cum existentia cuiusque rei. pro cuius nostrae suppositionis intelligentia notandum est hanc suppositionem, indistinctionis videlicet durationis ab existentia, et procedere 1. in sententia identificante essentiam creatam cum sua existentia; vel in sententia veriori quam supra stabilivimus, distingente essentiam quamlibet creatam a sua propria existentia. si enim quaelibet res et essentia creata existit per existentiam secum identificatam, et a se ipsa indistinctam, duratio utique non distinguitur a re durante, quandoquidem res durans, et existens, est in hac sententia eadem ipsissima res et entitas. si autem existentia distinguitur ab essentia duratio ut pote identificata cum existentia, distinguitur a re durante, = Rursus ut haec nostra suppositio magis innotescat, notandum est, quod entitates aliae sunt permanentes, ut quaelibet substantia, quantitas continua videlicet linea, superficies, et corpus. qualitates omnes, relationes, et caetera accidentia non successiva, aliae autem entitates sunt successivae, ut motus. et ipsum tempus, consistat in quocunque volueris. dicimus enim quod duratio cuiuscunque rei, sive permanentis, sive successivae, identificatur cum existentia. unde duratio supra existentiam. non addit aliquid realiter distinctum ab ipsa. verum cum ista suppositio duas partes contineat, cuius utriusque partis oppositum quae plurimi docent, ideo nostrum erit utramque seorsim probare et in utriusque probatione aliquantulum immorari, quippe ex veritate huius suppositionis quid sit tempus innotescet. asserit ergo 1a pars huius nostrae suppositionis, quod duratio rei permanentis est quid indistinctum ab existentia

rei permanentis, unde duratio rerum permanentium non addit aliquid intrinsece reale quod permanens sit, supra existentiam earumdem rerum permanentium, 2. illius connotationes quasdam ad actionis conservativae et ad temporis seu aevum in quo res permanentes dicuntur durare. haec suppositio quo ad hanc partem est communior inter thomistas, eamque tenet N. M. Joan. a S[to] Thoma in praesenti q. 18. ar. 1. N. M. Aguirre. in hoc lib. disp. 29. sect. 2. n. 10. et est communis inter Scotistas, apud Scotum in 2. dist. 2. eam tenent plures ex PP. Societatis. praesertim Eximius Suarez. in Meth. disp. 50. sect. 1. §. 2. Vazquez 1. p. disp. 33. cap. 3. et alii. probatur 1.o ratione. quia omnis duratio attenditur secundum quod aliquid est in actu, sed quaelibet creatura permanens, per suam existentiam est actualiter in actu, ergo quaelibet res permanens durat per suam existentiam et connotatam actionem conservativam. maior probatur tum quia quod est Angelici Magistri verbis supra relatis est manifesta, quia intelligibile est quod res sit in actu, et quod non duret, et tamdiu res durat quamdiu est in actu, et ibidem docet Angelicus M. quia omnis duratio attenditur secundum quod aliquid est in actu. probatur 2.o minor. quia existentia est ratio formalis, ut quaelibet res sit in actu = Confirmatur haec ratio. quia rem permanentem durare, nihil aliud est, quam quod illa invariata coexistat durationi extrinsecae in qua durat, videlicet tempori vel aevo. atqui quaelibet res permanens ~~[illegible]~~ per suam existentiam connotantem actionem conservativam correspondet modo huic tempori, modo alteri, v.g. praeterito vel futuro. ergo quaelibet res permanens durat per suam existentiam. Plures eo ipso quod intelligatur res permanens. v.g. homo cum sua existentia, nullo alio reali superaddito, coexistens tempori, intelligitur hominem durare, ergo duratio nihil reale addit supra existentiam. 2.o ostenditur consequentia. quia eo ipso quod res intelligatur coexistens tempori, intelligitur durare, sed ut res permanens intelligatur coexistens tempori, nulla alia entitas realis exigitur nisi existentia ipsius permanentis et connotans actionis conservativae. ergo duratio rei permanentis, nihil reale intrinsece addit supra existentiam ipsius rei permanentis, nisi solum illas connotationes. = Rursus haec eadem pars probatur ad hominem contra adversarios, quia ideo iuxta adversarios requiritur aliquid reale intrinsece supra existentiam rei permanentis, quod sit formaliter duratio, quia existentia ~~[illegible]~~ ex se indifferens est ut coexistat, huic vel ~~[illegible]~~ alii tempori, sed etiam illud intrinsece reale superadditum existentiae indifferens est ad hoc ut coexistat huic vel alteri tempori, ergo vel etiam istud intrinsece reale superadditum eget alio intrinseco superaddito, ut determinetur ad coexistendum tempori, vel sufficiet ipsa existentia ut connotante actionis conservativae ===== Secunda principalis pars huius nostrae suppositionis, videlicet quod duratio rei successivae, uti est motus, est aliquid realiter indistinctum ab ~~[illegible]~~ existentia ipsius motus, est contra N. M. Aguirre. qui in fisica. disp. 31. sect. 2. n. 15, et sect. 3. n. 29 ~~[illegible]~~ docet quod tempus quod realiter distinguitur a motu, est intrinseca duratio ipsius motus, nos vero etsi cum ipso affirmemus tempus realiter distingui a motu primi mobilis, tamen asserimus quod motus durat per suam existentiam = pro cuius intelligentia notandum est quod quodlibet accidens habet suam existentiam distinctam realiter ab existentia alterius accidentis a se realiter distincti, etenim quodlibet accidens ab alio accidente realiter distinctum, habet suam inhaerentiam ab inhaerentia alterius accidentis realiter distincti, et cum inhaerentia accidentis sit sua existentia, seu sit sua inexistentia, sequitur quod quodlibet accidens habet suam existentiam, ab existentia alterius realiter distinctam. unde si tempus realiter distinguitur a motu primi mobilis, ut ipse cum Aristotele, et Angelico Magistro docet, et suam propriam existentiam habebit motus, ab existentia temporis realiter distinctam. quod autem tempus distinguatur realiter a motu primi mobilis probatur 1.o ex Aristotele in hoc. lib. 4. c. 10. tex. 93.

ubi ex professo probat Philosophus tempus non esse motum quod docet in textibus 95. 96. et 97. ubi haec habet concludentia verba * igitur tempus non esse motum manifestum est * unde ibidem cap. 11. tex 98. haec subdit * patet sine motu mutatione ve, tempus non esse, quae cum ita sint, patet tempus nec motum esse, nec etiam absque motu * quae verba expendens Angelicus Magister. lect. 16. haec ait * inquirit quomodo se habeat tempus ad motum et primo ostendit quod tempus non est motus. Secundo quod non est sine motu. circa primum ponit duas rationes ad ostendendum quod tempus non est motus * et indiscursu lectionis ponit ex Aristotele illas duas rationes quas et nos inferius proponemus in forma. quid ergo clarius ad ostendendum tum ex filosofo tum ex D. Th. quod tempus non est motus. quidquid in contrarium doceat M. Serna. qui tenet tempus non distingui realiter a motu primi mobilis. * Ratione autem probatur hoc assumptum, 1o. quia diversa est definitio motus, quae definitio temporis, ergo motus quilibet etiam primi mobilis distinguitur realiter a tempore. ans est evidens, cum tempus definiatur ex eo quod sit numerus motus secundum prius et posterius; motus autem, definitur ex eo quod sit: actus entis in potentia secundum quod in potentia = Rursus diversae proprietates realiter, diversas naturas infervent, sed proprietates temporis sunt diversae realiter a proprietatibus motus, ergo tempus et motus realiter distinguuntur. caetera patent, et minor in qua poterat requiri difficultas probatur ab Aristotele, ubi supra. tex. 95. ubi distinguit proprietates motus a proprietatibus temporis, ex eo quod proprietates motus sunt, celeritas, ~~[illegible]~~ seu velocitas, et tarditas, proprietates autem temporis sunt brevitas. l. longitudo. Confirmatur et illustratur haec eadem ratio, quia motui primi mobilis, de quo est praecipua difficultas sit vel ne tempus, convenire potest aliquid realiter quod nequit realiter convenire tempori, sed eo ipso ~~[illegible]~~ tempus non est motus, ergo tempus est quid realiter distinctum a motu primi mobilis, minor est, nota, quippe ea quae sunt idem identitate quod convenit realiter uni convenit realiter alteri, et ea illud quae cum ergo sunt eadem entitative sunt eadem inter se. quippe et oppositum intelligibile est, si enim animal identificatur cum rationale realiter, quod realiter accidit vel convenit huic animali, convenit huic rationali cum animali identificato. probatur ergo illa maior. quia motui primi mobilis convenire potest maior velocitas quam illa quae de facto habet, ut si Angelus, Deo permittente, vellet ipse et illa moveret primam spheram ut integrum motum suae circumferentiae perficeret duodecim horis. ac proinde moveri potest duplo velocius quam modo movetur, vel e contra si eadem prima sphera ita moveretur ab Angelo, vel a Deo, duplo tardius quam modo movetur, ita ut consumeret duas et quinquaginta horas. in hac enim hypothesi quae absolute possibilis est attenta sua natura, et natura motus in spheram ~~[illegible]~~ motui primi mobilis conveniret alia celeritas seu velocitas, vel alia tarditas ab illa quae modo habet, sed tempus in illa etiam hypothesi esset ipsissimum, et proinde viginti quatuor horae, quas de praesenti consumit motus, unice possent adimpleri per viginti quatuor horas. neque in minori vel maiori spacio temporis perfici possunt, ergo motui primi mobilis convenire potest aliquid realiter quod nequit convenire realiter tempori.

+ Lege ista quae est in margine post 12 lineas cum dimidia [illegible] a priori ... hoc signum * confirmatur ex D. Th. [illegible] c. 11. lect. 23. ... primi mobilis aitenim * [illegible] tempora [illegible] universis caelis luminis ... motus primi mobilis ... non tempora ... omnis corporis motus sint tempora ... Sol et hiis ... tempora quia cum quidam vocat dies, sed sol ... tempus ... *

dices si motus primi mobilis distingueretur realiter a tempore, posset separari ab illo,
et e contra, sed hoc est impossibile; quippe si existeret motus, et non existeret tempus
posset intellectus numerare motum, secundum prius et posterius, proindeque existeret,
et non existeret tempus, vel e contra si existeret tempus et non existeret motus, non posset
intellectus numerare motum, secundum prius et posterius, unde non existeret, et existeret
tempus. ergo motus primi mobilis non distinguitur entitative a tempore. minor pa[illegible]
inter [illegible] ponendus est subsumptione. maior autem evidens videtur ista, cum eo ipso quod aliqua
duo realiter distinguantur, non est cur unum non possit separari ab alio. = Respondeo negando
maiorem, quae pluribus exemplis potest infirmari. primo in essentia et existentia, quae
realiter distinguuntur, et non potest existere essentia sine existentia, nec e contra, secundo
in sententia distinguente realiter unionem a materia et forma, non potest dari unio
non existentibus materia et forma unitis, nec e contra istae non possunt existere unitae
absque unione. tertium relatio distinguitur a suo fundamento, et non potest existere relatio
absque fundamento. et in sententia Scotistarum totum distinguitur realiter a partibus, et non potest
existere totum sine suis partibus. Similiter ergo motus primi mobilis distinguitur a
tempore, nec existere motus absque tempore, nec tempus absque motu. = dices suppo-
namusque quod prima sphaera cesset a motu, aliis sphaeris semoventibus, ut
modo moventur, tunc daretur tempus absque motu, ergo tempus et motus non sunt
ad invicem inseparabilia = respondeo ergo quod in illa hypothesi existeret tempus aliud
distinctum numero a tempore quod modo existit, quippe illud tempus est
connexum essentialiter cum motu primae sphaerae quae modo datur et movetur, utpote
motus uniformior, et mensura ceterorum. in illa autem hypothesi non impossi-
bili alter alterius motus scilicet sphaerae superioris esset motus omnium uniformior, et sufficeret simpli-
unde cum illo esset motus. Si autem nulla sphaera moveretur, [illegible] numerari
citer tempus, quippe non daretur motus qui posset ab intellectu numerari, ac proinde nec daretur
unde non daretur numerus motus secundum prius et posterius, [illegible] necesse est. unde ut docet
tempus quippe deficiente definitione et deficere definitum necesse est. sic docet
Aristoteles licet tempus non est motus, tamen tempus non est absque motu. ex quibus constat
in hoc lib. capite 11 citato. tex. 98. et sonat sacris litteris ut dicitur in Apocalipsi
quod in fine mundi quando caeli non movebuntur non erit tempus. eo quod motus non existebat.
cap. 10. n. 7. Sicuti non erat tempus ante mundi creationem eo quod motus non existebat.
His ergo praelibatis, et stabilita distinctione reali temporis a motu primi mobilis,
suadetur praecipuus assumptus contentus in 2a parte nostrae suppositionis, videlicet dua-
[illegible] quod duratio motus primi mobilis, quae est stricte successiva, non est aliquid distinctum ab exis-
tentia ipsius motus primi mobilis. quae efficaciter suadetur ex rationibus supra
efformatis ad probandum quod duratio rerum permanentium non distinguitur ab earum existentia.
quippe intellecta existentia motus ut continuata, intelligitur motus ut durans in tempore
et ut coexistens tempore, (supponimus enim ex praelibatis existentiam motus realiter distinctam
ab existentia temporis) ergo duratio motus est quid indistinctum ab existentia ipsius motus, ergo
duratio motus distinguitur realiter a tempore. = dices quod tempus est duratio intrinseca
motus primi mobilis, ergo cum una entitas solum intelligatur durans cum una duratione
superfluet ponere durationem motus indistinctam ab ipsius motus existentia. alioquin
motus primi mobilis durant duplici duratione quarum una esset tempus, alia autem
sua existentia = difficilis replica, verum non ita urgens ut nos a proposita et stabilita resolutione
cogat dimoveri. dicimus ergo ~~tempus~~ motum primi mobilis habere

duplicem durationem, et utramque intrinsecam. verum una est duratio quae, alia sub qua, duratio quae est existentia ipsius motus, quae existentia et duratio, etsi relate ad entitatem motus sit duratio qua, vel sub qua durat motus, relate ad tempus est unice duratio quae. et inde formalizabilis a tempore, quod unice est duratio mensurans, et sub qua, quasi extrinseca. quippe res permanentes duplici duratione durant, et durant per suae existentiae quae est duratio formalis ipsarum rerum permanentium, et durant in tempore, vel sub tempore. unde tempus est illarum duratio extrinseca notificans et mensurans durationem intrinsecam propriam uniuscuiusque rei, quae utique est sua uniuscuiusque existentia.; est extra accidit in primo mobili, nam tempus cum sit accidens intrinsece inhaerens ipsi, et si ratione motus inhaereat, est proinde etiam ipsius temporis duratio intrinseca motus primi mobilis, quin impediat quod existentia ipsius motus sit intimior et magis intrinseca ipsi motui, cum pro priori ad tempus, conveniat motui sua inhaerentia, seu inexistentia, tempus autem est unice duratio mensurans, non mensurata ab alia duratione, sicut existentia ipsius motus quae etsi mensuret ipsum motum, tamen est mensurata a tempore. = Item necessarium quod tempus quod est ex sua natura duratio formaliter et mensurans omnes durationes temporales, sit alicui entitati quasi intrinsecum. cum alicui entitati debeat inhaerere, unde etsi tempus sit mensura extrinseca omnium motuum inferiorum, est necessario mensura intrinseca motus primi mobilis ratione cuius inhaeret primo mobili verum esse mensuram intrinsecam huius motus primi mobilis, non habet simpliciter et necessario annexum, seu non habet hoc formaliter, sed materialiter, quia accidens est. exigens proinde subiectum cui inhaereat, proinde quod dixi supra, quod tempus est mensura quasi extrinseca durationis simpliciter intrinsecae ipsius motus quae est sua existentia. quo pacto simpliciter loquendo dari potest aliud tempus quod esset mensura extrinseca motus sphaerae quae modo est prima, videlicet si supra primam sphaeram crearet Deus aliam sphaeram mobilem, motus enim sphaerae quae modo est prima, mensuraretur a tempore existente intrinseca in alia sphaera superiori de novo a Deo creata. et tunc casus tempus esset mensura simpliciter extrinseca motus sphaerae quae modo est 1.a = quod totum instari potest in Evo. supponamus Luciferum fuisse Angelum omnium supremum in natura, quod non obscure deducitur ex sacris litteris. x.o illud. tu Cherub qui mane oriebaris, plenus sapientia, et perfectus decore, quomodo cecidisti? in hac hypotesi istud Evum erat mensura extrinseca caeterorum, et tamen quia defecit in uniformitate defecit ab hac excelentia, unde Evum primi Angeli ex illis qui modo Deo fruuntur, est constitutum mensura extrinseca caeterorum Evorum, seu durationum, et tamen respectiviter est etiam sua intrinseca duratio simul cum existentia ipsius primi boni Angeli qui de facto est. Gabriel, vel Michael, ille quia nuntius

Incarnationis, et iste quoad fortitudo Christi, 2.a illud quod stant Deus proinde quod in isto bono et primo Angelo, v.g. in Gabriele, vel Michaele, datur duplex duratio altera intrinseca, quarum una et intimior, et potest ab ipso invariabilis, est sua existentia altera est Evum, quod duratio etiam intrinseca non est ita intrinseca, et intimior sicut est existentia quippe abito Evo, quod quod est duratio intrinseca Gabrielis, vel Michaelis, auferri potest quod simpliciter sit prima mensura, et primum Evum, videlicet si Deus alios Angelos superiores creant, = Sic ergo similiter esto de facto tempus sit mensura intrinseca primi mobilis, poni potest in alia sphera, non quippe istud numero tempus sed aliud eiusdem speciei, et diversum numero, unde efficere potest tempus a primo mobili, proinde non est ita intrinsecum ac est sua existentia unde duratio simpliciter intrinseca in primo mobili quod est sua existentia et si respectu motus sit ratio sub qua durandi, tamen res potius temporis est ratio quae. et tempus unice est ratio sub qua, quod et aliis terminis explicari potest dicendo quod tempus est mensura activa, et intrinseca in primo mobili, et existentia est mensura passiva. et invenimus non est quod eidem entitati qualis est motus primi mobilis, habeat duplicem durationem unam activam, et aliam passivam. unde illa mensura activa est talis scilicet activa respectu omnium inferiorum, et passiva est unice respectu temporis — § = Respondetur principali quaesito = sit Definitio. Definitio temporis tradita ab Aristotele cap. 11 citato. tex. 108. videlicet, quod tempus est numerus motus secundum prius et posterius optima est. haec Definitio non aliter melius probari potest singulas particulas explicando. Dicitur numerus, ut intelligatur tempus esse in linea durationis et mensurae, etenim tempus, ita est numerus, ut non sit numerus numerans, iste enim est actio intellectus, sed numerus numeratus et obiective est illius, et passive numerabilis, unde cum numerus numeratus sit ex sua natura mensura, tempus proinde mensura est, et non praedicus quod ad distinctionem durationis quod amplius explicatur per ultimam particulam videlicet per illam secundum prius et posterius, si enim datur prius et posterius, quod est posterius ex petat et transeat quod est prius unde necessario datur persistentia in existendo determinate unde datur duratio, et cum aliunde sit numerus numeratus, determinate motus, persistentia in existendo est successiva, unde tempus est proinde duratio successiva, recte ergo definitur tempus quod sit numerus motus secundum prius et posterius. dices, tempus est quantitas continua, siquidem inter species quantitatis continuae ponitur ab Aristotele, ergo non est numerus. Contra. Sequela quia numerus est quantitas discreta, sed contra. quia tempus est numerus numeratus, quod et poni potest in quantitate continua, dicimus enim, quod ulna constat ex quatuor palmis. en quomodo ulna quae est quantitas continua numeratur. = Iterum dices, quod tempus mensura non est. arguitur. quia mensura est notior mensurato sed tempus non est notius motu mensurato. ergo tempus non est mensura, minor videtur verum cum tempus sit difficilis cognitionis. = Respondetur, quod tempus etsi secundum se sit cognitu difficile, seu sit difficile quoad quod quid est, tamen est notissimum quoad nos, et quoad an est quod sufficit ut sit mensura. = dices si tempus est duratio, et mensura

motus erit tempus aliquid reale, s. hoc est falsum. ergo tempus neque est in genere
durationis neque est mensura. prob. min. quia illud quod non est nisi dependenter
ab operatione intellectus non est quid reale, s. quid rationis, atqui tempus
in suo esse et existentia dependet ab operatione intellectus, quippe si non daretur
intellectus numerans, non daretur numerus numeratus. ergo tempus non
est aliquid reale. = Argumentum explicat movetque quidquid speciosae difficultatis
unde asserimus ad illius solutionem stabiliendum quod tempus est aliquod
verum ens reale independens ab intellectu. hoc assertum suggeritur ab
Aristotele et quidem toties quoties disseruit in hoc lib. de tempore tamquam
de aliquo vero ente reali, explicando connexionem ~~motus~~ temporis cum motu primi
mobilis. unde et in praedicamentis cap. de quantitate. inter species quantitatis
enumerat tempus, quod esse non posset si tempus non est aliquid reale
cum species entis realis qualis est quantitas nequeat non esse aliquid reale.
Prob. 2° ex Ang. Mag. tum in praesenti libro ubi etiam agit de tempore ut
vero ente reali. tum ex 1. p. q. 10. ar. 5. tum etiam ex opusc. 44. ubi haec habet
verba * Cum tempus sit numerus motus, et sit numerus numeratus, sic
necesse est esse tempus sicut et motus, constat autem quod motus est in re extra,
ergo et tempus est in re extra * = constat etiam hoc nostrum assertum ex sacris litteris
in quibus fit mentio de tempore ut de vero ente reali. dicitur enim Genesis 1.
quod fecit Deus duo luminaria magna, ut dividerent diem ac noctem, et sint in
signa, et tempora, et dies, et annos. = unde paulo inferius dicit quod luminare
maius ut praeesset diei, et luminare minus ut praeesset nocti. * tempus ergo
aliquid reale est. unde et Regius Psaltes ait, tuus est dies, et tua est nox.
et in Cantico trium puerorum ut dicitur Danielis 3. invitantur dies, et nox, ad
benedicendum domino. quod ex ratione constat quia, tempus cum sit nu-
merus motus, secundum prius et posterius, est numerus successionis motus primi
mobilis, s. talis numerus est aliquid reale, ergo tempus est aliquid reale
prob. min. quia successio motus quae integrum diem v.g. vere realiter durat per spa-
cium viginti quatuor horarum. et successio unius hebdomadae per septem
dies. et sic de aliis; ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
s. quod realiter durat ens reale est, ergo numerus successionis sive motus
qualis est tempus aliquid reale est. = s. dices quod Arist. docet tempus
non esse ens sine anima, ergo est ens rationis. ans. prob. ex verbis Aristotelis
tex. 131. ubi sic ait * impossibile tempus esse anima si non sit *. s. 3°
et miror quod quis sanae mentis hunc textum obiiciat, cum ~~illud~~ ille referatur ab
Aristotele, ut dicetur illata ex ratione dubitandi ~~dubitandi~~ etenim Aristo-
teles in hoc tex. 131. movet hanc quaestionem, dum ait * dubitaverit autem
quispiam, si anima sublata tempus esse possit, nec ne? * et proponit ra-
tionem dubitandi ex eo quod cum tempus sit numerus, et numerus dependeat ab in-
tellectu, videtur quod tempus est ens in anima, seu in intellectu. unde infert verba
supra dicta nostris ex contra obiectum. ad quem resp. Aristoteles asserendo quod tempus
esset extra animam cum tempus sit idem quod motus, vel sit cum motu et ~~cum~~ proprietas eius

quocirca Angelicus Mag.r exponendo predicta verba Aristotelis, ait in lect. 23. quod Aristoteles dicit oportet hoc dicere verius quod tempus est et cum sit ens sine anima. * ergo Aristoteles stat pro nobis, et cum eo Angelicus Mag.r unde & in [illegible] eodem tex. ait Arist. * prius autem et posterius in motu sunt, tempus vero haec est, quatenus numerabilia sunt. * non est ergo tempus ens in anima, ut pote numerus numeratus, seu numerabilis, qui ut obiectum intellectus numerantis existit extra animam = et per hoc patet solutio ad reflicam supra efformatam. concessa maiori negatur min. ad cuius probationem negatur etiam min. cum numerus ut numerabilis non dependeat ab anima. = Urgebis. Si tempus esset ens reale existeret realiter in rerum natura; sed non existit realiter in rerum natura; ergo non est ens reale. probatur min. id cuius partes non existunt in rerum natura, non existit in rerum natura, sed partes temporis non existunt in rerum natura, ergo tempus non existit realiter in rerum natura. maior videtur nota cum quodlibet totum nihil aliud sit quam suae partes probatur. ergo min. quia partes temporis sunt praeteritum et futurum, sed praeteritum, iam non est, in rerum natura, et futurum nondum est in rerum natura. ergo partes temporis non existunt in rerum natura = haec obiectio exigit ut explicetur quomodo existat tempus in rerum natura, quod explicavimus dando dante q. sequenti. Nunc respondeo concessa mai. nego min. ad cuius probationem dist. mai. id cuius partes nullo modo existunt, initiative, vel consummative, non existit in rerum natura. nego maiorem. id cuius partes nullo modo existunt concedo maiorem et subiectum in terminis dist. min. et nego conseq. quae distinctionem non infringit probatio efformata in contrarium. = quam solutio instari potest in motu qui ad sensum evidenter patet quod existit in rerum natura, cum tamen eius partes eo quia successive in se non existant, nisi ratione termini communis, qui vocatur mutatum esse motus in quo existunt partes una consummative, et alia initiative. [illegible] de hoc infra =

q. 2. Utrum tempus existat secundum aliquam sui partem, vel ratione instantis?

§= Praemittuntur aliqua. Supponimus 1.o tempus esse speciem quandam quantitatis imo et directe pertinere ad praedicamentum quantitatis, ut docet Arist. in praedica[mentis] est sed continua. [illegible] cap. de quant.e et rursus tempus non quale, qualis cum sit quantitas, cuius partes proinde copulantur termino communi quippe ex dicendis lib. 6. de dante [illegible] constabit quod nulla quantitas componitur ex solis indivisibilibus. unde cum tempus quantitas sit, et ex partibus divisibilibus, et ex indivisibilibus continuativis quae instantia vocantur, componi necesse est. unde cum tempus et [illegible] ex partibus et ex instantibus constet dubitamus ratione cuius existat, an secundum aliquam sui partem. an autem secundum instans continuativum? Rursus notandum est quod tempus est quantitas continua successiva, non permanens. quantitas enim permanens est cuius partes simul existunt, ut partes longi, et palmi. v.g. partes autem successivae quantitatis non simul existunt, sed una post aliam seu secundum prius et posterius = est ergo in praesenti duplex sententia, prima affirmat tempus existere ratione suarum partium. ut in esse fluendo inspectae. ita Durandus in 2. dist. 2 q. 4. quem alii etsi pauci sequuntur. [illegible] ut Eximius Suarez in Metaph. disp. 50. sect. 9 Conimbricenses in praesenti q. 1. ar. 4. = Secunda et communis sententia nostri aliis inter thomistas, et etiam inter alios docet quod tempus non existit ratione suarum partium. sed ratione indivisibilis instantis. ita M. Soto. q. fisicorum. [illegible] Carmelit. in fisica disp. 21. q. 8. M. Joan. a S.to Thoma. in fisica. q. 18. ar. 2. Lerma. lib. 4 fisicorum q. 12. M. Aguirre in fisica disp. 31. sect. 4. et alii quam plures: cum quibus sit nostra concl.o

= § = Statuitur concl.o = tempus non existit ratione alicuius partis, sed unice ratione indivisibilis instantis, medio quo copulantur et uniuntur eius partes. est haec nostra concl.o expressa Aristotelis in hoc. lib. c. 10. tex. 89 ubi haec habet verba * Praeterea partibilis omnis rei divisibilis siquidem sit necesse est, cum est aut omnes, aut quasdam partes esse, at temporis quod quidem partibile esse constat, aliae partes transactae, aliae futurae sunt, nulla vero penitus adest, ipsum autem nunc partem non esse constat, pars autem metitur, at ipsum nunc non metitur *

que verba explicans Angelicus Mag.r ibidem lect. 15. ait *: quedam temporis partes sunt praeteritae, aliae vero sunt futurae, & nihil temporis quod sit divisibile est in actu, ipsum vero nunc quod est in actu non est pars temporis. * hanc nostram concl.em etiam tradit & explicat S. Augustinus lib. 11. confes. cap. 15. ubi haec ait: * Si quid intelligitur temporis quod in nullas vel minutissimas ~~[struck]~~ momentorum partes, dividi possit, id solum est quod praesens dicatur, quod tamen ita raptim a futuro in praeteritum transvolat ut nulla morula extendatur, nam si extenditur, dividitur in praeteritum, & futurum, praesens autem nullum habet spacium.* quibus verbis expresse continetur nostra concl.o. Probatur 2.o nostra concl.o ratione qua utitur D. Tho. in opusc. 49. ubi haec habet verba * quaelibet pars cuiuslibet successivi, est divisibilis in diversas partes, si ergo aliquod successivum existeret, non solum secundum aliquid indivisibile sui sed secundum aliquam sui partem sequitur quod multae partes alicuius successivi simul essent, quod est contra rationem successivorum* ex quibus verbis hanc efformo rationem. Si tempus existeret per aliquam sui partem tempus non esset ens successivum, at qui tempus est ens successivum, ergo tempus non existit per aliquam sui partem. minor ex notabilibus supponitur. unde probatur maioris sequella, quia si tempus existeret per aliquam sui partem esset tempus quid permanens. sed eo ipso non foret ens successivum, ergo si tempus existeret per aliquam sui partem tempus non esset ens successivum. probatur maior. quia illud ens est permanens cuius partes existunt simul, sed si tempus existeret per aliquam sui partem, partes temporis essent simul, ergo si tempus existeret per aliquam sui partem esset tempus quid permanens. probatur min. quia si tempus existeret per aliquam sui partem, pars ad quam esset in actu, illa pars esset divisibilis in duas medietates, & rursus quaelibet medietas divisibilis foret in alias medietates, & rursus quaelibet medietas in alias, & in alias medietates usque in infinitum; sed eo ipso partes temporis existerent simul, ergo si tempus existit per aliquam sui partem ~~[struck]~~ partes temporis existerent simul. maior est certa, quippe hoc est de essentia partis cuiuslibet continui quod sit iterum, & iterum divisibilis. ergo tempus esset quid permanens, unde cum & sit ens successivum esset & non esset ens successivum, quod est chymera. ac proinde dicendum necessario est quod tempus existit ratione alicuius indivisibilis instantis = dices cum Eximio Doctore, quod pars temporis quae actu adhuc existit existit fluide, non autem perseveranter, & permanenter, unde non sequitur quod tempus sit ens permanens sed quid successivum = Sed contra. vel haec solutio implicat in terminis, vel incidit in nostram sententiam quam renuit confiteri, ergo non est sustinenda. probatur sic explicando arg. ergo quando dicit quod pars temporis existit fluide, & non perseveranter, vel sensus est, quod existit actu tota pars divisibilis ~~[struck]~~ in alias & in alias medietates. vel sensus est quod pars temporis quae existit tota non existit. sed indivisibili modo, si dicatur hoc secundum est incidere in nostram sententiam, unde et si recusetur tenetur stare nobiscum. si dicatur primum, illud est chymera et ex illo dicto arguimus quod tempus erit quid permanens. quandoquidem actu existit simul alia & alia medietas ~~aliquarum~~ quaelibet illam partem actu existentem componit. ~~[struck]~~

~~[struck]~~: Secundo probatur nostra concl.o quia si temporis existeret ratione duarum partium quarum quaelibet adhuc existeret actu, sequeretur quod unum indivisibile instans, duraret plus quam unum instans, sed hoc est impossibile; ergo impossibile est quod tempus existat ratione duarum partium. sequella probatur quia illa pars actu existens necessario contineret aliquod instans uniens, & copulans duas medietates ex quibus componitur illa pars. sed tale instans duraret per totum spacium in quo duraret pars, quod spacium certum est maius quam duratio instantis. [illegible] ergo si tempus existeret ratione duarum partium quarum quaelibet adhuc existeret sequeretur quod unum instans duraret plus quam unum instans. probatur min. quia tale instans copulativum illarum medietatum duraret dum illae medietates durarent, cum in illo tempore, solum verificaretur praesens, ergo unum instans plus quam unum instans duraret = Solvitur speciali argum.o = opponens argumentum satis dificile, & molestum. omne quod est praeteritum, aliquando fuit praesens & existens. & similiter omne quod est futurum aliquando erit existens et praesens, sed partes temporis sunt aliae praeteritae, aliae futurae ergo aliquando ~~[struck]~~ existiterunt, et praesentes; vel existent et praesentes = resp. dist. maiorem. & illud de rebus permanentibus concedo, & de rebus

successivis illud subdistinguo quod est praeteritum aliquando fuit praesens adaequate nego maiorem
inadaequate concedo maiorem. Et idem dico de futuris, vel aliis terminis; quod est prae-
teritum aliquando fuit praesens, initiative, vel consummative, concedo maiorem. alio modo
nego maiorem. Et concedo minorem. Et distinguo consequens eisdem terminis = Replicabis
partes temporis adaequate sunt praeteritae, et adaequate sunt futurae, ergo adaequate sunt praesentes.
Consequentia probatur. eo modo aliquid fuit praesens, sicut est praeteritum, et similiter eo modo
aliquid erit praesens, sicut est futurum. sed partes temporis praesentis et adaequate sunt praete-
ritae, et futurae, ergo partes temporis praesentis et adaequate fuerunt, et erunt praesentes.
maior videtur nota, cum praeteritum et futurum correlativa sint respectu praesentis =
Respondeo 1o. dicendo antecedens nego. consequentiam ad cuius probationem distinguo maiorem et illam concedo
ratione praeteritionis et futuritionis verum permanentium. Et illam nego ratione praeteri-
tionis et futuritionis successivorum. quippe hoc exigit natura et essentia successivorum
ut non sint praesentia = 2o Respondeo. et forte melius explicando hanc nostram
praedictam solutionem. distinguo antecedens. partes temporis adaequate sunt praeteritae et sub
eadem differentia praeteritionis vel temporis praeteriti nego antecedens. sub diversa differentia
concedo antecedens. Et nego consequentiam. explicatur distinctio. quia esto nunc simul sit
vera haec propositio: dies hesterna est praeterita, tamen aequivalet haec propositio
viginti quatuor praeteritionibus+ nam suprema hora diei hesternae non
est adaequate praeterita hesterna dies, unde in ipso praeterito datur aliquid prius praeteritum
et aliud posterius. quo pacto, et si in hoc nunc de praesenti sit verum dicere dies hesterna
praeteriit, non tamen dicta ut tota praeteritio sit simul, sed aliqua praeteritio est magis
remota quam alia, et alia est proximior alia. quo pacto dicere possumus quod praeteri-
tum etsi nunc sit simul simultate enuntiationis, non tamen est simul simultate
praeteritionis. cum detur etiam in praeterito prius et posterius, quippe prius praeteriit prima
dies in qua vixit Adam, quam 2a. et prius praeterierunt dies Adam, quam
dies Abraham, et istorum dies prius fuerunt, quam dies hesterna. unde pars
temporis non est adaequate praeterita adaequatione simultatis, sed adaequatione praeteritionis. et
idem dico de futuritione. cum non sit tota simul, sed unice simultate enuntiationis
cum nunc sit verum dicere dies crastinus est futurus. unde esto praeteritum, et futurum
sint correlativa ad praesens stat locum ut de praesenti solum existat aliquod indivisibile
nunc, etenim si pergimus ad praeteritum, videmus quod attenta simultate praeteritionis
solum aliquod nunc est simul praeteritum, sicut eadem simultate futuritionis inspecta
solum aliquod nunc est simul futurum. et si simultate enuntiationis nunc de
praesenti simul enuntiatur omne praeteritum, et omne futurum. = dices iterum. duo instantia
non sunt simul. ergo transacto hoc instanti A, quod in hoc nunc erat praesens, immediate
sequitur pars de praesenti existens. aliunde existeret instans B. immediatum adiunctum A.
Respondeo dicendo antecedens, distinguo consequentiam ergo immediate sequitur pars ut existens tota, et ratione sui
nego. est existens initiative in illo instanti A. et terminative in instanti B. concedo
consequentiam. acquiramus de priori ad ultimum dicendum est quod tempus existit ratione indivisibilium instantium

+ viginti quatuor horarum

Finis libri quarti

LIBER QVINTVS PHYSICORUM.

summa textus.

Rectus methodus insequendo doctrinae disputat in praesenti Aristoteles de distinctione motus in varias species, & cum ab eodem principio sumatur distinctio specifica, ac numerica unitas, cum unus sit indivisus in se, & divisus a quolibet alio, agit simul de unitate, & contrarietate motus. Deinde postquam egit Aristoteles de natura motus, & ejus mensura qualis sunt locus & tempus, sequitur tractare de distinctione, unitate, & contrarietate motus cum autem unitas motus a terminis desumatur proinde in hoc libro agit de praedicamentis ad quae datur per se motus, & simul explicat ad quae praedicamenta non datur per se motus. unde primo explicat varias motus & mutationis acceptiones. secundo docet, ad tria tantum praedicamenta dari per se motum, unde [...] de diversitate motus agit, & denique agit de motus contrarietate. nos autem methodum istam insequendo breviter librum istum percurremus =

disputatio vigessima de terminis motus —

q. 1. ad quae praedicamenta detur per se motus :

= § = aliquot notabilia conducentia stabiliuntur = supponimus primo, quod mutatio contradistinguitur a motu stricto & rigoroso, quippe motus stricte sumptus, cum sit actus entis in potentia secundum quod in potentia exigit terminos positivos inter quos detur latitudo vincibilis per motum. mutatio autem etsi sit transitus de uno termino ad alium terminum, tamen non exigit latitudinem successive vincibilem, sed sufficit latitudo metaphysica, consistens videlicet in eo quod terminus a quo transit sub[...] minus ad quem seu distinguatur ab illo, unde mutatio exerceri valet in unico instanti, ut quando aliquid transit de non esse ad esse, ut patet in generatione substantiali = igitur pro maiori intelligentia supponendum est quod transitus de uno termino ad alium terminum potest esse inter terminos pure negativos, ut quando aliquid transit de uno non esse, ad aliud non esse, verum cum isti termini nihil sint, ideo iste transitus non est vera mutatio, ut videtur docere Aristoteles in praesenti cap. 1. rursus potest esse transitus inter terminos quorum terminus a quo sit negativus, sive privativus, & terminus ad quem sit quid positivum, ut quando in generatione substantiali transit materia prima, de non esse v.g. ignis, ad esse ignis, rursus transitus potest esse inter terminos quorum terminus a quo sit quid positivus, & terminus ad quem transit quid negativus ut patet in corruptione ut quando lignum transit de esse ligni, ad non esse ligni. igitur isti duo transitus sunt stricte mutationes instantaneae, quarum prima dicitur generatio, & 2a corruptio. quaestio ergo praesens non procedit de terminis, terminantibus generationem, & corruptionem. quippe generatio & corruptio etsi sint strictae mutationes non sunt stricti motus, de quibus terminis procedit quaestio. = unde rursus notandum est quod transitus verus potest inter terminos positivos, ut quando aliquid transit de calido in frigidum vel e contra, vel albo in nigrum. vel de maiori in minus, vel e contra. = denique notandum

quod sit aliquid sit per se terminus motus n. sufficit qd quomodocumque per se ad positionem motus, idest per resultantiam alicuius termini ad quem sit motus, s. requiritur qd primario terminet ipsum motum, sicuti ut dicatur qd aliquis calefacit non requiritur qd sit in subiecto calefaciente, quo pacto dum subiectum calefaciens sit coloratum, non dicitur, qd color calefacit, dicitur autem qd calor calefacit eo quia per se calor calefacit. His praenotatis; = Sit statuta Conclusio. Sit Conclusio. tantum datur per se motus ad quantitatem, qualitatem, & ubi = Conclusio ista cum sit exclusiva probari debet per suas exponentes. exponens 1.º est ista copulativa. ad quantitatem, qualitatem, & ubi datur per se motus. & ad nullius aliquam entitatem datur per se motus. ~~...~~ categoria ~~...~~ ~~...~~ probatur quoad omnes suas partes ex Arist. in hoc. lib. 5. cap. 2. tex. 18. ubi ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~. haec habet verba * cum autem neque in substantia neque in ~~...~~ relatione, neque in actione, passione vel sit motus, restat in qualitate, quantitate ac ubi; tantummodo motum esse, in uno quoque namque istorum est contrarietas. * in quibus verbis nostra conclusio. eas quoad omnes partes tenet Angelicus Magister ibidem lect. 4. = Nec valet dicere; qd Aristoteles solum in praesenti docet qd ad quantitatem qualitatem & ubi datur motus per accidens. n. in quo id valet. nam eo modo docet Aristoteles ad quantitatem qualitatem & ubi dari motum ac docet non dari ad reliqua praedicamenta, at quia ad alia praedicamenta datur motus per accidens, qd quidem ad resultantiam termini motus poni possunt, 2.º est qd ad praedicta tria genera datur per se motus, ig 2.º ratione probatur. prima pars primae categoricae. videlicet qd ad quantitatem datur per se motus. qd augmentatio est motus proprie dictus. sed augmentatio terminatur per se ad quantitatem. ergo ad quantitatem datur per se motus. maior probatur qd augmentatio supponit omnes conditiones stricte exactas ad verum & rigorosum motum. qd terminus supponit subiectum in actu, & versus datur latitudo intermedia per motum inter terminum a quo, & ad quem. ~~...~~ ergo alteratio augmentatio est motus proprie dictus. minor autem principalis ex eo patet qd augmentatio per se respicit quantitatem ut maiorem, unde augmentatio per se tendit ut subiectum fiat maius. = Dices primo ~~...~~ cum Galeno lib. 7 Methodi, cap. 7; & cum Valesio lib. 2. controversiarum. contro. 17. qd quantitati nihil est contrarium, s. motus proprie dictus est inter terminos contrarios, ergo est qd ad quantitatem non datur per se motus. 2.º Dices, sed dices qd Arist. docet lib. 8. fisic. tex. 23. qd augmentatio non est motus continuus. s. omnis motus stricte talis est continuus. ergo augmentatio non est verus fisicus motus. sed ergo ad quantitatem n. datur per se motus. = Dices 3.º dices qd si augmentatio esset verus motus, acquisito termino augmentationis quiesceret quantitas maior. desineret terminus a quo huius motus. videlicet desineret quantitas minor, s. qd acquirit maior quantitas, quantitas minor perseverat. ergo est qd augmentatio non est verus motus. = S. Ista, & ad primum dispendo, qd contrarietas sumi potest tripliciter. vel proprie talis, prout videlicet exercetur inter terminos positivos qui sub eodem genere maxime distant, & sub eodem subiecto mutuo se expellunt, = 2.º potest sumi contrarietas n. ita proprie, s.d large, prout videlicet exercetur inter terminos distantes, qui quamquam ~~...~~ formaliter uniuntur, attamen identice & materialiter ab eodem subiecto non se expellunt mutuo.

tertio aute sumi pt. contrarietas [struck out] improprie et latissime videlicet pro oppositis qualicumque, ut est illa que reperitur inter esse, et non esse quantitati aute nihil est contrarium primo modo, sed secundo modo, esto quantitas maior identice reperiatur in subiecto eodem in quo est quantitas minor, et mutuo se expellant, dum quantitas ut maior destruit terminationem quantitatis ut minoris. At, et e contra, unde augmentatio et diminutio sunt veri motus ad quantitatem. = ad 2um dicitur 1° quod [struck out] [struck out] continuitas motus potest reperiri triplicit. primo ut duret motus per totum tempus absque interruptione. ut de facto durat continuo motus primae sphaerae a primo instanti creationis mundi usque ad finem mundi, in quo tempore, ut non cessat tempus quo ad huc exist. ita non cessat motus primae sphaerae. = 2° continuitas [struck out] alicuius motus potest considerari si sit in viventibus, ita ut duret per totam vitam. = 3° continuitas potest considerari etiam in viventibus ita ut motus duret per aliquam aetatem illius viventis. videlicet ut si durat in infantia, vel in adolescentia vel in virili aetate, vel in senectute. = 4° denique continuitas motus considerari potest ita ut perseveret dum perseverat motus sive motus multum duret sive parum. = quod 2° Aristoteles loco in arg. citato dicit quod augmentatio non est motus continuus loquitur de continuitate in primo, aut in 2° modo. non aute negat continuitatem in tertio modo, vel in quarto quae continuitas sufficiens est ad strictum motum. = Et per hoc potest ad 3um instantiam. unde ad formam dist. p°. si augmentatio esset verus motus acquisito termino ad quem destrueretur terminus a quo. in esse terminationis maioris. destrueretur identice et materialiter neg. mai. et dist. min. eodem modo, et neg. conseq. = 2a aute et tertia pars prima categorice neg. ubi videlicet, quod ad qualitatem et ubi dato per se motus, probatur. ex quo in qualitate et ubi reperiuntur conditiones stricte exactae ad verum motum. quod ad qualitatem et ubi datur per se motus. ant. probatur. quia ut vidimus conditiones exactae ad motum sunt subiectum in actu, et rursus latitudo seu distantia vincibilis per motum. quarum quaelibet reperitur in qualitate et ubi; in qualitate quia calor supponit subiectum in actu et si intendatur datur inter primum gradum et secundum latitudo, retardante frigiditate ipsum motum intensionis necessario calor possidet subiectum similiter ubi sinistrum distat ab ubi dextro et ubi dextrum distat ab ubi sinistro. ergo in qualitate et ubi datur [struck out] conditiones exactae ad verum et strictum motum. = Verum pro solutione aliquorum argumentorum nota quod non omnes qualitates terminant per se motum. quandoquidem illi non terminant qualitates spirituales. neque ex corporalibus qualitatibus illi terminant, qualitates quae corpori per resultantiam. ut sunt [struck out] passiones, et omnes species qualitatis praeter aliquas ex tertia specie, quae illi per se terminant, unde qualitates quae per se terminant motum sunt primae et secundae qualitates. primae, ut calor et frigus. humiditas et siccitas. et secundae ut colores. sapores, odores, [struck out] et soni.

Proseguitur liber quintus.

dices q ad ubi non dat per se motus. assumptum probas ex eo q ubi est relatio, hac consistit in unicatione distantiae ad polos mundi, s. ad relationem per se non dat motus. q ad ubi non dat per se motus = Rursus motus localis respicit ut terminum per se ipsum locum, s. locus distinguitur ab ubi, q ad ubi non dat per se motus. maior videtur nota cum motus localis sit ad acquirendum locum. = Rursus q motus localis non est proprie motus. q aliter motus localis terminatur ad ubi, ad ubi non datur per se motus. assumptum probas. q in vero motu, mobile debet esse partim in termino a quo, et partim in termino ad quem, s. in motu locali, mobile non est partim in quolibet extremo, cum extrema distent inter se, unde mobile ad summum est in medio, q motus localis non est proprie motus. = S. 2da, et ad 1um resp. neg. q ubi sit relatio, quippe ubi est fundat relationem est quid absolutum ut constat ex eius definitione. = ad 2um negamus quippe motus solum respicit locum ut quid extrinsecum, cum locus sit quid extrinsecum respectu locati, ubi autem respicit a parte ut terminum intrinsecum respectu ipsius mobilis. = ad 3um nego ans. imo motus clarior quia proprissime est motus, est motus localis. ad probationem in contra eius resp. q mobile dum est in medio est partim in termino a quo, et partim in termino ad quem. quia medium participat ab utroque extremo. unde medium si comparatur respectu termini a quo, habet rationem termini ad quem, et si comparatur cum termino ad quem habet rationem termini a quo, ut patet in quolibet alio medio. tepidum enim respectu calidi est frigidum, et respectu frigidi est calidum, et fuscum respectu albi dicitur nigrum, et respectu nigri dicitur album. = ig. q secundum pars nostrae positionis. etsi illa chategorica multiplex sit sit probari debet per partes, in ea virtualiter contentas. ig. probatur 1o q ad substantiam non datur per se motus. q motus versatur inter terminos positivos, ut iam diximus, s. substantia non fit ex termino positivo, s. ex ducere privatione. q ad substantiam non datur per se motus = dices q nutritio terminatur ad substantiam, s. nutritio est verus motus. q ad substantiam datur per se motus. maior est nota, quippe in eo distinguitur nutritio ab augmentatione, et ab alteratione. q nutritio terminatur ad substantiam, augmentatio ad quantitatem, et alteratio ad qualitatem. q nutritio terminatur ad substantiam probatur q min. 1o q nutritio comitatur semper augmentationem, s. augmentatio est verus motus. q et nutritio. = 2o q nutritio habet conditiones requisitas ad motum quoniam supponit subiectum in actu, videlicet viventem, cum solum detur in viventibus. rursus nutritio supponit extensionem in subiecto, cum detur distinctio partium substantiae et aliae acquirantur aliae non. = Rursus datur oppositio inter terminum a quo, et ad quem nutritionis q est verus motus. = S. ig. neg. q nutritio per se sit motus, s. per accidens eo q comitatur augmentationem. unde nutritio per se non versatur inter substantiam et substantiam, s. inter non esse aliud, et esse aliud, unde est inter terminos quorum unus est privativus et alter positivus. s. in eo non datur latitudo vincibilis per motum unde terminus a quo nutritionis ut est substantia alimenti s. privatio substantiae alimenti. ad rursum nutritio non recipit in viventes, quod est substantia in actu, s. recipitur in materia prima. = de relatione probatur 3o q relatio quaelibet praedicamentalis ponitur per resultantiam ad existentiam fundamenti, et termini q ad relationem non datur per se motus = de actione probatur. q cum actio sit semper cum motu, si ad actionem daretur per se motus. ad actionem daretur per se actio, et ad motum daretur per se motus. unde si ad 1am actionem datur per se actio, et ad 1um motum daretur per se motus. ad quemlibet actionem daretur per se actio, et ad quemlibet motum daretur per se motus. unde daretur processus in infinitum, quod est impossibile, q ad actionem non datur per se motus. = de passione probatur eadem ratione cum passio per se in quantum est ut scintilla a natura, sit eadem cum actione et motu, unde si ad passionem daretur per se motus ad passionem daretur per se passio, quod etiam est impossibile. = de quando etiam per se constat. q quando est quid resultans ex adiacentia temporis, s. quod ponitur per resultantiam non ponitur per se ex vi motus. q ad quando non datur per se motus

de situ prob. q.o situs resultat ex positione corporis in loco, unde situs vel est idem cum ubi, aut modus subsequens ad ubi, quod est certius, s. modus subsequens ad aliquid ponitur per resultantiam, q.o ad situm n. datur per se motus = dices qd quis movetur a sedendo, vel stando. s. sessio & status est quid per tinens ad situm. q.o ad situm da per se motus. resp.o qd motus per se solus ad ubi, at vero quo ubicatio sit tali vel subilla positione; est quid resultans ad ipsum ubi, unde motus non terminatur ad situationem, s. ad ubi, & inde sequitur situm non dari per se motum = de habitu denique prob. de 1.o q.a habitus est quid resultans ex vestibus mediantibus inter vestem & corpus vestitum. unde licet motus detur ad vestem, n. tamen datur motus ad habitum, nec est motus qui datur ad vestes seu ad esse vestitum est quid artificialis, & de isto non disputat Aristoteles. cum solus inquirat de termino motus naturalis. q.o ad omnem entitatem, praeter quantitatem, qualitatem & ubi datur per se motus =

Q. 2. a quo desumatur unitas formalis & specifica motus = § = prop... aliqua = notandum qd alia est unitas numerica, alia specifica, & formalis. unitas numerica, est quae desumitur a materia, & unitas formalis & specifica est quae sumitur a forma. & inde talis unitas formalis dat speciem. = rursus nota, qd ab eo principio sumitur unitas formalis ac distinctio formalis. quo pacto communiter dicitur qd idem est constitutivum ac distinctivum. unde quod sufficiebat ad specificandum formaliter motum sufficiet ad illum distinguendum. = rursus nota quod cum in motu concurrat subiectum mobile, & terminus a quo, & terminus ad quem & motor seu agens, & denique spacium super quod & per qd fit motus, ab aliquo istorum debet desumi debet unitas specifica & formalis in motu. & cuius maioris intelligentia supponendum est ut certum motorem non praebere speciem motui, quod constat, eius species seu unitas formalis desumi debeat ab aliquo intrinseco, vel aliquo modo intrinseco se habente, at qui motor est agens omnino extrinsecus ergo motor non ingreditur unitatem formalem & specificam motus, nec valet dicere, qd duo motus sursum ad idem naturaliter terminum. imo, & ab eodem termino a quo, sunt diversi, sicuti est naturalis, ut erit motus sursum in igne, & alter violentus si sit in lapide, & tamen isti motus n. habent a quo desumant suam diversitatem nisi a motore, qd quidem termini ipsissimi, ut supponitur, imo & medium. ergo est qd motor dare potest speciem motui. Non inquam id obstat q.a naturale & violentum non diversificant essentialiter motum cum species essentiales motus in locali sint sursum, & deorsum, rectus, & obliquus, & circulare, & in motibus aliis, species sint intra suum genus. ut in alterat.e & remisione, in augm.e & diminutione. unde motor proprie non diversificat essentialiter motum, s. unice accidentaliter. rursus supponendum est qd mobile non dat speciem essentialem motui, & ratio est, q.a mobile solus sparatur respective motus sed solus subiectum non sumitur unitas formalis & specifica, s. unice unitas individualis. ergo mobile non dat speciem essentialem motui. difficultas ergo praesens debet esse an a termino a quo, & ad spacium. dum aliqui contendunt motum specificari formaliter non a termino ad quem. s. & a termino a quo, & ab spacio super quod, vel per quod fit motus, ita M. Lorma. in praesenti q. 3. = Sit de 1.o unitas formalis & specifica motus unice sumitur a termino ad quem formaliter & in esse termini ad quem inspecti

Ratio a priori est quia omnis tendentia ad aliud seu omnis via inter duos terminos, ab illo termino specificatur, quem primo et per se respicit, atqui motus primo et per se tendit ad terminum ad quem, primo et per se ordinatur et respicit terminum ad quem; ergo ab illo specificatur formaliter, dixi quod specificatur a termino ad quem formaliter in esse termini, et sic apparent manifeste solutae rationes in contrarium quae tendunt quod terminus a quo, et motus specificant formaliter, = unde isto modo dicendi dices quod terminus a quo etiam aliquo modo specificat, atque ita duae in ascensu lapidis et descensu ignis ad idem punctum seu ad idem terminum, qui motus diversi specifice sunt, cum alter sit motus deorsum, et alter sursum, et tamen habent eundem terminum ad quem. - Secundo respondeo esse eundem terminum ad quem in esse entis et materialiter, non vero formaliter, cum sub alia ratione respiciatur ab igne descendente, et a lapide ascendente. - Et inde quod tota diversitas specifica horum motuum sumitur a termino ad quem formaliter inspecto = Et eodem modo respondeo ad illud quod obiicitur adducendo quod spacium diversificat specifice motum. ut patet in motu recto, et obliquo, quorum quilibet sit ab eodem termino a quo, et ad eundem terminum ad quem, solum addita differentia quod motus rectus tendit per lineam rectam et motus obliquus per lineam curvam. = Respondeo enim quod etsi termini istorum motuum sint iidem entitative sunt diversi formaliter in esse termini, quia diverso modo respicitur ille terminus ab utroque motu, unde Aristoteles dixit

Aristoteles, hic tex. 31. dixit de motu alterationis, quod omnes dealbationes sunt eiusdem speciei, sive sit dealbatio per fuscum, sive per aliquem colorem, et omnes disciplinationes, docet ibidem esse eiusdem speciei = ex dictis patet quod varietas motuum sumitur ex varietate et diversitate terminorum ad quem. quia cum a terminis ad quos specificentur, ab illis debet sumi diversitas et varietas, cum idem sit constitutivum et distinctivum.

Q. 3. a quo desumatur unitas numerica motus?

Supponimus ad unitatem numericam motus requiri continuitatem, si enim motus discontinuatur impossibile est quod sit idem numero, etenim motus est de linea quantitatis continuae, unde quantitas continua ut sit una numero exigit continuitatem, quae facta unum definitur quod sit indivisum in se, infertur necessario motum exigere ad sui unitatem numericam continuitatem. similiter ad unitatem numericam motus exigitur unitas temporis seu continuatio ipsius temporis, ita ad quemlibet motum correspondeat, et tantum esse motus, quantum temporis pars similiter motus. si enim tempus discontinuatur et discontinuari motum necesse est. - Secundo supponimus ad unitatem numericam motus requiri unitatem formalem termini ad quem, cum enim motus qui est unus numero necessario sit primum intra speciem, infertur proinde exigere unitatem formalem termini ad quem. quapropter dixit Aristoteles quod ea quae sunt diversae speciei continuari non possunt, ergo stante unitate numerica motus posset stare diversitas specifica termini ad quem, cum abito termino specificetur motus sequeretur necessario quod motus specifice diversi continuarentur, dices quod motus sursum, et motus deorsum sunt diversi specifice, unde et habent duos terminos ad quos specifice diversos, et tamen isti duo motus continuari possunt. ut patet si sursum proiicias pilam vel lapidem, et per eandem lineam rectam descendet pilla vel lapis motus illi continuantur, unde non sunt duo motus sed unus et idem = Respondeo quia in illo

casu illo motus non continuatur, s. motus primus quiescit sursum terminat[us] in suo termino, in quo mobile quiescit saltim negative, quae quies cum sit valde parva non percipitur. Sed ut sufficiens est ut terminus sursum, v[el] ubi illud sursum sit terminus illius motus sursum, qui eo ipso quod distinguatur spe[cie] a motu deorsum, et ab ubi deorsum, est sufficiens ad distinguendum etiam numerice illos duos motus. Si autem pila vel lapis non ascendit per lineam rectam, sed curvam continuari possunt illi duo motus unde tunc non erunt duo mo[tus] sed unus videlicet motus obliquus, qui partialiter est sursum, et partialiter deorsum. est in isto casu non sunt duo termini ad quos, sed unus et idem unde iste idem motus est unius speciei, ita est unus numero motus = sursum supponendum est quod ad unitatem numericam motus exigitur unitas numerica agentis totalis motoris. nam cum motus vel sit idem cum actione vel connotet necessario actionem id exigitur necessario ad unitatem numericam motus quod requiritur ad unitatem nu[me]ricam actionis. Dixi quod requiritur unitas agentis totalis nam duo agentia partialia sicut possunt adunari ad unitatem numericam actionis adunari possunt ad unitatem numericam motus = Denique supponendum est ad unitatem numer[icam] motus non requiri unitatem numericam spacii, ut patet si lapis descendat ab aere per aquam in centrum, vel ascendat per aquam et aerem, spacia [non] continuantur, sed contigua unice sunt, unde sunt duo spacia, et non est [nisi unus] numero motus; quippe motus ille continuatur a principio usque finem, ergo ad [unitatem] numericam motus non requiritur unitas numerica spacii = dices, quod in[divisibili] debet correspondere mutatum esse motus ad indivisibile spacii, et pars motus parti spacii, sed quando lapis v.g. movetur ab aere, per aerem, et per aquam in centrum, non correspondet cuilibet puncto indivisibili spacii mutatum es[se] motus. quando quidem superficies concava aeris est contigua, et immediata, [su]perficiei convexae aquae. alioquin si illi utrique superficiei aeris et aquae corresponderet mutatum esse motus, sequeretur quod duo mutata esse motus ess[ent] immediata, unde motus componeretur ex indivisibilibus cuius contrarium dicen[dum] deo dante libro sequenti, ergo quando motus ille lapidis per aerem et per aquam discontinuatur, ad discontinuationem spacii = Resp. quod motum illum lapi[dis] ab aere per aerem, et per aquam in centrum esse omnino eundem numero, at ex [hoc] non inferri quod correspondeant duo mutata esse motus illis duabus super[fi]ciebus aeris et aquae quae contiguae sunt, sed illis duabus superficiebus con[ti]guis solum respondet unicum mutatum esse motus, nam indivisibile [additum] indivisibili non facit maius, unde cum prima superficies concava aeris sit indivisibilis versus profunditatem versusque circumdat aquam, et similiter superficies convexa aquae sit indivisibilis versus profunditatem, vel sublimi[tatem] versusque circumdatur ab aere, hinc est quod sufficit unicum mutatum [esse] motus ad correspondentiam illarum duarum superficierum. etenim duo indivisibi[lia] non sunt maiora, vel extensiora quam unicum indivisibile = difficultas ergo [ad] tertiam quaestionem, unice absolvitur ad mobile, utrum videlicet ad unitatem nu[mericam] motus requiratur unitas numerica mobilis, sententia asserens quod accid[entia] individuantur a subiecto supponit quod eadem numero accidentia quae sunt [in] toto corrumpendo permanere in genito, asserit et sequenter quod ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis sed quod unus et idem motus continuus reperiri possit in duplici vel multiplici mobili =

at cum sententia asserens accidentia individuari a subiecto, et proinde docens
quod accidentia quae sunt in toto corrupto non praeservant eadem numero in t.
composito de novo genito, sit verior sententia, et iuxta D. Thom. et nobis de
clarata sustinenda in libris de ortu, et interitu, ideo affirmative respondemus
[?]
vestit = § = stabilitur cl.° = ad unitatem numericam motus requiritur unitas nu
merica mobilis. = ratio probativa huius cl.is desumitur ex ratione generali cuiusque
accidentis, quia motus cum sit accidens individuatum a sub.° unde deficiente sub.°
ut deficere est necess.° omnia quae sunt in illo sub.° s. mobile est subiectum motus
ergo ad unitatem numericam motus requiritur unitas numerica mobilis = dices contra
hanc conclusionem: stat quod mobile non sit idem numero, et tamen quod motus sit unus, et idem
ergo ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis. ant. suadetur
in hypothesi quod ~~[...]~~ canis v.g. proiiciatur vivens e turri in latum, et quod
in medio spatii moriatur. tunc casus mobile non est idem ut patet, cum in princi
pio motus sit vivens, et in fine sit cadaver. atqui motus ille est unus
et idem. ergo stat quod motus sit unus et idem numero, etsi mobile non sit idem. prob. min.
quia ille motus est unus et idem numero, qui est continuus et absque interruptione
s. motus ille continuatur, et non interrumpitur. ergo motus ille est unus, et idem =
Confirmatur. de mea hypothesim, quod canis ille portet torquem, torques mo
vetur per accidens ad motum canis. atqui motus torquis est unus et idem, ergo et
motus canis qui movetur per se = confirmatur 2.° de mea hypothesim, quod navis
tendat ab oriente in occidentem, et quod aliquis ibi existens in navi moriatur,
motus hominis, et huius cadaveris est unus et idem numero, et tamen mobile non est
idem cum in principio motus esset homo qui movebatur, et portabatur, et in fine
sit cadaver. ergo ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis.
maior videtur nota, tum quia motus ille est continuus, ergo est unus et idem, tum
quia motus navis qui est talis per se, est unus et idem ut patet, ergo omnia quae
in navi moventur per accidens ad motum navis moventur unico motu. =
Resp.° neg.do [?] ant. et ad primam probationem respondeo motum illum canis et huius
cadaveris, non esse eundem, quod ex eo patet, quia ad unitatem numericam motus
requiritur continuitas, atqui motus ille canis et cadaveris continuus non est
ergo non est unus et idem numero. prob. quia ad continuitatem motus requiritur quod inter partes
et partes motus detur mutatum esse motus, s. in illo casu non datur mutatum esse
motus. ergo non est continuus. prob. min. quia ut detur mutatum esse, requiritur, quod detur subiectum
quod mutetur, s. subiectum quod erat in fieri ad mutationem, quod non datur, ergo non datur mutatum
esse, prob. min. quia ~~[...]~~ in instanti in quo verificatum fuit primum non esse canis
canis mutari nequit, ~~[...]~~ cum mutari aliquid supponat necess.° esse illius, rursus
in illo instanti non fuit mutatum cadaver, ~~[...]~~ ergo non datur subiectum quod mutetur
subiunctum prob. quia in primo instanti cadaveris non praecessit fieri huiusmodi
ergo in illo instanti non fuit mutatum cadaver, quippe omne mutatum esse motus
supponit fieri illius mutationis, atqui ut evidens est non supponitur fieri illius
mutationis, media qua potuit mutatum esse motus in cadavere, ergo nullum datur
subiectum pro illo instanti quod mutetur. ergo motus ille non continuatur in cane et cadavere
s. potius discontinuatur, unde non est unus s. duo motus. ergo est quod ad unitatem
numericam motus requiritur unitas numerica mobilis proinde in illo

casu ille motus non continuandus, s. motus primus quiescit sursum terminatus in suo termino, in quo mobile quiescit saltim negative, quae quies eius sit valde parva non praeiudicat [illegible] ast sufficiens est ut terminus sursum, ubi illud sursum sit terminus illius motus sursum, qui eo ipso quod distinguatur specie a motu deorsum, et ab ubi deorsum, est sufficiens ad distinguendum etiam numerice illos duos motus. Si autem pila vel lapis non ascendit per lineam rectam, sed curvam continuari possunt illi duo motus unde proprie non erunt duo motus, s. unus videlicet motus obliquus, qui partialiter est sursum, et partialiter deorsum. est in isto casu non sunt duo termini ad quos, s. unus et idem unde et idem motus est unius speciei ita est unus numero motus = Tertius supponendum est quod ad unitatem numericam motus exigitur unitas numerica agentis totalis motoris. nam cum motus vel sit idem cum actione vel comittitur necessario actioni id exigitur necessario ad unitatem numericam motus, quod requiritur ad unitatem numericam actionis. dixi quod requiritur, unitas agentis totalis nam duo agentia partialia ut possunt adunari ad unitatem numericam actionis adunari possunt ad unitatem numericam motus = Denique supponendum est ad unitatem numericam motus non requiri unitatem numericam spacii, ut patet si lapis descendat ab aere per aquam in centrum, vel ascendat per aquam et aerem, spacia continuanda, sed contigua unice sunt, unde sunt duo spacia, et non est numero motus, quippe motus ille continuatur a principio usque finem, ergo ad numericam motus non requiritur unitas numerica spacii = Dices, quod in debet correspondere mutatum esse motus ad indivisibile spacii, et pars motus parti spacii, sed quando lapis v.g. movetur ab aere, per aerem, et per aquam in centrum, non correspondet cuilibet puncto indivisibili spacii mutatum esse motus. quando quidem superficies concava aeris est contigua, et immediata, superficiei convexae aquae. alioquin si illi utrique superficiei aeris et aquae corresponderet mutatum esse motus, sequeretur quod duo mutata esse motus essent immediata, unde motus componeretur ex indivisibilibus contra [illegible] dicendo dante libro sequenti, ergo quando motus ille lapidis per aerem et per aquam discontinuatur, ad discontinuationem spacii = [illegible] motum illius lapidis ab aere per aerem, et per aquam in centrum esse unum eundem numero, ast ex non infertur quod correspondeant duo mutata esse motus illis duabus superficiebus aeris et aquae quae contiguae sunt, sed illis duabus superficiebus contiguis solum respondet unicum mutatum esse motus, nam indivisibile indivisibili non facit maius. unde cum prima superficies concava aeris sit indivisibilis versus profunditatem versusque circumdat aquam, et similiter superficies convexa aquae sit indivisibilis versus profunditatem, vel sublimitatem versusque circumdatur ab aere, hinc est quod sufficit unicum mutatum esse motus ad correspondentiam illarum duarum superficierum. etenim duo indivisibilia non sunt maiora, vel extensiora quam unicum indivisibile = Difficultas praesentis quaestioni, unice deducitur ad mobile, utrum videlicet ad unitatem numericam motus requiratur unitas numerica mobilis, sententia asserens quod accidentia non individuantur a subiectis, et proinde quod eadem numero accidentia quae sunt in toto corrumpendo permanere in genito, asserit consequenter quod ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis, s. quod unus et idem motus continuus reperiri potest in duplici vel multiplici mobili =

at hęc sententia asserens accidentia individuari a subiecto, et consequenter docens
qd accidentia quę sunt in toto corruptionis gradu non preservant eadem numero in toto
corrupto et novo genito. sit verior sententia, et iuxta D. Thom. et aliis Deo
dante sustinenda in libris de Anima, et in terris, ideo affirmative respondemus
vo sit = Q = statuitur concl°. = ad unitatem numericam motus requiritur unitas nu-
merica mobilis. = ratio probativa huius cl. desumitur ex ratione generali cuiusvis
accidentis, quia motus cum sit accidens individuatum a sub°. unde deficiente sub°.
et deficere est necess°. omnia quę sunt in illo sub°. s. mobile est sub. motus
q. ad unitatem numericam motus requiritur unitas numerica mobilis = dices contra
hanc concl.: stat qd mobile non sit idem numero, et tamen qd motus sit unus, et idem
ergo ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis. ans. suadetur
in hypotesi qd canis. v.g. proiiciatur vivens e turri in altum, et qd
in medio spatij moriatur. tunc casus mobile non est idem ut patet, cum in princi-
pio motus sit vivens, et in fine sit cadaver. atqui motus ille est unus
et idem, ergo stat qd motus sit unus et idem numero, etsi mobile non sit idem. probatur min.
quia ille motus est unus et idem numero, qui est continuus et absque interruptione
s. motus ille continuatur, et non interrumpitur. ergo motus ille est unus et idem =
Confirmatur. de mea hypothesim, qd canis ille portet torquem, torquis mo-
vetur per accidens ad motum canis. atqui motus torquis est unus et idem, ergo et
motus canis qui movetur per se = confirmatur 2°. de mea hypotesim. quod navis
tendat ab oriente in occidens, et quod aliquis ibi existens in navi moriatur,
motus hominis, et huius cadaveris est unus et idem numero, et tamen mobile non est
idem cum in principio motus esset homo qui movebatur, et portabatur, et in fine
sit cadaver, ergo ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numerica mobilis
maior videtur nota, hoc quia motus ille est continuus, ergo est unus et idem, hoc
quia motus navis qui est talis per se, est unus et idem ut patet, ergo omnia quę
in navi moventur per accidens ad motum navis moventur unico motu. =
Resp°. neg°. ant. et ans. et ad primam probationem respondeo motum illum canis et huius
cadaveris, non esse eundem, qd ex eo patet, quia ad unitatem numericam motus
requiritur continuitas, atqui motus ille canis et cadaveris continuus non est
ergo non est unus et idem numero. probatur quia ad continuitatem motus requiritur qd inter partes
et partes motus detur mutatum esse motus, s. in illo casu non datur mutatum esse
motus. ergo non est continuus. probatur min. quia ut detur mutatum esse, requiritur, qd detur subiectum
qd mutetur, s. subiectum qd erat in fieri ad mutationem, id non datur, ergo non datur mutatum
esse, probatur min. quia in instanti in quo verificatum fuit primum non esse canis
canis mutari requirit, et cum mutari aliquid supponat necess° esse illius, rursus
in illo instanti non fuit mutatum cadaver, ergo non datur subiectum qd mutetur
subsumpta probatur quia in primo instanti cadaveris non precessit fieri huius motus
ergo in illo instanti non fuit mutatum cadaver, quippe omne mutatum esse motus
supponit fieri illius mutationis, atqui ut evidens est non supponit fieri illius
mutationis, media qua potuit mutatum esse motus in cadavere, ergo nullum datur
subiectum in illo instanti qd mutetur. ergo motus ille non continuatur in cane et cadavere
s. potius discontinuatur, unde non est unus s. duo motus. ergo est qd ad unitatem
numericam motus requiritur unitas numerica mobilis probanda in illo

motu dato aliqua quies negativa imperceptibilis et quasi instantanea, quae
sufficit ut dicantur esse motus diversi sit idem numero = ad confirmationem
dicimus totus movetur unico motu, quia perseverat idem mobile, unde
non est idem in motu canis et cadaveris, nec valet illud de motu per se
per accidens, quod motus per accidens continuari potest, etiamsi motus per se non
continuetur, quia stare potest ut perseveret mobile quod movetur per accidens, non
perseverante mobili quod per se movetur. = Similiter ad illud de navi
dicimus motum hominis et sui cadaveris non esse eumdem ob eandem rationem
quam supra diximus de motu canis descendentis et uti, unde etiamsi motus
navis qui est talis per se sit unus et idem non obstat, et sequitur quod motus
per accidens continuaretur, nam ad hoc sufficit quod mobile per se, per se
non perseverante quod movetur per accidens = Pro coronide inquiri-
mus idem mobile possit moveri duobus motibus contrariis? Respondeo
posse, si sit vel secundum diversas partes ut patet quando quis
unam manum elevat, et aliam demittit, vel si unus motus sit per se
talis, et alter per accidens, ut patet in vivente qui deambulat
in navi de oriente ad occidens, navi decurrente de occidente ad
oriens, et similiter patet in rota intra quam homo deambulat
ascendendo, et a rota portatur deorsum. = Si autem sermo sit
de eodem mobili secundum easdem partes, et motu per se implicat idem mobile
diversis motibus et contrariis moveri ut docet Arist. in hoc lib. c. 6.
Denique inquires in quo consistat unus motus velociorem esse alio? Respondeo
probabiliter consistere in eo quod mobile velocius in eadem temporis
quantitate, percurrat longius spacium et tardius spacium brevius, ita
Arist. in praesenti cap. 29. et idem docuit cap. 2. tex 11. dum dixit
esse in tempori aequali id quod est velocius plus confecit. = Et ratio est
quia cum tempus, motus et spacium habeant partes in infinitum divisibiles ut postea
dicemus, stare potest, quod una pars determinata spacii percurratur
in parte temporis longiori vel breviori, iuxta activitatem motoris, unde si velocius
movetur duratio mobilis in parte determinata spacii est brevissima, unde
etiam aliquid acquirit, et in alia durat, at quod tardius movetur durationem continet
in eadem parte determinata spacii = Dices cuilibet parti motus determinatae
vel indeterminatae correspondet necessario quaelibet pars temporis determinata
vel indeterminata, et cuilibet mutato esse motus unicum instans temporis
correspondet, quia sive moveatur aquila, sive testudo easdem partes temporis a
[illegible], et si uterque motus est continuus easdem partes temporis correspondet =
negative [illegible] quia est tempus sit numerus motus secundum prius, et posterius, non [illegible]
motus sed motus primi mobilis. unde non debet stare semper omni modo aequalis
inter tempus, et quaelibet motum, sed inter tempus, et primum motum, unde motus
eo velociores erunt quo maiorem aequalitatem habeant cum motu primi mobilis, et
tardiores quo inaequaliores sint cum tali motu primi mobilis. Et haec de
de hac difficultate difficillima. imo et toto hoc libro =

Finis Q

LIBER SEXTUS PHYSICORUM

Aristoteles in hoc libro totus est in explicando compositionem continui, quae difficultates movet occasione motus, qui cum sit de linea quantitatis continuae, agendo de motus compositione de quantitatis continuae compositione agere necesse est unde ostendit continuum non componi ex solis indivisibilibus, ut docuerat Zeno, sed asserit contra Zenonem componi ex partibus quarum quaelibet est divisibilis usque in infinitum, ostendit insuper quod inter partem et partem motus, et cuiuslibet quantitatis continuae datur indivisibile continuativum, et rursus asserit quod in motu datur ex parte finis mutatum esse motus, seu indivisibile terminativum illius non vero ex parte principii [illegible] autem motum esse motus quod est quid indivisibile correspondens ad instar temporis, quia instantia in tempore sunt sua indivisibilia continuativa, et initiativa, et terminativa, asserendo quod in motu datur ex parte finis mutatum esse motus, et non ex parte principii docet proinde quod motus non incipit in instanti sed in tempore, [struck] et desinit esse similiter, quae inceptio et desitio vocatur extrinseca, ut postea dicetur, et occasione inceptionis et desitionis motus, et de inceptione et desitione aliarum rerum disputat. Denique in fine libri disputat Aristoteles de divisione quietis, quae est privatio motus quam docet esse infinitam, et de erroribus philosophorum circa praedicta, nos quoque Aristotelem et Anglicum Magistrum insequendo, primo de divisione continui, per unam disputationem agemus, et deinde de inceptione et desitione rerum per aliam [illegible] disputando.

disputatio vigessima prima. de composit.e continui

quaestio unica. utrum continuum componatur ex solis indivisibilibus? = § = praemittenda aliqua =

gravissimae illius inter Aristotelem et Zenonem controversiam, accipimus enodandam, et animo[illegible]. Sententia Zenonis Stoicorum principis docebat continuum non ex partibus in infinitum divisibilibus componi, sed ex solis indivisibilibus, contraque Aristoteles, ejus communis peripateticorum sententia, quae docet non componi continuum ex solis indivisibilibus, sed ex partibus inter se unitis, et copulatis mediis indivisibilibus. docuit sententiam Aristotelis Plato. imo haec Aristotelis sententia ita communis fuit inter philosophos, gentiles ut [illegible] eligante docet SS. M. Aquino in Physica, lib. 6 disp. 33. sect. 1. n. 4. quod vix illorum aliquis inveniatur contrarium tradidisse exceptis Epicureis, qui ex athomis seu ex corpusculis individuis et indivisibilibus continuum coalescere asserebant, quam sententiam de atomis tenuere [struck] Democritus. [struck] et Leucippus. quippe de illo asserit Diogenes: quod * sic priorum atomos principia rerum subiecit * et de Democrito idem Diogenes ait quod * sunt autem quae ille opinatus est ista, principia omnium esse atomos atque inane. * quid quod sit de philosophorum antiquorum opinionibus illam sententiam Stoicorum de compositione continui ex solis indivisibilibus tenent ex Recentioribus Cornelius a S. Patritio tract. de continuo. disp. 2. n. 1. Herice l. p. tract. 4. disp. 93. c. 2. n. 6. Quiros disp. 6) [struck] Sententia autem [struck] Arriaga. in physica. disp. 16. [illegible] controversia 17. Sententia autem Aristotelis communis est inter philosophos et theologos et est fere omnium cuiuscumque scholae, sive Anglici Magistri, sive scotistarum, sive ex societate, exceptis paucis [illegible] contraria sententia [illegible] aliis vel de paucis ex eadem familia = Est autem et alia sententia media [illegible] quam aliqui post refutat [illegible] nomine Collegii Complutensis in physica, disp. 25 q. 3. § 2. tenentur, quae sententia volens se eripere ab intolerabili difficultatum pondere media [illegible] ingeniorum utriusque scholae et peripateticae tum stoicae, gemunt sub [illegible], [illegible] anflectitur via quasi media inter utramque scholam, quae sententia docet continuum non componi ex solis indivisibilibus, ut autumnavit Zeno, nec ex partibus actu distinctis ut docet Aristoteles, sed ex partibus solum in potentia distinctis. = § = statuitur [illegible] =

Sit 2a Conclusio. Continuum non componi ex solis indivisibilibus, sed ex partibus actu distinctis haec conclusio est Aristotelis in hoc libro, et Angelici Magistri ibidem. Et est communis. ... quamvis docet non componi ex solis indivisibilibus, unum supponit, et aliud affirmat. Supponit indivisibilia aliqua existere in continuo, quae scilicet sunt tum unitiva, tum terminativa, et ex parte principii et ex parte finis, et affirmat continuum non coalescere ex illis solis, sed praeter indivisibilia coalescere ex partibus. Quantum autem attinet ad suppositum ... conclusionis ex eo patet, quod dari talia indivisibilia necesse est, quia vel ex ipsis solis constat, ut falso docet Zenonis sententia, vel ipsa sunt necessaria conducentia ad unionem et terminationem partium. Quippe si partes dantur ut postea ostendemus, quia illae partes sunt inter se unitae, et constituentes unum in linea quantitatis continuae, et aliunde non comparantur inter se per modum actus et potentiae, quia non sit maior ratio cur pars una sit actus alterius ... aliqua, vel e contra, ... et similiter quia sint tales partes actuales, continuantes unum accidens in individuo, qualis est quantitas, infertur quod inde quod tales partes egeant quibusdam indivisibilibus mediis quibus uniantur, et compleantur. = Caeterum pro maiori horum indivisibilium cognitione sciendum, quod cum diversae sint inter se species quantitatis continuae, diversa quoque inde sunt instituenda indivisibilia, nam si loquamur de indivisibilibus motus, vocantur ista mutata esse, indivisibilia vero temporis vocantur instantia, sive momentum. In linea, vocantur puncta, in superficie sunt lineae, etenim linea etsi divisibilis sit secundum longitudinem, indivisibilis est secundum latitudinem, si autem loquamur de corpore, eius indivisibilia sunt superficies, superficies etsi divisibilis sit secundum latitudinem, est indivisibilis secundum profunditatem. Hoc igitur circa suppositum conclusionis stabilito, et constituto, quod asserimus in 2a conclusione est quod continuum, v.g. linea, (loquamur de ista claritatis gratia, quod enim dicemus de linea, affirmamus similiter de qualibet quantitate continua sive successiva sit, sive permanenti) non componitur unice ex solis punctis indivisibilibus, sed etiam ex partibus divisibilibus actu existentibus in continuo, v.g. in linea. Haec conclusio est expressa Aristotelis fere in toto hoc libro 6 et quam clarissime tenet in hoc lib. 6. c. 1. tex. 2. ubi haec habet verba * praeterea necesse est puncta e quibus est continuum aut continua esse aut se vicissim tangere. eadem autem in omnibus individuis est ratio. at continua quidem esse non possunt propter rationem quam dictum est. tangit autem res quaeque, aut tota, aut pars partem, aut tota partem. Sed cum individuum partibus vacet, ut totum tangat necesse est, continuum vero non fit, cum totum totum tangit. Aliam namque et aliam partem habet continuum, et in ea dividitur, quae hoc modo sunt diversa atque loco abiuncta. haec Aristoteles in quibus verbis clarius firmat conclusionem et rationem pro ea tuenda, quam sic in forma struo. Si continuum componeretur ex solis indivisibilibus, continuum non esset extensum. Sed continuum esse extensum est necesse, ergo continuum non componitur ex indivisibilibus. Sequela maioris probatur. quia si continuum componeretur ex solis indivisibilibus indivisibilia adinvicem se tangerent immediate, sed indivisibilia se ad invicem tangentia, non facerent extensionem, ergo si continuum componeretur ex solis indivisibilibus continuum non esset extensum. maior est nota. quippe partes continui sive divisibiles sive indivisibiles sint debent adinvicem se tangere, quandoquidem cum sint unitae inter se, debent ... invicem communicare. probatur minor. Si indivisibilia adinvicem se tangunt immediate se tangunt secundum se tota, sed si se tangunt secundum se tota nullam faciunt extensionem, ergo si indivisibilia se adinvicem tangunt nullam faciunt extensionem. maior est nota, quia in indivisibili non est aliquid et aliquid. ut respectu unius portionis tangatur, et non respectu alterius. Ergo si indivisibilia se immediate tangunt, se tangunt secundum se tota.

Probatur minor. quia quae se tangunt secundum se tota non permittunt ut ex ipsis fiat aliquid
maius quam quodlibet eorum ipsorum occupant locum, quemadmodum si duo corpora se tangerent secundum
se tota, eundem locum occuparent, ut pote in eo casu penetrata. Ergo si indivisibilia se tangunt
secundum se tota nullam faciunt extensionem. = Confirmatur haec eadem ratio. Si continuum componeretur
ex solis indivisibilibus, unum indivisibile additum alteri faceret maius, et extensum subiectum
sed unum indivisibile additum alteri non facit maius subiectum. Ergo repugnat quod continuum
componatur ex solis indivisibilibus. Maior est nota, quippe si continuum componitur ex solis indi-
visibilibus, indivisibilia erunt partes continui, et de ratione cuiuslibet partis est quod una
addita subiecto reddat maius. Minor autem constat, tum quia quod est commune philosophorum pro-
loquium, et axioma valde certum. Sed tamen unum indivisibile additum alteri, non potest illi
praestare illud quod ipse non est nec habet, sed indivisibile non est extensum neque habet
extensionem, ergo unum indivisibile additum alteri non facit maius. Confirmatur hoc idem,
quia si continuum componeretur ex solis indivisibilibus linea constans ex decem indivi-
sibilibus, aequalis esset in magnitudine, ~~[illegible]~~ lineae constanti ex undecim in-
divisibilibus, sed hoc est falsum. Ergo continuum non componitur ex solis indivisibilibus.
Minor est certa, quippe maiores continui addita continuo illud constituere maius
est necesse, ut patet si lineae addas partem alterius longitudinis, quaecumque sit
maior, nam... Ergo maior... quod linea constans ex undecim indivisibilibus solum
habet unum indivisibile supra lineam constantem ex decem solis indivisibilibus
sed unum indivisibile non potest illam lineam maiorem constituere, relate ad lineam
ex decem solis indivisibilibus. Ergo utraque linea esset aequalis in longitudine.
Probatur minor, quia illud indivisibile nullam habet extensionem. Ergo additum supra illa
decem indivisibilia non constituit maiorem extensionem. = Ignatius autem altera nostrae
conclusionis pars, quae asserit continuum componi ex partibus, nota videtur, quoniam quidem aut
ex indivisibilibus aut ex partibus necesse est componi, sed ut ostensum est ex indi-
visibilibus non componitur, ergo ex partibus. Suadetur alia ratione suadetur, et primo
ex Aristotele 1o in quinto Metaphysicae c. 12. ubi definiens quantum ait esse
divisibile in ea quae insunt, quorum utrumque vel unumquodque unum quid et hoc aliquid natum est esse
Ergo quantum est divisibile in duas partes, quae utique sunt quae insunt, quae partes
actu distinctae sunt, ut pote colligatae, et connexae mediis punctis indivisibilibus. vide
Angelicum Magistrum ibidem exponentem hoc dictum philosophi ait * quantum dicitur quod
est divisibile in ea quae insunt, quod quidem dicitur ad differentiam divisionis mixtorum,
nam corpus mixtum resolvitur in elementa, quae non sunt actu in eo, sed tantum in potentia *
nunc sic, Ergo aliter sunt partes in continuo ac elementa in mixto; sed in mixto
elementa sunt tantum in potentia seu in virtute, ergo partes sunt actu in quanto
seu in continuo, unde sic optime verificatur illud in ea quae insunt, quod quidem
in esse dicitur actualis existentiae. — Suadetur 2o idem Aristoteles cap. de quantitate
tex. 5. haec habet verba * At vero linea est continua quia communem terminum
sumere licet, quo partes eius coniunguntur * et idem docet ibidem de superficie
corpore, et tempore. Ergo iuxta Aristotelem in continuo sunt actu partes divisi-
biles ex quibus componitur. Sed quid tamen moramur in stabilienda nostra conclusione ex philo-
sophi, cum Aristoteles toto hoc lib. praesertim cap. 1. et 2. et 3. totus sit in osten-
dendo continuum componi ex partibus divisibilibus actu in continuo existentibus.

vult D. Angelicus Mag. ibidem, totus est in hoc ipsum suadendo occupatus, quod ad stabiliendum hanc partem nostram doctrinae ex alijs principijs. Suadetur quod ex Tridentino Sessione 13. can. 4. ubi definitur circa praesentiam realem Christi Domini in Eucharistia, ubi dicitur quod * totus est integer Christus sub panis specie, et sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie et sub eius partibus existit * quod in Tridentino supponitur in quantitate continua specierum panis et vini existere actu partes sub quibus est Christus Dominus, si enim in continuo partes non essent, nec Christus sub illis posset existere. ... vero ratione probatur haec eadem propositio: quia in quantitate palmari v.g. sunt actu duo semipalmi, ante omnem fictionem intellectus: quod actu sunt partes in continuo. ... est evidentia, quod quantitas illa palmaris divisibilis actu ... in duos semipalmos, et alter a altero separatur realiter, quod actu realiter distinguuntur. quippe realis separatio est evidens signum distinctionis realis. = ... dilucidatur replica ... maxime partis ... sententiae ... peripatetici ... quod in continuo unica dantur partes in potentia, non actu realiter diversae, quod ... ex eo quia si in continuo essent partes actu realiter distinctae, in continuo v.g. palmari essent actu plures unitates, sed in continuo v.g. palmari, actu non sunt plures unitates, quod partes continui non actu realiter diversae. maior videtur, quia cum distinctio sit unitate, sicut fundatur in unitate, implicat quod detur distinctio partium, quin dentur plures unitates: ... minor: quia in continuo palmari, non est nisi unica unitas, quod non dantur ... plures unitates. ... quae vel est sermo de unitate praedicamentali, vel de transcendentali, ... unitas, ibi non datur nisi unica unitas. quod in continuo palmari non est nisi unica unitas. ... partes videtur ... primis, quod in continuo palmari non datur nisi unica unitas praedicamentalis ... dualitas praedicamentalis resultat ex divisione continui, sed continuum palmare non est divisum, quod non datur dualitas, proinde neque plures unitates. ... si darentur in continuo palmari plures unitates praedicamentales, vel essent infinitae in actu vel nullae: sequela probatur: cum non sit maior ratio cur actu dentur duae unitates vel tres vel quatuor, ex quibus resultet dualitas, ternitas vel quaternitas, quod essent actu infinitae unitates, sed infinitae non dantur, quod nec dantur plures unitates. quod autem non dentur in tali continuo plures unitates transcendentales probatur quia unitas transcendentalis est passio entis ... ad multiplicandam unitates transcendentales ad multiplicationem entitatis, ... in tali continuo est unica entitas, quod et unica unitas. = ... replicabis ... rationes ... quae ... ex Tridentino dari in continuo partes actuales, ... quod ut Christus sit totus sub quavis specierum parte, sufficit quod partes sint in potentia, unde si dividantur, et actu separentur partes seu portiones specierum Eucharisticarum, tunc Christus integer est sub qualibet portione seu parte. quippe Concilium ... definivit dari actu partes in continuo, cum etiam post illam definitionem de existentia

aliquam parte spaciie gonij [illegible] continentia de [illegible] compositi continui vel ex indivisibilibus vel ex partibus in actu s. in potentia, relicta fuerit in sua probabilitate filosoficae [illegible] etsi veritate pactis doctis magis adhaerere sententiae Aristotelis. = Unde et dicimus ad rationis media quae suadere conabatur dari in continuo partes actuales quod in quantitate palmari non sunt actu duo semi palmi s. in potentia, et proinde casu quo illa quantitas palmaris dividatur, exit in duos semipalmos. = [illegible] Sed [illegible] ad rationem respondeo quod in continuo palmari cum alia sint partes aliquotae et determinatae aequales, aliquae indeterminatae et inaequales hae minores et minores, et proinde actu non sunt infinitae unitates transcentales. s. licet quot sunt partes determinatae, unitates finitae sint non sequitur dari in continuo infinitas in actu, s. in potentia. dicimus ergo quod unitates quae sunt in continuo palmari sunt transcendentales, quae ideo non exigunt actualem divisionem, ut exigunt unitates praedicamentales, et proinde asserimus dari in tali continuo palmari plures entitates transcendentales, quarum quaelibet habet suam unitatem, et per hoc patet ad [illegible] informam [illegible] de [illegible] dicimus quod cum in sententia negante partes actuales in continuo, vel affirmante continuum componi ex solis indivisibilibus ut possint verificari [illegible] verba doctis ideo asserimus continuum componi actu ex partibus actu in continuo existentibus. ac proinde etsi non sit definita nostra [illegible] tamen supponitur ut certa a doctoribus, ac proinde auctoritas illorum deservit ad nostram [illegible] stabiliendam ut valde certam, et omni alia opinione certiorem. = ad 3m respondeo quod non [illegible] sunt partes in potentia in continuo s. in actu, quia ipsa divisio actualis ut supra arguebamus est signum evidens distinctionis realis. quod et roboratur, nam si post divisionem distinguuntur realiter illi duo semi palmi, ergo et ante divisionem nam implicat quod aliquarum dividatur ab ipsa, et alter semipalmus dividatur ab altero est quia et ante divisionem erant distincta, nam quae semel sunt unum semper est unum, et quae semel sunt distincta identificari nequeunt. = Obiicies contra primam partem [illegible] quod stat quod continuum componatur ex solis indivisibilibus, et [illegible] continuum sit extensum, s. ex eo dicebamus continuum non componi ex solis indivisibilibus quia alioquin non esset extensum. ergo continuum componitur ex solis indivisibilibus. [illegible] maior. quia illud ut maxime non esset extensum tale continuum, quia indivisibilia se tangerent secundum se tota, s. etsi indivisibilia se tangerent secundum se tota potest adhuc continuum manere extensum. ergo stat quod continuum componatur ex indivisibilibus, et quod continuum maneat extensum. [illegible] min. quia etsi indivisibilia se tangant secundum se tota, indivisibile a. [illegible] non correspondet eidem spacio loci ac correspondet indivisibile b. s. eo ipso manet extensum, ergo etsi indivisibilia se tangant secundum se tota potest adhuc manere extensum continuum. [illegible] mai. quia [illegible] superficies planae et contiguae se tangunt secundum se tota, ut v.g. si supra lapidem planum, alium lapidem planum superponas. at quia tales superficies non correspondent eidem spacio loci ergo etsi aliqua indivisibilia se tangant secundum se tota dummodo non correspondeant eidem spacio loci adhuc tamen manet extensum continuum. = Confirmatur in sententia admittente partes in continuo, indivisibile [illegible] unionis, et nectens partes tangit secundum totum [illegible] a partibus; at qui

hoc vero obstante dato locus ut continuum maneat extensum, ergo esto indivisibilia se tangant secundum se tota, adhuc continuum manet extensum = S. Ista, et Resp. concedo maiorem, neg. minorem, quae vero convincunt eius probationem, nam si indivisibilia se tangerent ad invicem secundum se tota nullam possent facere extensionem, ut supra ostensum est, et quo inde ad paritatem desumptam ex illis duabus superficiebus planis se tangentibus immediate negamus illas correspondere diverso spacio loci, [illegible] eidem spacio correspondent, unde destruitur paritas, retorqueatur in favorem nostrae assertionis, quod expresse docetur ab Angelico Magistro pluribus in locis, praesertim q. 20. de verit. ar. 2. ad 3. ubi haec habet verba * duo puncta duarum linearum se tangentium designatarum in corporibus locatis uniuntur in uno puncto designato in exteriori linea corporis locantis, quia contigua sunt quorum ultima sunt simul * huc usque Angelicus M. in quibus verbis probat ex definitione contiguorum, quod puncta seu indivisibilia terminativa corporum contiguorum cum se tangant secundum se tota, sunt simul in eodem spacio loci, = ad confirmationem resp. quod in nostra sententia esto indivisibilia unitiva partium tangantur a partibus secundum se tota, attamen, partes non tangantur secundum se totas ab indivisibilibus, sed aliqua tangitur de parte, et aliquid intactum relinquitur, unde locus adest ut detur extensio, attamen indivisibilia, cum non habeant aliquid et aliquid eo ipso quod aliquid tangitur totum tangitur, et inde non manet locus ut detur extensio. = Obiicies 2.o quod possibile est saltem de potentia Dei absoluta quod ~~[illegible]~~ continuum dividatur in omnes huius partes, sed eo ipso continuum resolvitur in partes indivisibiles, cum igitur quodlibet componatur ex his in quae ultimo resolvitur, sequitur continuum componi ex illis indivisibilibus minor est nota, et maior videtur certa, cum in illa divisione nulla appareat repugnantia. = Prorsus quia Deus cognoscit in continuo omnem suam partem, et omnia indivisibilia continuativa, sed potest Deus destruere omnia indivisibilia continuativa, ergo poterit continuum dividi in omnes huius partes. proinde et illae partes erunt ulterius indivisibiles, alioquin in prima divisione non destruxisset Deus omnia indivisibilia continuativa = Prorsus ponamus aliquod perfecte planum vitreum, et ponamus quod aequaliter descendat velociter aliud perfecte planum aeneum ~~[illegible]~~ ponderis magni super planum vitreum, in hac hypothesi, illud planum vitreum necesse est rumpi et dividi in omnes huius partes, cum non sit maior ratio cur per istam vel illam partem dividatur, ergo possibile est quod continuum dividatur in omnes huius partes, quae proinde ulterius non erunt divisibiles ergo partes ex quibus continuum constat sunt indivisibiles = S. Ista et Resp. neg. maiorem. et repugnantia oritur ex ~~ipso~~ ipso continuo, cum enim continuum sit quantum, et quantum sit divisibile in ea quae insunt. quacumque divisione posita semper manet quantum, unde et semper manet divisibile, alioquin maneret definitum, sed est impossibile definitio quod est clare contra unde ad 1.am confirmationem resp. quod esto Deus cognoscat omnes partes continui non inde sequitur, quod perseverante continuo possit dividi in omnes huius partes, unde perseverante continuo non possunt destrui omnia indivisibilia continuativa, alterum enim indivisibilia quae destrui possunt sunt indivisibilia signata, non vero alia et alia indivisibilia non signata, quae manent = et ad tertiam probationem ~~dico~~ quod in illa hypothesi illud planum vitreum non divideretur in omnes huius partes, sed ab autore naturae expectaret designare per quam, vel per quas partes dividere. Si Deus potest dividere partes continui, quas dividere potest, ergo nullum est absurdum in eo quod dividatur continuum in omnes huius partes. = Respondetur antecedens ~~est verum~~ et nego conseq. quia a possibilitate potentiae ad potentiam similiter talis, sicuti non valet ista consequentia

Deus potest producere, quae producere potest, ergo producet actu et collective omnia possibilia ex parte Dei, et ex parte potentiae, ad producendum, non tamen omnia collective produci possunt sic similiter ergo Deus possit dividere partes continui quas dividere potest, non tamen omnes collective possunt assignari.

Obiicies 3o. in continuo sunt aliqua indivisibilia, sed illa sunt immediata, ergo in continuo non sunt nisi indivisibilia. maior est nota, quod quidem et nostra sententia admittit indivisibilia tum unitiva, et continuativa, tum terminativa. consequentia etiam infertur siquidem indivisibilia sunt immediata, inter indivisibile, et indivisibile nulla dabitur pars divisibilis, partim omnia quae erunt in continuo erunt indivisibilia. Probatur ergo minor. quia in baculo v.g. sunt indivisibilia immediata, ergo et in quolibet alio continuo. antecedens suadetur, si supponamus, quod baculus sit usque ad dimidium intra aquam, etenim ex parte loci ambientis correspondent duae superficies immediatae contiguae aeris, et aquae. ergo et in baculo erunt aliquae duae superficies immediatae quae correspondeant illis duabus superficiebus ex parte loci — Respondeo, et negatur minor. quae non convincit probatio in contrarium, nam cum illae duae superficies aeris et aquae se tangant secundum totum sunt in eodem indivisibili loco, sive ex parte baculi circumscripti. Alius exigit unica superficies — Dices obiicies quando globus perfecte sphaericus movetur per spatium perfecte planum, illud tangit secundum aliquod indivisibile ergo talis globus tangit planum secundum punctum indivisibile ac proinde linea illius erit composita ex solis indivisibilibus. antecedens autem est notum namque ratione corporis sphaerici, est ut nullo modo adaequate nec secundum partem eius perfecte planum, ergo tangit planum secundum aliquod indivisibile, et cum aliud tangat continuo et successive planum, planum erit contextum ex solis indivisibilibus. — Respondeo primo difficile. primo quod globus ille non moveretur continuo per planum, ergo motus eius obstruabitur cum aere circumstante, unde movebitur quasi per saltus per illud planum. de indivisibili in indivisibile, eius partes intactas relinquens. vel 2o. [illegible] ergo et sive motus quod globus ille esto moveatur continuo per illud planum non immediate movetur per indivisibilia sed per partes, cum hoc discrimine, quod quod attingit punctum plani illud tangit [illegible] quod autem tangit partem illam inadaequate contingit. unde non sequitur quod planum componatur ex solis indivisibilibus —

§ Supponitur difficillima argumenta contra laudandam nostram sententiam partis. — Si continuum componitur ex partibus actu realiter distinctis sequitur dari in quolibet continuo dari infinitum in actu secundum multitudinem, sed 2o Aristoteli et nostrae omnes thomistarum sententia repugnat infinitum in actu, ergo repugnat continuum componi ex partibus actu realiter distinctis. sequela maioris probatur quia infinitum in actu secundum multitudinem, est collectio infinitarum rerum actu distinctarum, sed si continuum componitur ex partibus actu realiter distinctis, in quolibet continuo datur collectio infinitarum rerum actu distinctarum. ergo si componitur continuum ex partibus actu realiter distinctis, dabitur infinitum in actu secundum multitudinem. maior videtur nota nec aliter videtur posse explicari infinitum in actu secundum multitudinem. minor autem probatur. quia continuum componi requirit ex partibus actu existentibus in ipso, et divisibilibus in alias, et alias usque in infinitum quin in continuo detur collectio infinitarum partium actu existentium in ipso, etenim quia compositum substantiale ~~[illegible]~~ componitur ex duabus partibus actu existentibus in ipso, videlicet componitur ex materia et forma realiter inter se distinctis datur in composito substantiali collectio illarum duarum partium, ergo si continuum componitur ex partibus actu existentibus in ipso, et divisibilibus in plures alias, et plures alias usque in infinitum dabitur in eo necessario in continuo collectio infinitarum partium actu existentium in ipso, sive et dabitur in rerum natura infinitum in actu secundum multitudinem, quod negatur ab ipso Aristotele, et a nobis. = Nec effugies difficultatem, si cum aliquibus dicas quod non sequitur dari infinitum in actu secundum multitudinem, vel alio modo, [illegible] ad infinitum in actu secundum multitudinem requiritur collectio infinitarum rerum seorsim existentium et per propriam omnium earum existentiam. etenim numerus cum sit quantitas discreta, importat necessario

divisionem unitatis. cum autem partes in continuo ante existant in eo actu realiter distinctae inter se, existant in continuo per unicam & communem existentiam non autem per propriam cuique, inde est ut non constituant multitudinem actu infinitam. = Nihilominus efficaciae huius difficultatis si sic respondeas. primo quod falsum supponitur in ista responsione, nam partes continui non existunt per unicam & communem existentiam, sed per existentiam propriam unicuique parti, etenim eo ipso quod essentialiter una ab alia distinguatur, quaelibet habet in se propriam realiter distinctam ab alia, unde & quaelibet habet existentiam distinctam ab alia. rursus falsum supponit quatenus asserit quod ad numerum componendum requiratur realis separatio & divisio unius ab alio. aliunde manus hominis non dicerentur duae, cum non sint realiter separatae, cum sint unitae inter se & quae realiter uniuntur [illegible] uniantur inter se, neque oculi & aures dicerentur duo ob eandem rationem. et neque materia & forma eiusdem compositi dicerentur duae res. cum non sint separatae, quod totum est falsum. ergo ad numerum componendum non requiritur separatio, & divisio, sed sufficit realis distinctio. = Rursus secundo, quod ante existentia partium quantitatis continuae esset unica & indivisibilis quod est falsum, tamen dummodo partes distinguerentur actu realiter inter se, constituerent numerum, unde si aliae essent divisibiles in plures, & plures actu usque in infinitum deducerentur ~~sint collectio~~ infinitum in actu, assumptum dudum probatur. primo in ipso composito substantiali in quo [illegible] nostrum & communem virorum thomistarum sententiam datur unica existentia, per quam existunt materia, & forma, ~~[illegible]~~ similiter existentia manuum et oculorum & aurium eadem est omnes enim partes substantiales integrales unica indivisibili existentia existunt, & tamen dicuntur duae res, ergo ad numerum constituendum non requiritur pluralitas existentiarum. ergo admitteremus partes continui falso habere unicam existentiam dummodo inter se realiter actu distinguerentur, actu pluralitatem constituerent, proindeque si actu divisibiles sunt in infinitum in alias, & alias actu existentes, non vitatur absurdum de existentia infiniti in actu seu multitudinis. = Confirmatur ex doctrina revelata. [illegible] fide sanctum est, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus esse tres personas realiter distinctas, unde constituunt numerum ternarium, & tamen unica existentia indivisibili existunt, praedicata enim absoluta, & non relativa, non multiplicantur, ut est commune theologis in divinis omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. ergo parum refert ad infinitatem quod multiplicetur vel non existentia partium quantitatis continuae. = Ad solutionem huius difficultatis ut quod gravis relicta in sua probabilitate solutione superius expedita, quae non facile vindicari potest ab instantiis allatis notandum est in continuo partes esse in duplici differentia aliquae namque partes sunt aliquotae, aliae proportionales, partes aliquotae dicuntur quae sunt partes designatae, & determinatae, aequales unicuique, unde & dicuntur partes non communicantes; partes autem proportionales sunt indesignatae, & indeterminatae, minores, ac minores, quae & dicuntur communicantes. exempli gratia. in palmari quantitate, sunt duo semipalmi, quatuor quadrantes, & octo semiquadrantes in quibus nulla pars cum alia communicat, & una ab alia dividitur, & cuilibet determinatae est altera aequalis. Rursus in hac eadem quantitate palmari si semipalmus cum palmo comparetur distinguitur ab illo, & est minor illo, & sic in[illegible] est minor quadrans, & adhuc minor semiquadrans, & adhuc minor semioctava, & sic in infinitum. usque quaelibet harum partium, est cum alia communicans, unde distinguendo inadaequate ut includens, & inclusa. qua doctrina supposita respondetur ad praecipuum argumentum [illegible] nego sequelam & ad eius probationem. dist. maj. infinitum in actu, est collectio infinitorum rerum actu distinctarum, si sermo sit de rebus actu adaequate distinctis. concedo maj. alio modo nego. maiorem

Ad dist. min. S. si continuum componitur ex partibus actu realiter distinctis in quolibet continuo datur collectio verum infinitarum actu distinctarum, si sermo sit de distinctione inadaequata et partes includentibus et inclusis, concedo min. si de distinctione adaequata seu partibus non communicantibus et quoad eundem negamus min. et cons. quae solutio non infringitur probationibus in contrarium ... in quolibet continuo assignari possunt plures et plures partes minores et minores secundi generis. namque si non sit de partibus aliquibus et quolibet unicuique illa sint simpliciter finita ... quod quaelibet designata pars ulterius est divisibilis in alias et alias designandas. at designationes omnes quae fieri possunt numquam exhauriendae ... aeternitate exerceatur designatio, assignabile ... dicit ... infinitum in potentia seu sincategorematice secundum multitudinem. non autem designatur dari infinitum in actu et categorematice secundum multitudinem.

disput. 22. de inceptione, et desitione rerum.

q. 1. quomodo incipiant, et desinant res ~~[illegible]~~ scilicet ... indivisibilis § praemittuntur aliquae regulae doctrinales — pro dicendorum intelligentia, notandum est, res omnes quae incipiunt esse, et quae similiter desinunt esse, seu ~~[illegible]~~ omnes quae generantur, et corrumpuntur generari, et corrumpi in tempore, ut notum est omnibus. cum autem tempus ut ostensum est non ~~[illegible]~~ constet ex solis instantibus indivisibilibus, sed etiam ex partibus ~~[illegible]~~ quolibet etiam infinitum divisibilibus sicut et quaelibet alia quantitas continua, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, inde est quod res quaelibet sive successiva, sive permanens incipere, vel desinere ~~[illegible]~~ debeat, sed in instanti temporis, vel in aliqua determinata parte temporis quod ut clarius percipiatur quatuor termini explicantur communiter a philosophis. duo ex parte inceptionis, et duo ex parte desitionis. ex parte igitur inceptionis incipiendo videlicet per primum sui esse, vel ultimum sui non esse. ex parte vero desitionis desinendo videlicet per primum sui non esse, vel per ultimum sui esse. = res ergo dicitur incipere per primum sui esse, quod et dicitur inceptio intrinseca, quando incipit in instanti, et est verum dicere, nunc est talis res, et immediate antea non erat, unde inter primam existentiam rei, seu primum esse rei, et existentiam illius instantis datur mutua coexistentia, proinde et ista inceptio dicitur intrinseca, quia illud instans pertinet intrinsece ad mensuram durationis propriae illius rei. = dicitur autem aliquam quod incipit per ultimum sui non esse, quando primum esse rei incipit in aliqua parte divisibili temporis, unde cum ergo illa pars divisibilis est, non sit designabile primum esse illius, proinde explicatur inceptio in instanti antecedenti quod est extrinsecum tali esse rei, unde in illo instanti antecedenti est verum dicere, nunc non est res, et immediate post erit. et iste modus inceptionis dicitur et est extrinsecus rei. ergo quia instans illud est extrinsecum durationi propriae illius rei =

Similiter proportionali modo dicitur circa desitionem. si enim res desinit esse in instanti, dicitur quod desinit esse per primum sui non esse, nam in illo instanti est verum dicere nunc ~~est~~ non est res, et immediate antea erat, unde illud instans est intrinsecum non esse illius rei, seu durationi talis non esse, quippe existentia illius instantis coexistit durationi illius non esse rei, seu privationi consequenti in tali re. = dicitur autem quod res aliqua desinit per ultimum sui esse, quando desinit non in instanti, sed in parte temporis, quae cum divisibilis sit usque in infinitum non est assignabile primum non esse illius rei, unde explicatur talis desitio in instanti immediate antecedenti ad non esse rei, ita ut sit verum dicere, nunc est res, et immediate post non erit, qui modus desinendi dicitur et est ~~[illegible]~~ extrinsecus, eo quod illud instans est extrinsecum respectu illius non esse.

Ut autem tollendo omnes aequivocationes nota quod isti termini praedicti termini desitionis aliter solent explicari ab aliquibus, nam quando res desinit esse in instanti per primum sui non esse, vocatur ab aliquibus ista desitio extrinseca, quando autem desinit in tempore per ultimum sui esse, vocatur ab eisdem desitio extrinseca, ita Mag. Lerma. in praesenti. q. 2. n. 2. verum ista est impropria locutio, cum illi termini intrinsecus, videlicet, et extrinsecus, appellant supradictam desitionem ... cum autem res quae desinit in instanti non habeat esse in instanti, et illud sit primum sui non esse, istud non esse coexistit cum existentia ipsius instantis, unde est desitio intrinseca, quia ipsa duratio cuiusque tum instantis, tum non esse, sunt simul. unde praedicti termini, ut magis proprie explicentur, explicari debent ut a nobis sunt explicati. vide quomodo dicendi sapientissimus Aguirre in praesenti. Disp. 38. n. 1. et 2. = § = Resolutio dubitationis =

Sit 1a. dico. si sermo est de mutato esse motus, seu de indivisibili continuativo motus, vel de instanti temporis, quodlibet horum indivisibilium incipit per primum sui esse, seu incipit in instanti, et desinit per ultimum sui esse, seu in tempore. unde quodlibet tale indivisibile habet instanta neque existentiae, et durationis. prima pars. de inceptione suadetur. quia tunc ab quae res incipit esse, quando de illa verificatur nunc est primum sui esse, sed primum esse cuiuslibet indivisibilis in rebus successivis, est in instanti, ergo quodlibet indivisibile successivum incipit in instanti. maior ex ipsis terminis est nota et minor probatur. quia quodlibet indivisibile non habet esse divisibile. sed eo ipso primum esse cuiuslibet indivisibilis est instanti, ergo primum esse cuiuslibet indivisibilis est in instanti. maior est nota et minor probatur ex eo quod esse cuiuslibet indivisibilis non habet mensurari nequit cum tempore divisibili ergo eo ipso quod quodlibet indivisibile non habet esse divisibile primum esse cuiuslibet indivisibilis est in instanti = 2a. autem pars, sic arguitur. quia tunc verificatur desitio alicuius rei quando de illa verificatur primum non esse illius, atqui sed in desitione cuiuslibet indivisibilis non est assignabile primum non esse illius, autem solum est assignabile ultimum sui esse, ergo desinit in tempore et non in instanti. min. probatur. quia in instanti indivisibili in quo est non verificatur primum non esse illius instantis, ut evidens, quia quidem tunc verificatur primum esse. aliunde tale primum non esse non verificatur in alio instanti, cum inter primum instans, in quo verificatur primum esse, et aliud instans, mediet pars temporis divisibilis in qua iam non est primum esse, et tale indivisibile successivum, cum solum extiterit in primo instanti, et cum talis pars temporis sit in infinitum divisibilis, non est assignabile in ipsa parte temporis quod tale instans habuerit suum primum non esse, ergo numquam est assignabile primum non esse talis indivisibilis successivi, ergo desitio talis indivisibilis explicari debet per ultimum sui esse, quo pacto erit verum dicere nunc est et immediate post non erit. ergo desinit in tempore. = hoc autem est incipere per primum sui esse, et intrinsece, et desinere per ultimum sui esse, et extrinsece cum tale instans coexistat intrinsece esse illius indivisibilis, et non coexistat cum non esse, sed potius respectu non esse sit quid extrinsecus.

Sit 2a. Cl. Motus et tempus, incipiunt in tempore, et non in instanti, et similiter desinunt esse in instanti, et non in tempore, unde eorum incepsio explicatur per ultimum sui non esse, et desitio, per primum sui non esse. est expressa Arist. in hoc. lib. cap. 5 et 6. et ibidem Ang. et Mag. eg ducet. Pbr 1a prs. qa tunc aliqua res incipit esse, qdo est verus dicere nunc est talis res, et immediate ante non erat. s. in motu non est assignabile (ex dictis de tempore) instans in quo sit verum dicere nunc est, aliud autem solus est assignabile ultimum instans in quo non sit, et immediate post illud sit g.o eius incepsio explicari debet per ultimum sui non esse, mai. ex ipsis terminis est nota, et pbr min. qa repugnat essentialiter qd ens successivum quale est motus habeat suum esse simul, g.o non est asignabile instans in quo sit verum dicere, nunc est primum esse motus, et antea non erat,, restat g.o qd solus sit asignabile instans in quo sit verum dicere nunc non est, et immediate post erit, quod aliquid est incipere per ultimum sui non esse, pariter qd extrinsece, cum illud instans non coexistat cum motu. = 2a autem prs de desitione motus pbr. qa tunc aliqua res desinit esse qdo de illa verificatur suum primum non esse, s. primum non esse motus verificatur in instanti, unde verum est est dicere, nunc non est, et immediate antea erat, g.o motus desinit esse in instanti, et non in tempore unde desinit esse intrinsece, cum illud instans [illegible] sit quid intrinsecum desitioni seu non esse talis motus = s. dices contra 1a partem nunc secundum Cl. vulgare argum. de Care, vel de alio viventi, cadente, e turri, et in medio motus morienti. in hoc casu cadaver incipit in instanti et postea dicatur, at qui in eodem instanti incipit motus. g.o motus incipit in instanti et per primum sui esse. pbr min. qa cadaver non incipit in medio, g.o incepit motus cum esse cadaveris qd fuit in instanti = Confirmatur, in hypotesi qd Deus crearet lapidem in aere, in ipso instanti incepsionis lapidis moveretur in centrum. g.o motus incipit in instanti. = Res. C. qd in neutro casu motus incipit in instanti, unde esto cadaver incipiat in instanti, tn. tunc non datur motus. cum instans eo qa indivisibile sit nequeat mensurare durationem motus que est divisibilis et successiva, et inde qd datur aliqua imperceptibili, quies media qua discontinuatur motus viventis a motu cadaveris, unde esto admissum videatur non principium, ratio convincit visum, cum ut alterum est motus nequeat in instanti incipere, eo qa in instanti non verificatur eius essentia, que successiva, et divisibilis est. = et per hoc patet ad confirmatum dicimus enim qd lapis ille non movetur in illo 1o instanti, sed immediate post. obratum datum. dices. motus ille in lapide est propria eius passio. propria passio est in primo instanti essentie cuius est passio, g.o incipit in instanti = s. contra qa esto propria passio sit non exigit dimanare, nisi iuxta leg naturae, quae exposcit qd incipiat in tempore = Contra 2a partem dices, et sicut ea dicimus qd motus non potest incipere in instanti, qa eius partes non possunt esse simul, s. eadem est repugnantia ut simul desinant, g.o non desinit in instanti et per primum sui non esse. s. in tempore et per ultimum sui esse. = Confirmatur motus existit ratione sui indivisibilis, ut et diximus de tempore qd existit ratione sui instantis, atqui ultimum mutatum esse motus existit in instanti, g.o et motus, ac et inde in illo non desinit esse, alias in eodem instanti esset simul esse et non esse motus. = s. Contra, et respondeo concesa mai, et minori, dist. conseq. g.o motus non desinit esse in instanti; quoad omnes suas partes concedo, quoad ultimum nego conseq. ultima enim pars desinere potest et debet in instanti, esto prima incipere non posit in instanti, ratio esto qa non esse talis partis cum sit carentia consistit in in...

divisibi, quamdiu verificatur in instanti; hoc modo nunc non est motus, et antea erat, at vero esse motus n. in indivisibili esse consistit sed est quid successivum, unde in instanti incipere non potest = Similiter ad confirmationem concessa mai. et min. neg. Ergo cuius ratio est, quia quando dicitur quod tempus et motus existant ratione suorum indivisibilium, intelligendum est de indivisibilibus continuativis, n. determinativis, etenim in instanti ultimo terminativo, verificatur nunc non est motus, nec tempus, et antea erant. vel claritatis gratia distinguatur maior iuxta hanc doctrinam.

Corollaria ex dictis = ex dictis infertur motum n. habere initium etsi habeat terminum. quod et docet Aristoteles. in hoc lib. cap. 5. et 6. ratio est quia terminus est mutatum esse, sed in principio n. datur mutatum esse, cum n. praecesserit mutari ergo n. habet initium = dices ergo motus est aeternus a parte ante, cum n. sit assignabile principium. in quo non verificetur quod antea erat = Resp. neg. sequellam quia ut motus sit aeternus sufficit quod possit assignare ultimum non esse illius. hoc modo nunc non est et immediate post erit = infertur 2° quod res quae incipiunt cum motu, ut qualitas et quantitas et alia, incipiunt per ultimum sui non esse, et desinunt per primum sui non esse. ut incipit, et desinit motus cum quo incipiunt, et desinunt. vero nota, quod qualitas et quantitas quae sic cum motu incipiunt, et desinunt, sunt in gradu indeterminato, nam si in gradu determinato incipiunt et desinunt, incipiunt et desinunt, ad modum substantiae de qua postea:

Q. 2. = quomodo incipiat et desinat substantia

substantia generabilis = praemittenda aliqua = substantiae sunt in duplici diff. aliae enim sunt generabiles, et corruptibiles. aliae ingenerabiles, et incorruptibiles. rursus ingenerabilis et incorruptibilis substantia est in triplici diff. nam alia est substantia spiritualis completa, ut Angelus. alia incompleta, ut anima rationalis, alia autem est substantia ubi ingenerabilis et incorruptibilis tamen est simpliciter materialis. ut sunt caeli, et elementa. = Sit 1a. Concl. substantia quae generatur incipit in instanti, et per primum sui esse, et quae corrumpitur desinit etiam in eodem instanti et per primum sui non esse. est haec concl. expresse Arist. in hoc. lib. cap. 5. tex. 43. ubi haec habet verba* Oportet igitur et ipsum factum tum esse, cum factum est. et ipsum corruptum tum non esse, cum non est corruptum* prima pars concl. probatur. quia forma substantialis quae generatur, producitur per mutationem instantaneam, sed terminus mutationis instantaneae habet esse in instanti ergo forma substantialis quae producitur incipit in instanti = Rursus forma substantialis non introducitur in materia donec devicta est tota resistentia, sed ratio ob quam aliqua forma n. producitur in instanti et per mutationem instantaneam est quia producitur cum resistentia contrarii ergo forma substantialis et producitur per mutationem instantaneam, et incipit esse in instanti. = dices quod ad introductionem formae substantialis generabilis requiruntur dispositiones, sed illae producuntur in tempore, et per ultimum sui non esse, ergo et sic introducitur forma substantialis = R. ideo quia forma substantialis, quae generatur incipit esse, cum verificatur ultima dispositio, atqui ista eo quia consistit in aliquo gradu determinato incipit in instanti, et per primum sui esse, ergo et sic incipit forma substantialis generabilis. = Rursus ergo confirmatur nostra ratio, quia tunc aliquid incipit esse quando verificatur eius existentia, sed existentia formae substantialis generabilis ita verificatur ut sit verum dicere, nunc est, et immediate antea non erat, ergo incipit in instanti =

scunda autem pars probatur suadetur quando tunc aliquid desinit esse, quod primo veri-
ficatur nunc non est, et immediate antea non erat, sed forma corrupti, taliter desinit
esse, quod in eodem instanti v.g. in quo incipit esse forma geniti verificatur
nunc non est forma corrupti, et immediate antea erat, ergo desinit esse per primum
sui non esse et in instanti et sic verificatur immune per generationem quod generatio
unius est corruptio alterius quia ipsae eadem mensura durationis in qua existit
primum esse formae geniti est mensura durationis in qua existit corruptio, et eius
terminus qui est non esse formae corrupti = Rursus si forma corrupti
non desinit esse in eodem instanti B v.g. in quo incipit forma geniti,
vel desinit esse immediate ante, vel immediate post neutrum potest dici, ergo desinit esse
in illo instanti, minor probatur quia si desineret esse ante instans illud B cum ante
illud instans sit pars temporis divisibilis, non posset verificari, nunc est
primum non esse formae corrupti, sed solum verificaretur extrinsece, corruptio
ita ut esset verum dicere in instanti a anteriori nunc est forma corrupti
et immediate post non erit, atqui ut supponitur forma genita non ponitur nisi in
instanti, ergo ponitur in eodem instanti a ac proinde erit verum dicere, nunc
est forma corrupti, et forma geniti; quod implicat cum duae formae substantiales natu-
raliter repugnent esse simul in eadem materia per eodem instanti; immo in nostra sententia
nec de potentia absoluta, ergo vel dari est formam geniti poni instanti B. prius ... ...
et magis esse ... illud tempus quod datur inter instans a, et instans B absque ...
... vel quod utraque forma existit simul quorum utrumque est impossibile.
restat ergo ut in eodem instanti B. v.g. in quo est verum dicere nunc est
primum esse formae geniti sit verum dicere nunc est primum non esse formae
corrupti, ac proinde desinit esse in instanti. = Sit 2a. Probatio. forma substan-
tialis generabilis, per accidens et praeternaturaliter, seu supernaturaliter, potest
incipere in tempore, et per ultimum sui non esse, et in eo casu, forma substan-
tialis corrupti desinit esse etiam in eodem tempore, et per ultimum sui esse, unde
in hac hypothesi erit sic verum dicere nunc non est forma geniti et immediate
post erit, et nunc est forma corrupti, et immediate post non erit. Probatur prima
pars ex nonrepugnantia ut sic fiat, quoniam quidem cum forma substantialis, praesertim
pure materialis et non vivens habeat partes potest poni successive, et per motum
concomitantem videlicet alterationis, quemadmodum et de facto substantia quae per modum
concomitantem videlicet alterationis, ... ultimum sui non esse. = Unde
tritionis aggeneratur incipit esse in tempore, et per ultimum sui non esse = ... substantialis
et patet etiam 2a. pars. alioquin vel materia esset simul sub duplici forma substantiali
vel instans esset absque
quod repugnat, vel materia per aliquod haberet tempus substantia
forma substantiali quorum utrumque repugnat. = Sit tertia Probatio. substantia
ingenerabilis, materialis, qualis est caelum naturaliter loquendo exigit incipere in
instanti et per primum sui esse. etsi per accidens posset de potentia absoluta incipere
in tempore et per ultimum sui non esse. ... desinerent esse, efficerent in
instanti, et per primum sui non esse. etsi per accidens in tempore possent desinere
esse et per ultimum sui esse. Probatio ita patet ex dictis, etenim cum per creationem
quae est actio instantanea producantur, exigunt produci in instanti et per primum sui esse.

Sit ultimo D. 2°. substantiae spirituales ingenerabiles ut sunt Angeli, et anima rationalis exigunt produci in instanti, et per primum sui esse. ratio est quia cum necessario educantur per creationem quae est actio instantanea, et quia ipse partes non habeant, ratione quarum commensurentur cum tempore, exigunt necessario educi in instanti. unde si annihilarentur, et similiter in instanti deficerent. quae omnia facile ex dictis patent. et haec sufficiant de hoc libro.

Finis libri sexti.

LIBER SEPTIMUS PHYSICORUM.

=Summarium=

Postquam Aristoteles disseruit de motu in se ipso, eiusque natura et partibus explicando, nunc incipit agere de motu per comparationem ad moventia, unde et concludit ex motu deveniendum esse ad primum motorem qui immotus omnia moveat, ne in moventibus detur processus in infinitum; quod et uberius explicat sequenti lib. 8. unde agit de approximatione moventis ad mobile et denique comparat ipsa mobilia, et moventia inter se, quoad velocitatem, et tarditatem et proportiones quas habere debent. unde et nos ipsum imitando, explanare conabimur quae magis expedire videbuntur. sitque feliciter =

disp. 23 de principio extrinseco motus

q. 1. utrum omne quod movetur ab alio moveatur?

=§= praemittuntur certa = Supponimus 1.o sensum quaestionis esse de movente per se, et de moto per se, etenim per accidens stare potest quod idem moveat se ipsum, ut patet in nauclero, et remigero, qui movendo navim ad motum navis movetur, et vehitur, et similiter patet in rotante qui intra aliquam rotam existit, movendo rotam movetur ad motum rotae, quaestio ergo procedit de movente per se, an aliquis possit seipsum movere? vel an necessario moveatur ab alio? = unde et rursus supponendum est in praesenti loqui de motore, et moto ut quod, non ut quo, unde et extra eos loquendo qui distinguunt inter materiam et formam, et asserunt formam movere, et materiam moveri, quippe nec forma movet ut quod, sed ad summum ut quo, nec materia movetur, nam moveri est totius suppositi sicut et movere, nam actiones et passiones suppositorum sunt suppositorum. = denique supponimus sententiam Aristotelis expressam esse quod omne quod movetur ab alio movetur, ut pluries repetit et firmat, in hoc, et sequenti libro, unde ex veritate huius maximae, quae apud Aristotelem est certissima, progreditur ad demonstrandum dari unum ens immobile, quod immotum omnia moveat, unde et hunc discursum format philosophus * lib. 8. c. 5. = * si igitur omne quod movetur ab aliquo moveri necesse est, et si ab eo movetur aut ab eo quod movetur ab alio, aut ab eo quod non movetur ab alio, et quod non ab alio moveatur quod ab alio motu cietur, movens aliquod esse primum, quod non ab alio movetur, altera esse * adquod magis necesse est, sin vero tale est primum non necesse est alterum esse. quo pacto stabiliendum subiungit in moventibus non posse dari processum in infinitum. quem Angelicus Mag. et cum eo eiusdem communiter philosophi veritatis amatores, uti est Angelicus Mag. et cum eo eiusdem demonstrativum esse censent. cuius et quali hunc discursum philosophi firmissimum et demonstrativum esse primo demonstrationis efficacia testatur etiam ab Apostolo Paulo gentium doctore, qui enim Deum esse naturaliter ad Romanos fatetur sine excusatione esse philosophos, qui dum Deum esse non glorificaverunt, audite cognoverunt, mediante scilicet illa demonstratione, Deum non glorificaverunt. invisibilia Dei verba quibus praedictos philosophos revincit Apostolus. ad Roman. 1.* invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, et divinitas, ita ut sint inexcusabiles, quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. * ergo Apostolus supponit ~~[illegible]~~ praedictum Aristotelis discursum, quem ille efformavit, ad Deum cognoscendum, et primum motorem immotum inveniendum esse efficacem quomodo ergo reiicitur a pluribus discursus iste Aristotelis ut inefficax, quippe videntur unico voluisse exturbare pacem, et omnes Magistros parvipendendo debere ut deum sequatur liberrimum arbitrium. opponendo videlicet instantias plures contra illud axioma, infirmas utique unde illas evellere non est difficile. =§= statuitur de 1.o nostra de 1.o est affirmativa, et iuxta mentem Aristotelis unde asserimus quod omne quod movetur ab alio movetur. est haec nostra de 1.o expressa in Angelico Magistro, et 1. contra gent. cap. 3. et 1 p. q. 2. ar. 3. probatur ergo discursu Aristotelis, et Angelici Mag. qui procedit [illegible]

ex ratione, tum ab inductione, ab inductione quidem dum haec habet verba c. op. citato contra gent. * omne quod movetur per accidens, non movetur a seipso, movetur enim ad motum alterius, similiter neque quod movetur per violentiam ut manifestum est, neque quae moventur per naturam, ut ex se mota, sicut animalia, quae constat ab anima moveri, neque iterum quae moventur per naturam ut gravia, et levia, quia haec moventur a generante, et removente prohibens * verum quia in hoc discursu videtur non assignare Angelicus Magister motorem ut quod respectu animatorum, quandoquidem anima solum ut quo movet ideo hoc explicat late in eodem lib. 1. contra gent. cap. 27. per haec verba * illa sola per se moventur quae movent seipsa composita ex motore, et moto, ut animalia, unde haec sola proprie vivere dicimus * verum et hoc iterum hoc in loco redibit sermo quando explicemus principium quod extrinsecum respectu primi motus vitalis, videlicet in motu cordis = ratione autem probat idem D. Angelicus Mag. ibidem idest contra gent. cap. 13. per haec verba * Nihil enim idem est simul in actu, et in potentia, respectu eiusdem, sed omne quod movetur in quantum huiusmodi est in potentia quia motus est actus existentis in potentia secundum quod huiusmodi; omne autem quod movet est actu in quantum huiusmodi, quia nihil agit nisi in quantum est in actu ergo nihil est respectu eiusdem actu movens, et motum, et sic nil movet se ipsum. * ex quo discursu Angelici, quem ex Philosopho efformavit infertur quod necesse est quod omne quod movetur ab alio moveatur. unde ex isto discursu movetur philosophus ad demonstrandum ex motu deveniendum esse ad unum movens quod immotum moveat omnia, = oppositum huius Aristotelicae doctrinae communiter tribuitur scoto. eius discipulis, quae etiam sequuntur quidam ex societate. unde respondetur communiter quod ut aliquid moveat active, non requiritur ut sit semper in actu formali, sed sufficit quod sit in actu virtuali quod non opponitur cum hoc quod est in potentia formali, unde idem potest se movere, et inde non vincitur quod omne quod movetur necessario moveatur ab alio. unde poterit unum et idem esse in actu virtuali relate ad suum motum, quatenus continet illum ut agens aequivocum. et simul esse in potentia formali ad recipiendum suum ortum per esse formale modo quo intellectus et voluntas respectu intellectionum, et volitionum suarum sunt in actu virtuali, et potentia formali.

Contra. nam quando dicitur quod unum et idem potest esse simul in actu virtuali, et potentia formali per hoc in actu virtuali intelligitur aliqua perfectio aequalis cum actu formali, vel infra actum formalem, vel supra actum formalem, seu superans perfectionem actus formalis: neutrum potest dici conducens ut salvetur quidem potest movere seipsum, ergo semper manet in suo robore propositio Aristotelis videlicet quod omne quod movetur ab alio movetur, quae nunc tamen pro nostra doctrina maior videtur nota, cum excogitari nequeat alius modus essendi in actu virtuali, probatur ergo minor. quoad omnes suas tres partes, et primo quoad primam. quia si esse in actu virtuali est habere ex parte potentiae perfectionem aequalem cum hoc quod est esse in actu formali, hoc modo manet in suo robore assumptum Aristotelis. et Angelici Magistri, videlicet, quod implicat quod aliquid sit simul in actu, et in potentia eo quod simul erit perfectum et imperfectum respectu eiusdem. ergo in primis non potest dici primum hoc argumentum. quia si esse in actu virtuali est habere perfectionem aequalem cum hoc quod est esse in actu formali, sic erit perfectum prout est in actu virtuali, equivalenti cum formali, et imperfectum prout est in potentia formali, unde cum ista duo sint incompossibilia, implicabit quod unum idem sit hoc modo in actu virtuali, et potentia formali = si vero dicatur secundum videlicet quod esse in actu virtuali, est perfectio inferior ad hoc quod est esse in actu formali, hoc non sufficit, ut possit se movere, nam esse hoc modo in actu virtuali, est simpliciter esse in potentia, et cum alioquin unumquodque oporteat ut sit in actu, esse hoc modo in actu virtuali non sufficit ut aliquid possit se movere. si vero dicatur tertium ut revera est dicendum, videlicet

esse in actu virtuali est esse cum aliqua perfectione eminentiori et universaliori, quae est
actus ipse formalis, et velut aequivoce sic quod est in actu virtuali est quid perfectius
et quod est in potentia formali est quid imperfectum et respective ejusdem unde redit argumentum
factum quod erit simul perfectum et imperfectum ratione ejusdem quae sunt inextrahabilia, et re-
pugnantia. immo quod est sic in actu virtuali nullo modo est in potentia formali
ut patet in sole, qui eo quod est in actu virtuali respectu caloris, non est in poten-
tia formali ad esse calidus formaliter, et similiter in Deo, qui etiam est in actu virtu-
ali respectu caloris, et alioquin repugnat esse formaliter calidus. ergo neutro modo
potest explicari, et dici quod unus et idem potest esse in actu virtuali, et in potentia
formali ut possit idem se movere. restat ergo dicendum necessario, quod omne quod mo-
vetur, ab alio movetur. = Neque instantiae quas pro contraria sententia allegant
Authores adversarii infringunt veritatem nostrae assertionis. Non prima de viventibus
unde sic arguunt contra nostram. Philosophus: viventia movent se ipsa ex Philosopho lib. 8
physic. tex. 28. ubi assignat discrimen inter viventia et non viventia, ex eo quod viventia
moventur a se: ait enim * est enim hoc officium vitae, et animantium proprium *
quo pacto vita omnium definitur: quod est motus a principio intrinseco vitae se
movente per illud x et animadvertit quod sit * principium quo vivimus, movemur, et sumus *
ergo viventia sunt simul in actu et in potentia respectu motus, in actu quidem quatenus se
movent, et in potentia quatenus moventur a se, = et confirmatur in motu cordis, qui est in-
ter motus viventis primus, etenim totum cor movetur, et totum cor movet, et ita se habere, alioquin
non esset vitalis talis motus. = 2. Itaque in viventibus quae constent ex partibus ethero-
geneis datur locus ut una pars sit movens, et alia mota, + unde et sunt in actu, et in
potentia secundum idem, sed secundum diversam rationem unde possunt se movere a se, verum
hoc non obstat ut etiam ad movendum primum partes indigeant extrinseco motore,
egent quidem. Et inde sic semper verificatur quod omne quod movetur ab alio movetur, etenim
movetur in primo motu a generante, quandoquidem vita in viventibus est deri-
vata et participata ab alio, et constat ex viventium definitione generationis, quae
definitur ex eo quod sit, origo viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem
naturae. Et per hoc patet ad illud de motu cordis, dicimus enim claritatis gratia,
quod cor dupliciter movetur, et motu totius quem per accidens ei convenit, ut pars est
pars totius quae per accidens movetur ad motum totius, et motu ipsi per se proprio ut est
motus dilationis, et restrictionis, in secundo motu per se proprio ex uno motu movetur ad
alium, verum in primo in quo est difficultas respondeo, quod est elicitive a corde
et applicative a generante, ut per eleganter explicatur ab Angelico Mag. Opusc. de
motu cordis, et 1. p. q. 18. ar. 3. et q. 105. ar. 4. ad 2. = nec valet si dicas quod in
motibus qui sunt actus perfecti ut intellectio, et volitio, idem est simul movens et mo-
tus, et idem est in actu, et in potentia quod quidem recipit illas actiones in eodem principio a quo
eliciuntur, ergo similiter in motu qui est actus imperfecti; idem poterit movere se ipsum. =
Non, inquam, id valet, nam neque in ~~[struck]~~ motu qui est actus perfecti verificatur de
eodem quod idem sit in actu, et in potentia, nam elicitur intellectio ab intellectu ut informa-
to per speciem impressam, et recipitur in eodem intellectu, similiter volitio elicitur a volun-
tate ut determinata per intellectionem, et recipitur in sola voluntate, unde et potius
instatur in tribus nostra de 10. nam intellectus de una intellectione movetur ad aliam ut
de cognitione principiorum, ad cognitionem conclusionis, et voluntas de intentione
finis, ad electionem mediorum, et ad primam simpliciter cognitionem movetur ab Authore.

[Right margin:] x nec valet dicere Philosophus dicit lib. 8. tex. 30. quod nullum continuum movet seipsum, nisi ibi loquitur de continuo homogeneo, non autem de continuo etherogeneo, in quo sunt partes quarum una est movens et alia mota

[Left margin:] =9= Et ponitur 1. argumentum ubi ostenditur quod viventia movent se ipsa.

naturę, st, & voluntas ad primę finis intentionę movetr applicative ab au
rę, & s. elicitive sit prima cognitio ab intellectu, & prima cognitio an
& ex hoc principio ita certo movetr Angelicus Mag. ad asserend
qd Angelus non potuit peccare in primo instanti suę creationis. = §=
Exponitr. 2ę art. 3. ubi etiam quęritr an gravia & levia moveantr a se vel
a generante? ——— Arguęs q. 1°. & dices qd gravia & levia a seipsis
moventr, moventr enim sor se tota, & se movent similitr, q. non implicat
id moveat seipsm, inde non omne quod movetr ab alio movetr. ans vide
ex experientia costat, cum gravia & levia dum non adest impedimentum se ipsis m
ovetr, incentus = Nec valet dicere qd moventr a generante, quando quidem gener
non adest, & si existit est valde distans, quomodo ergo movere potest gravia & levi
ut suos terminos acquirant? = Resp. pro destitutione dictę esse oppositum, quod
est ex expressa Angelici Magistri, & Aristotelis, ex Aristotele enim constat, qui
lib. 8. fisicorum tex. 28. ait de gravibus & levibus * est autem impossibile qd moveantur
a seipsis est enim hoc officium vitę, & animatorum proprium * quo pacto paulo
firius assignando directe causas huiusmodi motus in gravibus & levibus ait * quę
cum a seipsis moventr, & quę non a seipsis ut levia, & gravia, aut enim a ge
nerante, & faciente leve, & grave, aut ab eo qd impedientia, & prohibentia
prohibet. * quod ex Angelico autem Mag. constat tum in hoc lib. 7. & sequen
tum 2. p. q. 18. ar. 2. ad 2. ubi hęc habet verba * corpora gravia, & lev
moventr a motore extrinseco, vel generante, qui dat formam, vel removente
prohibens, ut dicitr 8. fisicorum, & ita non movent se ipsa ut corpora viventia *
quod & docet in 2. dist. 19. ar. 3. per hęc verba * in multis corporibus sim
cium quęvis formalis sit principium motus, nihil tamen est motor, sed essentialis
est generans, qui dedit formam, & accidentalis est removens prohibens ut dicitr 8
Physicorum. = quod autem gravia, & levia non moveantur a se, probo ratione
q. hoc qd est moveri a se, est proprium viventium, sed gravia & levia non
sunt viventia, ut patet, ergo nec moventr a se. probatur maior. q. ad hoc ut aliquid po
moveri a se, necesse est qd detur pars quę possit movere, & pars quę possit e
mota, sed ut detur pars quę movere possit, & pars quę possit moveri necessa
rio debet esse in vivente, ergo hoc qd est moveri a se est proprium viventium,
maior constat, q. ut supra est ostensum idem sm idem non possit movere seipsm, ex
eo q. simul esset in actu, & in potentia, probatur min. ut detur pars quę pos
movere, & pars quę possit esse mota, debet dari diversitas partium, videlice
debent partes esse etherogeneę, sed habere partes etherogeneas prop
est viventium, ergo quia gravia & levia non viventia habent partes ho
mogeneas. ergo ut detur pars quę possit movere, & pars quę possit moveri,
necessario debet esse in vivente. = Rursus idem principale assumptum costa
ex philosopho, & Angelico Magistro. qui uniformiter docent quod se mo
a se est proprium viventium. videatur philosophus loco citato ex 8 fisi c
tex 28 & Ths. ibidem. & loco citato ex 2. p. q. 18. ar. 1. ad 2. qd & docet
2. Mag. cap. 27. = Nec valet dicere cum Scoto, qd etiam gravia & levia

moveantur a se, sicut viventia a se ipsis moventur, hi. viventia differunt a non viventibus eo quod viventia se movent mediante cognitione. — Dico. in quo hoc valet, nam discrimen assignatum nullum est, quod quidem instatur in viventibus non cognoscitivis sicut sunt plantae, in quibus salvatur ratio vitae, et differunt a non viventibus, absque cognitione. signum ergo est quod omnia viventia a non viventibus distinguuntur eo quod viventia se movent a se (hoc enim est officium proprium vitae ut docet philosophus) secus autem non viventia. — Unde signum videtur manifestum quod gravia et levia moveantur a generante, si enim a se non moventur nullum aliud principium extrinsecum videtur quod assignari possit. nisi generans. Praeterea quia quod constat ratione ex eo quod quidat formam debet dare consequentia ad formam, unde et ad consequentiam centri quod est debitum unicuique ad ducat simpliciter motum, ipsum generans debet causare motum. quod et docet Angelicus Mag. q. 5 de veritate. ubi haec habet verba * formam ipsius elementaris corporis sequitur talis motus sicut et aliae naturales proprietates essentialibus principiis consequenter. unde in eis generans dicitur esse movens, in quantum dat formam quam consequitur motus * Secundo dicitur quod si hoc esset verus motus in gravibus, et levibus esset eorum propria passio. sed propria passio non est, ergo non movetur a generante. maior constat nam solum generans producit passionem secundario, quam ex primaria intentione quae est ad producendum essentiam determinatur secundario ad producendum quidquid est necessarium tum ad conservationem tum ad debitum et naturalem statum essentiae, quales sunt propriae passiones. probatur ergo minor. tum ex D. Th. q. 5 de veritate iam citata, ubi asserit quod nulla natura potest inclinari ad motum. ergo est quia non est propria passio, in gravibus et levibus. tum quia propria passio separari naturaliter et impediri naturaliter non potest. at qui motus impeditur naturaliter ergo non est propria passio — Sed quia et dicitur ergo. concessa mai. neg. min. ad cuius primam probationem) respondeo Angelicum Magistrum solum docere, nullam naturam inclinari ad motum sistendo in motu, et propter motum; at vero propter quietem bene potest dari inclinatio ad motum. quod quidem est motus quid necessarium simpliciter ad quietem in centro capescendam — Ad 2um dico quod motum non posse naturaliter impediri per impedimentum extrinsecum, ad quod notandum est quod ~~impedimentum~~ ~~dicitur~~ res impediens habet rationem centri, quod quidem columna substentans lapidem ita bene conservat lapidem quam illum conservaret centrum unde si auferatur res illa quae gerit vices centri datur motus ad centrum ingrediendum. ergo infertur motum esse passionem inimpedibilem, nam ut impediri naturaliter posset deberet esse dum nulla res aderat quae substitueret pro centro et gereret vices illius, quod cum sit falsum, siquidem si lapis est extra centrum et nulla res gerit vices centri lapidem detinendo lapis necessario movetur ad centrum ingrediendum, signum ergo est quod motus est propria passio inseparabilis a lapide dum lapis est extra centrum

dices falsum esse quod motus gravium et levium attribui debeat generanti, attento quod secundus ex eo quia generans ut influvium non est in rerum natura, neque existit, et si existit est distans a genito, quomodo ergo causare potest motum, et quomodo gravia et levia a generante moventur. = Praeterquam quod gravia et levia, habent intrinsecum principium sui motus, habent enim gravitatem et levitatem, ergo ab illo intrinseco principio, et non a generante moventur. = Secundo ista et resp. quod esto generans non existat formaliter, neque adsit formaliter, adest tamen virtualiter, et virtualiter est distans, et existens ad motum causandum. etenim in ipso termino genito remanet virtus ipsius generantis ad motum causandum, videlicet generans ponit in suo genito quandam innatam inclinationem ad conservandum se ipsum, et mediante ista inclinatione innata, mediaque perseverat generans in sua virtute movens genitum grave, et leve, ad suum centrum. = Ad confirmationem quod gravitas et levitas sunt principia intrinseca, ut quo ad producendum motum seu ad se movendum, et in praesenti quaeritur de movente ut quod; quale sit movens ut quod an idem possit se ipsum movere, quod dicimus esse impossibile quia idem non potest esse simul in actu, et in potentia respectu eiusdem perfectionis. unde dicimus quod in gravibus et levibus movens ut quod est ipsum generans. = Demum explicatur si gravia et levia moverentur a generante ut [?] praedicta innata inclinatione, quo propinquiora essent ad centrum velocius moverentur, sed hoc est falsum. ergo nullo modo moventur a generante. consequentia patet, quia cum centrum sit terminus naturalis inclinationis, quo propinquius est centrum magis moveret a[d?] lectione; unde motus velocior esset, probatur ergo minor. nam si lapis aliquis magnus descenderet ab altitudine unius [?] in centrum, et alter ab altitudine unius leucae, velocior moveretur lapis qui ab altiori loco descendit, quam qui a propinquiori, ergo est quod lapis non movetur a generante, ipsius generans existit virtualiter in suo genito per hanc innatam inclinationem. = Sed ista et resp. concessa maiori, negando minorem ad cuius probationem admisso casu respondeo ideo lapidem qui ab altiori loco cadit velocius moveri, quia distantia, dat locum et tempus ut inclinatio illa explicetur, quinde quo magis distat velocius movetur, eo quod datur maius tempus ut explicetur illa inclinatio, ad quam explicandam non [?] locum in distantia, cum vero distat lapis a centro, datur locum ut magis ac magis explicetur inclinatio, et proinde cum lapis descendit ab alto loco, quo magis appropinquatur centro velocius movetur, quia inclinatio est iam magis et magis explicata = Ex corollaria ex dictis = Colligitur primo demonstrationem esse illam quam tradidit Aristoteles, ad ostendendum dari in rerum natura unum primum principium omnino immotum, quod omnia moveat, asserit potest, cum manifeste ostendatur quod omne quod movetur ab illo movetur. ergo si sit et in uno principio, quod omnia moveat, et nullo modo moveatur, non esse quia ut diximus omne quod movetur ab alio movetur, non ab alio, alium de non esse [?] primum, unde tale primum principium debet esse omnino immutabile.

Colliges 2º illud primum principium quod movet omnia movet esse primum ens
a quo si entitatem ab alio haberet et non a se, moveretur ab illo alio a quo
haberet entitatem, contra supponamus esse primum movens, et convincitur
esse primum ens — colliges tertio, esse illud primum ens perfectissimum absque imper-
fectione, suadetur ex eo quod quia est primum ens, est independens in essendo, sicut
independens in essendo est perfectissimum abs. imperfect. quod sicut primum ens
est perfectissimum. mai. constat quia sicut primum ens non datur aliud a quo habeat
esse, quod est independens in essendo. prob. min. sicut in dependens in essendo
totam perfectionem de linea entis habet a se, et independenter est patet, et si habet
omnino independenter totam perfectionem de linea entis est perfectissimum absque imper-
fect. quod sicut independens in essendo est perfectissimum absque imperfect. — Secundo
collig. esse independens in operando, quia operari sequitur ad esse, unde si
in essendo est independens, et in operando erit necessario independens — Tertio
infertur tale ens primum et independens esse agens liberum. prob. quia sicut est per-
fectissimum debet habere omnem perfectionem sine imperfectione, sed libertas est
perfectio sine imperfect. quod quidem est melior ipsa quam non ipsa, quod est agens
liberum. infertur etiam tale ens primum et independens, et perfectissimum esse
aeternum, infinitum, immensum, omnipotens, omniscius, iustus et misericors
tandem. eo quod omnia ista dicant perfectiones. unde eo quod est ens primum
independens et perfectissimum habere debet quidquid dicit perfectionem. =
=§= Propter proiectionem de a quo moveatur violenter proiecta = facilis responsio
a proiiciente. cum illud impellat corpus. dices cum aliquibus moveri etiam
a proiiciente. peractum
abesse, resp. aerem non movere nisi ut motum et impulsum a proiiciente
unde reducitur motus ad proiiciens. si dices, quod proiectum lapis, vel proiecta
pila, distat a proiiciente ~~[illegible]~~ moveri non potest a proiiciente
quod quidem agens non potest agere in distans. — si. contra, quia proiiciens impri-
mit impulsum, tum in proiecto tum in aere, unde dum durat ille impulsus
impressus durat motus, et rursus quatenus corpus proiectum est durius ma-
gis aptum est ad hunc impulsum recipiendum, unde velocius movetur pila
quam papirus, vel lana. = iterum dices, in motu reflexo pila, non movetur
a proiiciente, quod falsum dicimus moveri a proiiciente. assumptum suadetur, quia
a proiiciente in motu reflexo, discontinuatur motus directus quem erat a proiiciente
quod non potest causare motum reflexum alium de unico impulsu causaret duos
motus contrarios = Resp. quod in motu reflexo movetur proiectum, tum
a proiiciente, tum a corpore impediente et resistente, nam cum corpus impe-
diens et resistens ~~[illegible]~~ superatur a proiecto, repatitur proiectum a corpore percusso
et violentius repatitur quo violentius percussit ut experientia docet. = quod
autem proiiciens imprimat impulsum tum in proiecto tum in aere circum-
stante. docetur ab Angelico Mag. Physic. quaestione 3. de coelo lect. 7.
obiicit * quod aer susceptibilior est huius impressionis quam lapis. × et ...

in hoc eodem loco ait ex quod non est intelligendum quod virtus motoris imprimat [illegible] in motu violento aliquam virtutem per quam moveatur * loquitur de virtute per modum permanentis impressa, non autem excludit virtutem per modum transeuntis communicatam. ut colligitur ex verbis ipsius Angelici Magistri iam citatis.

q. 2 = Utrum aliquid agens possit agere in distans quin prius agat in propinquum? = [illegible] mittitur certa [illegible] statuitur Conclusio

Supponimus duplicem posse esse approximationem agentis ad passum, alia est approximatio formalis, quae dicitur approximatio suppositi, alia virtualis quae dicitur approximatio immediata immediatione virtutis. approximatio suppositi est illa in qua agens media sua substantia est immediatum et contiguum passo, approximatio autem virtutis est quod agens est per suam substantiam distans a passo, tamen virtus agentis diffunditur per medium usque ad passum in quo casu agens est etiam immediatum immediatione suppositi respectu primi effectus seu respectu primi subiecti in quo diffundit suam virtutem. quaerimus ergo utrum requiratur semper approximatio suppositi vel an sufficiat approximatio virtutis: vel an operari in distans quin prius agat in propinquum? Conclusio est. omne agens naturale debet esse immediatum passo, vel immediatione suppositi, vel virtutis. at vero respectu primi effectus semper est immediatum immediatione suppositi. est haec Conclusio expressa Aristotelis in praesenti lib. cap. 2. tex. 10. ubi haec habet verba * id autem quod primum movet, non ut id gratia cuius cetera sunt verum [illegible] sed id unde est principium motus, simul cum eo est quod movetur, atque simul dico, quia nihil est inter ipsa, hoc enim omnibus moventibus commune [illegible], et subeuntibus [illegible] quae verba exponens Ang. Mag. ibidem lect. 3 ait * quia philosophus in demonstratione praecedenti supposuerat quod movens est contiguum, vel continuum mobili, hoc intendit nunc probare * et rursus ibidem ait * hoc est commune in omni specie motus quod movens et motus sunt simul * et praeter rationem quae id probat philosophus [illegible] inductione suadetur Conclusio ex eo quod si agens posset agere in distans quin prius ageret in propinquum nulla esset distantia, in qua non posset quodlibet agens agere, atqui sphera agentis limitata naturaliter est, ergo etc. quod prius debet agere in propinquum quam in distans. rursus ideo videmus naturam vacuum abhorrere ex eo quod corpora superiora non possent influere in haec inferiora, si si posset agens agere in distans quin prius ageret in propinquum haec ratio esset nulla, quod [illegible] numquam egeret medio, ut per illud influeret, ergo ideo est quod non potest agens agere in distans quin prius agat in propinquum. = dices quod potius contra sententiam infertur quod agens posset agere in quacumque distantia. assumptum suadetur ex eo quia si agens diffunderet suam virtutem in passum sibi proximum, istud diffunderet eandem virtutem in aliud sibi proximum istud in aliud et sic in infinitum = s. contra, nam cum virtus agentis limitata, tum ex eo quod ab agente limitato procedit, tum ex eo quia recipitur in subiecto, et de uno ad aliud diffunderetur (non quia eadem numero virtus transmigret de subiecto in subiectum hoc enim est impossibile) sed quia virtus a recepta in subiecto a producit virtutem b in subiecto b et virtus b producit virtutem c in subiecto c et sic de aliis limitate, et debilitatur virtus. unde in tantum diffundi potest quod pereat virtus. quo pacto calor diffusus

et in qualibet distantia calefacit, sed solum operatur calefaciendo subiecta sibi viciniora, et in qualibet extendi potest. = Dices rursus quod quaedam sunt agentia operantia in distans quin prius agant in propinquum, ut patet in magnete qui attrahit ferrum distans, et non alia corpora viciniora, patet etiam in pisce qui vocatur torpedo qui stupefacit et tremere facit manum piscatoris non stupefacta vel tremefacta corda vel arundine, quae est in manu piscatoris = patet etiam in sole qui producit aurum, et argentum, et alia metalla in visceribus terrae, quin ea producat in aliis elementis soli vicinioribus. et patet in oculis fascinantium qui fascinant pueros vel alia viventia, non fascinatis aliis corporibus vicinioribus = sed doctor Angelicus M. ex professo respondet ad haec et alia similia exempla in hoc lib. Physicorum lect. 9. et in 2 dist. 15. q. 1. ar. 2. ad 6. ubi haec habet verba * quando actio cuiuslibet agentis habentis situm prius recipitur in medio, quam in termino et tamen oportet quod recipiatur in utroque eodem modo, sed secundum quod exigit dispositio utriusque, sicut ponit exemplum Commentator 8. Physicorum. de pisce qui retentus in rete stupefacit manum piscatoris, quamvis non stupefaciat rete, quod stupefactionis capax non est, et tamen secundum aliquem modum rete alteratur ex virtute piscis, ita etiam oportet quod virtutes superiorum stellarum quae in ista inferiora corpora, quae in his non prius recipiuntur in mediis orbibus quam in inferiora corpora, quae ius non eosdem effectus utrobique habeant. * ex quibus verbis Angelici Magistri patet solutio ad omnia exempla, quia quodlibet omne agens prius movet propinquum quam quodque remotum et distans. et prius operatur in proximum, et si ob diversam capacitatem subiecti alio, et alio modo oriatur effectus in proximo et in remoto. et videmus quod sol in uno et eodem carmine, producit hic aurum lilium. ibi violetam. ibi rosam alibi iacintum, et in mineralibus hic aurum ibi gemmam. alibi imperfecta animalia, quae diversitas nascitur ex diversa dispositione passi, et subiecti. et per hoc patet solutio, ad illud de magnete et de fascinantium oculis. = § = notandum quod diximus = quod divina virtute potest agens agere in distans quin prius agat in propinquum. quod patet ex eo quod Deus sua infinita virtute supplere potest distantiam, in qua nulla apparet repugnantia, unde facere potest quod ignis existens hic Salmanticae comburat Romae, sed et e contra potest facere quod agens applicatum passo non producat effectum. ut patet in igne babilonico, qui non combusit tres illos pueros Sydrach, Misach, et Abdenago = rursus nota, quod ex eo quod Deus in qualibet parte, et distantia etiam imaginaria operatur, vel potest operari inferatur esse ibi secundum essentiam praesentiam et potentiam, quod non convinceretur si agens posset operari in distans quin operetur prius in propinquum. unde inefficax esset argumentum Apostoli ad Athenienses medio quo persuadet quod Deus est ubique et praesens nobis et omnibus rebus, ex eo quia in ipso vivimus movemur et sumus. unde ex eius operatione probat Deum existere ubique

Ut notandum dixi quod ex eo quod Deus in quocumque dill etiam imaginario operari possit probatur esse ibi, nam Xa sententia mihi vera Deus est actu in spacijs imaginarijs, seu quae imaginaria vocantur; quod late explicabitur a nobis §do parte ad tractatum de immensitatis attributo. =

Finis Libri Primi

LIBER OCTAVUS PHYSICORUM

Summa textus.

Hic ordine doctrinae pergit Aristoteles in praesenti libro, qui ultimus et postremus est in ordine, et primus in dignitate et excellentia, pergit itaque in praesenti Aristoteles ex motu ad supremum primum et omnium motorem ascendere, qui supremus motor ergo primus expers est motus et mutationis, unde et ostendit esse aeternum et infinitae virtutis, et inde materia huius libri sublimior et excellentior est quam quaevis in hoc libro sexto instituit de primo motore, unde et verificatur quod supremus infimi attingit infimus supremi, quatenus nempe hic agit de perfectionibus primi motoris, quas pergit ex motu ~~...~~ cuius perfectionis examen ad Methaphysicam spectat, unde et primus ostendit in praesenti libro quod omne quod movetur ab alio movetur, et ulterius ergo primus motor omnium perfectissimus est et mutationis cuiuslibet expers, infert (et si infeliciter) mundum esse ab aeterno, proh dolor! et quomodo cognoscitur imbecillitas ingenii humani, dum Aristoteles, vir magnus, et admirabilis, et ingenii humani praestantissimus sic errasset ex antecedenti vero deducens consequens falsum. ~~...~~ Nos quia iam in libro praecedenti disquisivimus de motu, quod omne quod movetur ab alio movetur, et aliquid diximus de existentia primi motoris, et de eius perfectionibus, cuius examen accuratius alibi dabimus de codem, et inde in praesenti libro solum disputabimus de aeternitate mundi, supponendo ex fide catholica mundum non esse ab aeterno, de eius possibilitate instituemus sermonem, sitque feliciter.

Disp. 24. De aeternitate mundi

§. 1 Utrum mundus potuerit esse ab aeterno? — §. praemittuntur certa —

Supponendum est 1o et fidei sanctum et certum Deum operari non ex necessitate naturae, sed omnino libere, et iuxta placitum suae voluntatis. Constat haec suppositio ex sacris litteris, ~~...~~ ex quibus tribuitur voluntati Dei creatio, et productio creaturarum. Unde dicitur in Psal. ... 113 — * Deus autem noster in caelo, omnia quaecumque voluit fecit * et in Psal. 134. dicitur * omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo, et in terra, in mari, et in omnibus abyssis * et in lib. Sapientiae c. 11. dicitur * quomodo potuisset aliquid permanere nisi tu voluisses * et ad Ephesios 1. dicitur * qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae * et Apocal. 4. tu creasti omnia, et per voluntatem tuam erant, et creata sunt. * Unde est haec suppositio communis inter theologos et catholicos, et si Aristoteles videatur tenuisse contrarium, dum in hoc libro cap. 1. tex. 6. 7. et 8. et praecipue expressius cap. 6. tex. 52. docet quod ex immobilitate primi moventis concluditur necessario mundum semper extitisse, quod non concluderetur infallibiliter et necessario si primus movens immobilis operaretur ex consilio et voluntatis quo quidem posset agere et non agere. — At non obstat quod Aristoteles circa aliqua cognovisse in Deo libertatem, etenim 4. topicorum cap. 1 ait Deum quaedam facere posse quae tamen non facit, et inde non facere erit ob impedimentum suae voluntatis volentis se applicare ad agendum. Unde teste Laertio, in eius vita instante iam morte Aristotelem Deum orasse perscribitur, et quaedam religionis causa in testamento fieri mandasse = quomodo autem componatur libertas in Deo circa aliqua, dum ex alia parte docet operari ex necessitate naturae, et inde quod ab aeterno, facile non percipitur, verum Aristoteles ut axioma

certissimus habuisset quod ex nihilo nihil fiebat reducebat principium existentiae cuius-
libet rei in generatione alia, et alia absque principio. O pro dolor! quod vir ita
magnus, et admirabilis, sic erravisset! sed quid mirum si absque lumine fidei perām-
bulabat = Secundo supponendum est mundum hunc de facto non existitisse ab aeterno,
sed in tempore initium sumpsisse. ita expresse in sacris litteris edocetur, dicitur enim
Gen. 1. in principio creavit Deus caelum et terram * et in Psalm. 89* priusquam montes
fierent aut formaretur terra et orbis a saeculo et usque in saeculum tu es.* et in libro
proverbiorum Cap. 8. dicitur. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam
faceret a principio.* et Eccles. 24. dicitur. ab initio, et ante saecula creata sum, et cap.
Joannis dicitur * clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam
mundus fieret. proindeque in symbolo et articulis fidei fatemur Deum esse creatorem
caeli et terrae visibilium omnium, et invisibilium, et ea omnia non ab aeterno sed in tempore
fuisse producta. quod et definitum est in Concilio Lateranensi 2. sub Innocentio 3. ubi
definitur Deum ab initio temporis, condidisse universum quoad omnia creaturarum
genera, quae ibi singillatim ~~[illegible]~~ recensentur. cap. firmiter de summa
trinitate = Tertio et certum supponendum est ~~[illegible]~~ quod sicut de facto Deus
omnia produxit in illo initio temporis determinato, potuit etiam, ante, et in
quolibet duratione signata, et in quolibet instanti determinato, mundum
creare, etenim eandem potentiam semper habuit Deus, et in eo quod in quocumque instanti
anteriori, et anteriori determinato, et in quacumque duratione anteriori signato
Deus produxisset et creasset mundum, nullum adest inconveniens ex illis, quae afferri
solent si Deus ab aeterno aliquid produxisset. unde difficultas praesens de-
volvitur ad inquirendum utrum non solum antea, et postea, in duratione determinata
et temporali potuerit Deus ~~[illegible]~~ mundum condere, sed an etiam ab aeterno.

~~[illegible]~~. omissa sententia Aristotelis, qui ut mundi dici-
tur docuit mundum existitisse ab aeterno non solum de possibili sed etiam de facto, quam
Aristotelis sententiam amplexati sunt aliqui ut fuerunt Simplicius, Avicenna, Aver-
roes, et alii et Manichaei, et palamitae Graeci ut videre est apud SS. Ag-
re in hoc lib. ~~[illegible]~~ disp. 42. sect. 1. n. 3. variae opinantur autores et
Thomistae circa praesentem difficultatem. nam prima sententia absolute affirmat mun-
dum ab aeterno condi, et creari potuisse, tam quoad permanentia, quam quoad suc-
cesiva, ita SS. PP. Complutenses in hoc. lib. disp. 29. q. 3. et 4. qui ibidem plures
ex Thomistis referunt pro ista sententia. eamque tenet Mag. Lerma. in hoc lib.
q. 2. 3. et 4. = Secunda sent. huic extreme opposita absolute negat mundum
potuisse condi et creari ab aeterno. ita SS. M. Aquinas. in praesenti disp. 43. et
disp. 44. eamque conatur stabilire x. D. Hug. = Tertia sententia, distinguit inter
permanentia, et successiva, et de permanentibus affirmat et de successivis negat
potuisse condi et creari ab aeterno. ita SS. M. Joannes a S. Thoma. in praesenti q. 29.
ar. 1. et 2. et refert pro se M. Sto 8 Phisic. q. 2. art. 3. ex his sententiis primam
tuentur aliqui ex Societate ut Molina 1. p. q. 10. ar. 3. Vazquez. 1. p. disp. 177. et alii
secundam tuetur D. Bonavent. in 2. dist. 1. q. 2. et eam stabilit D. Aquinas ex
Sanctis Patribus. et eam ex PP. Societatis quamplures, et noster Aversa. 2 Metaph.
q. 31. sect. 8. et 9. et alii = tertiam autem tenet Durandus in 2. dist. 1. q. 2. Suarez
in Methaph. disp. 20. sect. 5. et).

secunda sententia erit vera de 1o verum est eius clarit. procedamus primo de rebus permanentibus. 2o de successivis erit sermo. ego non esse contra D. Aug. stabilire conabor. unde sit = § = Statuitur 1a Con. 1o. circa permanentia = sit prima nostra Con. 1o. repugnat aliquam creaturam permanentem esse ab aeterno. unde repugnat quod mundus fuerit ab aeterno. = prob. 1o. ex D. Aug. lib. 12. de civit. Dei cap. 15. ubi asserit Angelos non potuisse esse Deo coaeternos ex eo quod natura sua habent motus seu operationes transeuntes de futuro in praesens, et de praesenti ad praeteritum quod repugnat rei existenti ab aeterno. unde haec habet verba * tempus autem quoniam mutabilitate transcurrit aeternitati immutabili non potest esse coaeternum ac per hoc etiam si immortalitas Angelorum non transit in tempore nec praeteritum est quasi iam non sit; tamen eorum motus quibus tempora peraguntur ex futuro in praeteritum transeunt, et ideo Creatori in cuius motu dicendum non est, vel fuisse quod iam non sit, vel futurum esse quod nondum sit coaeterni esse non possunt * ex quibus verbis potest ex mente D. Aug. efformari discursus: omne quod habet ex natura sua operationes transeuntes de futuro ad praeteritum nequit esse aeternum; sed Angeli habent operationes transeuntes de futuro in praeteritum. ergo Angeli nequeunt esse aeterni. maior supponitur ab Aug. in praedictis verbis, propter quam quod potest suaderi ex eo quod aeternitas est duratio tota simul, atqui quod habet operationes transeuntes per modum futuri et praeteriti, non habet durationem totam simul, ergo non potest esse aeternum = rursus Tertullianus libro contra Hermogenem cap. 9. arguit illum haereticum fingentem materiam coaeternam Deo, ex eo quod aeternitas est propria, et solius Dei, verba eius sunt * Quis enim alius Dei census quam aeternitas? quis alius aeternitatis census quam semper fuisse, et futurum esse, ex praerogativa nullius initij, et nullius finis, hoc si Dei est proprium, solius Dei erit cuius est proprium. * ergo aeternitas in durando nulli creaturae competere potest. = unde et D. Aug. probans contra Felicianum Verbum Dei esse Deum, et non Creaturam, arguit divinitatem ex aeternitate. en eius verba * ex tom. 6. c. 7. nihil quod credulitatem dictorum vitatur [illegible], Creatura namque est, ex eo quod aut adhuc non est, aut aliquando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis quantum in se est, per omnipotentis Dei voluntatem facta substantia, ille (idest filius Dei) non ex eo quod non est in id quod est, et praeterea numquam in id quod non est ex eo quod est, illa (idest creatura) ex eo quod non est in id quod est, et praeterea quantum ad se attinet, ex eo quod est in id quod non est sui ortus conditione revertitur. * ex quibus verbis iste potest efformari discursus. omnis creatura, necesse est talis naturae, ut ex non esse ad esse transeat, et rursus ex esse ad non esse transire possit; sed si aliqua creatura esset aeterna non transiret de non esse ad esse, et similiter per totam aeternitatem non posset transire de esse ad non esse, ergo nulla creatura potuit esse ab aeterno. qui discursus amplius in sequentibus elucidabitur. = Rursus S. Anselmus in Monologio cap. 27. haec habet verba * veram aeternitatem soli inesse illi substantiae quae sola non facta, sed factrix esse inventa est, aperte percipitur, quoniam vera aeternitas principij finisque metas carere intelligitur, quod nulli rerum creatarum convenire eo ipso quod de nihilo factae sunt convincitur * in quibus verbis S. Anselmus supponit omnes Creaturas esse ex nihilo, unde ab aeterno esse non possunt, unde miror facilitatem iuxta quam recentiores dicunt creaturam quae fuisset ab aeterno non esse ex nihilo, sed insuper [illegible] miror facilitatem, cum inintelligibile sit quod existere possit creatura, non ex nihilo facta. = Rursus D. Athanasius in Epistola ad Africanos evincebat filium Dei esse Deum et non creaturam ex eo quod in eo adsunt divinitatis notae quarum una est aeternitas, et asserit aeternitatem creaturae non posse convenire. Sic enim loquitur de Filio Dei * habet ille vim creandi, condendi, et aeternitatis, ut sit ipse opifex, immutabilis; contra vero, quae creata sunt, creare non possunt,

+ et fuluntur Patrum testimonijs

quippe quæ ipsa creaturæ sunt, neque æterna esse possunt (notabile verba) quoniam ab initio aliquo incipiunt esse, neque existentia, neque immutabilia esse valent, nam alterius potestate continentur et naturæ sunt mutabiles ut scripturæ testantur * in quibus verbis æternitatis non posse convenire creaturis affirmat, et illas necessario in aliquo initio incipere esse docet, unde et ex nihilo factas supponit. ergo mirari debemus facilitatis [illegible] quæ asserunt recentiores quod in hypothesi quod mundus fuisset ab æterno nec supponeret sui non esse, nec propterea inde ex nihilo fieret sive esset factus.

Opponis Angelicus Magister qui pluribus in locis nonnullis tenet mundum potuisse esse ab æterno, sed hoc expresse probat, præsertim. 2 contra Gentes. c. 38. et 1 p. q. 46. ar. 2. ad 1. et in 2. dist. 1. q. 1. ar. 5. et q. 3 de Potentia. ar. 9. et opusculo 27. de æternitate mundi. = Respondeo Angelicus Magister in hoc et aliis locis ubi contrarius sentire videtur, solus docere mundum potuisse esse ab æterno, æternitate sumpta sincategorematice, non vero categorematice, hoc est, Angelicus Magister docuisse, mundum potuisse esse, creari, et produci a Deo ante, et ante, absque eo quod deveniatur ad aliquod determinatum instans in quo ante, et ante non potuerit esse, et creari, quod et nos docuimus in tertio notabili. ad quod dicendum mihi persuadet ex eo quod Sancti Patres absolute negant mundum potuisse esse ab æterno æternitate categorematice accepta, ut vidimus, unde cum Angelicus Magister numquam deserat sententiam Sanctorum Patrum, ideo inde mihi persuadeo esse veram doctrinam iuxta eius angelicam mentem. = Rursus dico quod si aliquando Angelicus Magister absolute de æternitate categorematica asserit potuisse mundo convenire, tunc Angelicus Magister id non docuit ex propria mente, sed stando sententiæ Aristotelis tunc locutus fuisse, etenim idem Angelicus Magister 1. p. q. 66. ar. 1. referendo quandam opinionem quæ supponit formam D. Augustini cum sit contraria ad illud quod statuit ibi. Sic respondet, * ad primum dicendum quod Augustinus sequitur in hoc opinionem Platonis. quasi diceret Angelicus Magister hæc non est mens Augustini, sed contraria, sic similiter respondeo, mentem Angelici Magistri esse mundum non potuisse esse ab æterno, sed si aliquando hoc dixit, non ex propria mente sed ex mente Aristotelis vel aliorum locutus fuisse. = Modum istum dicendi tenet D. Aquinas insignis Thomista, et D. M. Ioannes a S. Thoma qui negat motum non potuisse esse ab æterno, cum aliquando Angelicus Magister doceat motum ante et ante potuisse existere. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~. præsertim quia quod Angelicus Magister expresse videtur non tenere sententiam quam ex propria mente loquitur. etenim. 1 p. q. 10. ar. 3. inquirit utrum esse æternum sit proprium Dei? et in corpore articuli asserit æternitatem vere et proprie esse in solo Deo, quod probat Angelicus Magister ex eo quia vera æternitas sequitur immutabilitatem. atqui immutabilitas solius Dei est, ergo et vera æternitas. quæ ratio etiam probat de possibili, etenim impossibile est quod immutabilitas quam sequitur vera æternitas aliis a Deo conveniat. ergo quando Angelicus Magister loquitur ex propria mente tenet implicare mundum vel aliquam creaturam posse esse ab æterno. = 2a ratio. suadetur de [illegible]: = igitur operæ pretium est unam nostræ doctrinæ rationem stabiliamus, et firmemus. et sic efformatur ratio. ergo si mundus vel aliqua creatura posset esse ab æterno sequeretur quod mundus vel talis creatura esset ~~[illegible]~~ inanihillabilis a Deo per totam æternitatem, seu per infinita æternitatis sæcula; Sed hoc est impossibile, ergo mundus vel aliqua creatura non potuit esse ab æterno. ~~[illegible]~~

Sequella maioris probanda postea minor. quia ut annihillari possit mundus vel illa creatura, necessario ante annihillationem debebat supponi existere per totam aeternitatem, quia quidem annihillatio est resolutio rei in purum nihil, seu est transitus de esse ad non esse purum. ergo in quocumque instanti signato, et determinato in quo annihillanda supposuisset necessario eius esse existere in aeternitate, etenim omne instans assignabile, supponit ante, et ante infinitam durationem, alioquin aeternitas haberet principium quod est absurdum, ergo necessario infertur quod mundus vel illa creatura non possit annihillari a deo per totam aeternitatem = ergo minor ille probatur 1o. quia de ratione supremi dominii est ut possit quodcumque voluerit rem annihillare ... illud sapientiae 11 quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset conservaretur? ergo impossibile est deum non posse annihillare mundum vel aliquam creaturam per totam aeternitatem rursus modo implicat aliquam creaturam quae ex se ab intrinseco exigat non posse annihillari a deo in quolibet instanti sequenti ad suum esse suae existentiae ergo potiori titulo repugnabit quod mundus vel aliqua creatura exigat ex eo quod aeterna non posse per infinita aeternitatis saecula annihilari a deo = rursus inintelligibile est, et contra supremum dei dominium, et ... potestatem, quod angelus semel creatus exigat necessario quod conservetur a deo per decem annos, at longe maiorem durationem exigeret mundus vel creatura si esset ab aeterno, ergo impossibile est quod detur creatura quae exigat non annihillari per infinita aeternitatis saecula. maior patet, et probatur min. nam assigna instans in quo destruatur a deo mundus vel creatura, certe ante illud instans praecessisset infinita duratio, ergo longe maiorem durationem exigeret mundus vel creatura ab aeterno existens, quam angelus modo creatus exigens ab intrinseco quod conservetur a deo per decem annos =

dices quod impotentia ad annihillandum mundum vel illam creaturam per totam aeternitatem est impotentia ... et simpliciter libera deo; at nullum est inconveniens in eo quod aliqua creatura non possit annihillari a deo impotentia orta ex suppositione sibi libera, ergo etc. deus non possit annihillare mundum vel creaturam per totam aeternitatem, non tamen ex inde convincitur quod mundus non potuerit esse ab aeterno. minor est ista, nam ex suppositione quod deus voluit aliquam rem durare et existere per unum diem, impotens est deus ut ... decreti durationis illius rei per illum diem annihilet rem illam intra spatium illius diei, et tamen eius totus haec liber sit deo illa impotentia non arguit imperfectionem ... derogat supremum dominium dei. probatur ergo maior quia deus ... creare, et producere ab aeterno aliquam creaturam sive mundum, quam voluit ... de necessitate ad conservandam creaturam sive mundum per totam aeternitatem non = aliquam durationem

3o. ... licet verum sit quod stante decreto conservationis alicuius rei deus non possit illam destruere, et annihillare, tamen stante decreto creationis alicuius rei implicat quod ex illo unico decreto oriatur necessitas illam rem conservandi, at si mundus vel aliqua creatura esset ab aeterno ex illo decreto creationis oriretur necessitas conservandi mundum vel illam creaturam, ergo ... necessario supremum dominium dei = ...

et dices quod necessitas conservandi mundum ab aeterno creatum per totam aeternitatem non oritur praecise ex decreto creationis seu ex creatione unice sumpta, sed ex decreto creandi in aeternitate seu ex creatione ab aeterno, unde etc. decretum creandi in tempore non sit illationum

decreti de conservando eo in posterum, tunc decretum de creando mundum vel creaturam
ab aeterno infert decretum de eius conservatione per totam aeternitatem. Seu est virtualiter decretum
de conservatione eo simili modo ac decretum de creando rem in instanti a est
illativum decreti de conservando eam pro eodem instanti a. Seu est virtualiter idem decretum con-
servativum. = difficilius replica verum non enervat vim nostrae rationis, neque decretum
creandi repugnat quod inferat decretum de conservando eam nisi dum creat, creatio autem
dat esse instantaneum et subito, unde ad summum illud potest inferre conservationem
instantaneam et subitam, quinimo cum nequaquam alium de conservatio non esset verificata
distinctum a creatione nec homo ab aeterno creatus teneretur conferre gratias pro
beneficio conservationis, sed tantum pro beneficio creationis. = Eleverius creatura existens
ab aeterno esset eiusdem conditionis ac sunt creaturae modo existentes, sed creaturae modo
existentes in quolibet instanti determinato in quo existunt supponendo ante esse
deleri possent, et a Deo possunt annihilari, unde [illegible] debent Deo referre gratias [illegible]
cio conservationis, ergo idem contingeret in creaturis existentibus ab aeterno, [illegible]
eas ab aeterno annihilari non possent, sin infertur [illegible] esse impossibile quod creatura
vel mundus fuerit ab aeterno. = Ergo alia ratione suadetur dicta conclusio. = Secundo
suadetur nostra conclusio. Si creatura aliqua permanens, v.g. mundus, vel Angelus
vel homo posset esse ab aeterno, vel talis creatura esset creata, vel non, neu-
trum potest dici, ergo impossibilis creatura ab aeterno existens. maior videtur nota, pro
2o min. quia et in primis si esset creata, verificaretur respectu illius definitio
creationis. at definitio creationis non potest verificari de illa creatura, ergo non esset
creata, maior constat implicat enim aliquid esse creatum, quin de illo verificetur
et creationis definitio, sicut implicat aliquid esse genitum et quod de illo non verificetur
generatio, et generationis definitio. probatur min. quia creatio est productio
ex nihilo, sed haec definitio non posset verificari de illa creatura existente
ab aeterno ergo definitio creationis non potest verificari de illa creatura, maior con-
stat nisi velis aliquam definitionem creationis fingere, probatur ergo min. quia ut de illa cre-
atura posset verificari quod est productum ex nihilo debet supponi prioritas [illegible]
nihil, sed eo ipso non existit ab aeterno, ut patet, cum in existente ab aeterno non
initium de tempore sit, ergo de creatura existente ab aeterno verificari nequit quod
sit ex nihilo, neque [illegible] potest verificari definitio creationis. = quoad 2am partem
autem probatur illa principalis min. quia si talis creatura non esset creata
cum alium de existeret haberet esse et esse increatum, ergo esset quid increatum, ergo
esset Deus. unde miror facilitatem qua quidam respondent Magistri Verrae, et alii ex
ipso, quod illa creatura non esset ex nihilo, sed semper esset, difficulter enim
distingueretur a Deo, cum nec talis creatura esset creata, nec ut ex ratione primae
[illegible] esset annihilabilis. eius enim necessario existens, increatum et inmuta-
bilis ut sic est Deus [illegible] his rationibus ita efficaces mihi videntur, ut convincant
ex illis adversarios [illegible] stabiliendo, contra plerosque thomistas, et si non convin-
cibiliter [illegible] cum potius persuadeant mihi quod Angelicus Magister ex propria mente nihil
[illegible] doceat. = dices. ita potens est Deus ab aeterno ac est modo, et in quolibet
instanti determinato, ergo modo potest Deus quoque [illegible] creaturas creare, [illegible] ab aeter-
no. = Nego [illegible] potentia [illegible] semper esse eadem, at ex parte facti, aliquando [illegible] esset
aliqua repugnantia ut aliquid fiat, et repugnat ex parte facti quod aliquid
sit factum et creatum ab aeterno. obiectiones datas, ut [illegible] ista consequentia non teneret, modo
potest Deus producere omne possibile, ergo modo possunt simul omnia produci

non valet sequentia, arg. enim a simultate potentiæ ad potentiam simultatis; quoad simultatem actus, quæ simultas repugnat & impossibilis est præsertim in sententia Thomistarum contra quos in præterito. cum 2.do Thomistas repugnat infinitum in actu. Sic ergo similiter. Deus ab æterno potens est creare, at ab æterno creatura creari non potest. Ostendo arg. ita potens est Deus nunc, ac erat ab æterno, s. nunc annihilare potest quamlibet creaturam. ergo & ab æterno, posterius nego sequentiam quia annihilatio debet supponere prius esse creaturæ, proindeque annihilatio nequit esse ab æterno, cum ea quæ sunt ab æterno principium habere non possint, sic ergo similiter non valet ista sequentia ita potens est Deus nunc, ac est ab æterno, s. nunc potest creare, ergo & ab æterno, nego sequentiam quia creatio necessario ut ex sua definitione constat debet supponere prius non esse illius rei quæ creatur. alioquin creatio non esset productio ex nihillo, & in creatura existente ab æterno non prius supponi potest nihilum ut ex nihillo fiat, ut fatentur etiam contrarij autores. aliunde si prius supponeretur non esse illius creaturæ, haberet illa creatura initium, unde non esset ab æterno. = Rursus instatur hæc ratio. ita potens est nunc Deus ac est ab æterno. s. nunc potest Deus præmovere ad materiale peccati, seu potest concurrere cum creatura, ad materiale peccati, ergo & ab æterno. nego sequentiam quia in sententia D. Thomæ omne peccatum debet supponere voluntatem creatam potentem se movere & se applicare applicatione videlicet causæ secundæ, ad quod necessario debet supponi prius voluntas creata in actu honesto. cum ad primum actum moveatur ab Authore naturæ non solum ut est Autor generalis, & universalis s. ut est autor particularis. quo pacto dicitur quod Angeli non potuerunt peccare in primo instanti; Sic ergo similiter non valet illa sequentia ita potens est Deus nunc ac est ab æterno, s. nunc potest creare, ergo & ab æterno, negatur sequentia. ob rationem datam = ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Si dicas ergo necessarium est Deum ab æterno existere ociosum, & per infinitam durationem nihil posse agere. atqui hoc videtur absurdum, ergo dicendum est Deum ab æterno potuisse creare quamlibet creaturam. = Sequentia prima videtur recta quia quidem si creatura quælibet fieri & creari non potuit ab æterno, nisi post infinitam durationem, in illa æterna duratione Deus existeret necessario otiosus, & nihil potens ad extra operari. subsumpta etiam videtur recta, quia quidem videtur contra supremam activitatem otiose non posse Deum aliquid creari nisi post infinitam durationem = S. contra admissa illa 1.a sequentia negatur subsumpta. hic claritatis gratia distinguatur ly sequentia ergo est necessarium Deum existere otiosum ab æterno, si ly otiosum significat idem ac nihil posse fieri a Deo ab æterno concedo sequentiam. si aliter sonat nego sequentiam. & inprimis potest instari in sententia plurium Thomistarum asserentium mundum non potuisse esse ab æterno, in qua etiam similis sequentia potest deduci cum minori deinde subsumpta, & in sententia omnium in actu Contritionis, quæ nullo modo potuit facere ab æterno, cum ut diximus actus contritionis supponat necessario peccatum, verum ne videatur quod aliquid derogatur perfectioni divinæ omnipotentiæ sciendum est, quod potentia Dei concipi potest quoad rectum sui, & per ad obliquum, seu quoad terminum destinatum. si enim potentia Dei sumitur quoad rectum eadem ipsissima est nunc in Deo ac fuit ab æterno, si autem consideratur quoad obliquum & quoad terminum destinatum sic ob repugnantiam termini creatura non potuit fieri ab æterno, unde quando significatur cum hoc verbo facere, hoc modo Deus non potest facere negandum est, cum ut sic significetur potentia quoad rectum, si autem

impotentia significet possiue medio hoc verbo fieri, hoc modo, creatura non potuit
fieri ab aeterno, sic est verum quod fieri non potuit cum ut sic significet potentia non quoad rectum
fieri sed quoad obliquum, videlicet sub termini mutati. = § = Statuitur 2a. concl. circa
successiva, ut motus, vel tempus. = Secunda concl. etiam est negativa. unde dicimus
repugnat quod motus vel tempus sit ab aeterno. in hac concl. conveniunt plures ex nostris
mistis. praesertim M. Ioannes a S.to Thoma, in praesenti. q. 29. ar. 2. & alii quos ibidem
citat ipse sequitur cum dictis Mag.r Ioannes a S.to Thoma. stat etiam pro hac nra concl. S. Mag. Iosephus
Saenz Aguirre. in praesenti disp. 44. ~~[illegible]~~ per totam. ~~[illegible]~~
haec nra concl. & si ex dictis probata maneat, adest tamen specialis ratio suadens in entibus
successivis ut non possint esse ab aeterno & est illa quam examinemus instituit pro dicta concl.
probatur ergo 1o ex D. Th. opusc. 27. paulo ante medium. ubi sic habet verba * Non repugnare
si ponatur causa ~~[illegible]~~ producens ~~[illegible]~~ effectus suos subito quod non praecedat duratione suam causam
satis repugnare autem in causis producentibus effectum suum per motum quia oportet quod principium
motus praecedat finem eius.* in quibus verbis docet Angelicus Magister repugnare
quod aliquid fiat ab aeterno per motum, unde cum mutatum esse motus quod utique est
unitivum partium motus sit quid finitum amotum, ex inde quod repugnans ab aeterno ipsi
tum inde & ipsum motum ab aeterno repugnare. = Rursus quia si motus esset ab aeterno
esset absque mutato esse, sicut docet D. Th. verbis supra relatis mutatum esse
motus repugnat ab aeterno, sed motus sine mutato esse repugnat, ergo motus repugnat
natura ab aeterno. minor est evidens quod quidem cum motus sit quantitas continua
repugnat motus sine partibus unitis sed mutatum esse motus est unitivum partium motus
ergo motus sine mutato esse repugnat. = a ratione autem probatur. quia si motus exstiterit
ab aeterno, motus non esset ens successivum, (& idem dico de tempore) sed motus est essen-
tialiter ens successivum, ergo motus repugnat ab aeterno. probatur maior. quia si motus esset
ab aeterno daretur in motu quod aliqua eius pars duraret permanenter per infinitam
durationem, sed hoc ipso motus non esset ens successivum, ergo si motus exstiterit ab aeter-
no motus non esset ens successivum. probatur maior quia si talis pars motus non duraret per-
manenter, et per infinitam durationem. solum duraret finita duratione & per finitum & limitatum
tempus, ergo pars ~~[illegible]~~ motus quae immediate incoepit post illam partem solum etiam per finitam
durationem duraret, ergo addita ad motum praecedentem, non facerent infinitam durationem
a parte ante, ubi consequentia est nota quia finitum additum finito non faceret infinitum,
ergo dicendum necessario est quod aliqua pars motus erit infinita in durando a parte ante,
ac proinde non erit ens successivum, cum enti successivo repugnat duratio permanens.
Rursus motus non est aliud quam suae partes cum omne corporum non distinguatur a
suis partibus. ergo si partibus repugnat durare per infinitam durationem, motui etiam
hoc ipsum repugnat = Rursus implicat motus absque pluralitate partium, ergo implicat
motus in quo deficiente priori parte non succedat alia, ergo ista alia est simpliciter
finita, cum habeat & initium & finem, ergo & prior pars erit finita, cum infinitum
compositum non reperiatur ex aliquo finito. = nec valet dicere quod motus siderum ab
aeterno solum exstiterit quaelibet pars motus finita duratione, verum quaelibet signata
v.g. qualibet duratione signata, alia, & alia, praecessisset & sic esset ab aeterno

v.g. qualibet circulatione caeli assignata alia et alia prior praecesisset, sicut di-
mundus esset infinitus a parte post non esset necesse quod aliqua pars mundi esset
infinita, sed quod qualibet circulatione signata, alia et alia circulatio [illegible]
sit subsequenda = Sed contra, quia infinitus a parte post non repugnat eo quia
qualibet duratione signata semper erit quid finitum, cum inter illam durationem
signatam, et primam durationem sit tempus finitum, at vero a parte ante repugnat
cum si existeret aliqua esset necessario infinita, alioquin si quaelibet
ex signatis vel signabilibus esset finita non possent componere infinitam
durationem, cum finitum additum finito non faciat infinitum = Rursus si esset
darentur infinitae circulationes, casu in quo mundus esset ab aeterno, iuxta doctri-
nam in quo explicat a M. Serna. et a Patribus Complutensibus, daretur [illegible]
[illegible] infinitum in actu secundum numerum, atqui iuxta hos auctores repugnat in-
finitum in actu, ergo et mundus non potuit esse ab aeterno modo ab ipsis explicato
sequella probatur, quia si qualibet circulatione mundus caeli v.g. assignata, alia
et alia posset signari, usque infinitum, ergo existerent de facto in illa hypothesi
darentur infinitae circulationes. atqui inde daretur infinitum in actu secundum nu-
merum. = Sed = alia urgentissima ratio probatur secundo = quia si mundus potuisset
esse ab aeterno modo ab ipsis explicato, daretur necessario infinitum in actu
atqui infinitum in actu repugnat, ergo et mundus ab aeterno. sequela probatur. quia si mundus potuisset
esse ab aeterno, iam usque praecessissent infiniti dies, ergo Deus potuisset
in quolibet die creare unum Angelum, vel unum hominem, vel unam stellam,
vel aliquid aliud, ergo [illegible] essent infiniti Angeli creati in
qualibet die signata, sequella patet, cum ante quamlibet diem ex sig-
nabilibus vel ex signatis infiniti praecessissent = varie occurritur huic
argumento et Angelicus Mag. refert quasdam plures solutiones 2. contra gentes cap. 38
et eas omnes improbat, unde relinquit argumentum irsolutum. Nazarius alii
cum eo respondent non valere consequentiam quia licet in qualibet die sig-
nata possit Deus divisive creare unum Angelum non potuisset in omnibus
collective, unde arguit a sensu diviso ad compositum. Sed contra, quia
licet pluries non valeat argumentum a sensu diviso ad compositum in praesenti
evidenter tenet, nam si hodie, et heri, et nudiustertius et qualibet die
signata potest Deus creare unum Angelum, ergo et in omnibus, ergo Angeli
essent in numero infiniti, et videatur quaedam insignis [illegible]
est quod mundus potuerit esse ab aeterno, considera quod ex argumento
facto convincitur darentur absdubio infiniti Angeli, et nequaquam convincit
quod non essent infiniti, cum ultra illos Angelos alii et alii sint possibiles
quorum quidem posset Deus creare in qualibet die, duos, unde iam esset

unus infinitus maius alio, et posito quolibet infinito aliud maius
daretur, [illegible] ut evidenter consideranti patebit cum in quolibet die
posset Deus creare tres, vel quatuor, vel quinque, et sic deinceps.
quod autem unus infinitus sit alio maior mihi insignis elegmen[illegible]
aparet, cum numerus infinitus omnes positi sub numeros [illegible]
2º dicendum est quod repugnat quod mundus sit ab aeterno = Patres
et Doctores. et Mag. Soto asseruit quod in praedicta hypothesi quod
Deus in quolibet die creasset unum Angelum. annihilatum fore in uno quolibet
die alium Angelum, et tunc iam non daretur multitudo infinita Angelorum
cum S. Thoma quia ut optime notat M. M. Joannes a S. Thoma, et Div. Aquinas
haec solutio magis est effugium quam solutio, et ut sic est dictum absque fundamento
dato cum non appareat probabilis ratio ad asserendum annihilationem
praedictam, etenim si [illegible] existentia mundi ab aeterno haberet
eo quod aeque potens est Deus nunc ac esset ab aeterno, cur ex inde quasi
primordio omnipotentiae Dei voluit Deus necessario unum Angelum annihilatum
fore, certe destitio cuiuslibet angeli necessaria non est ad
alterius Angeli creationem quia quidem [illegible] conducit neque ut Deus potens
sit, neque ut alii Angeli existant, unus enim non dependet ab existentia
vel non existentia alterius. reiicienda ergo est illa solutio ut improbabilis
et absque fundamento. imo, et ut deprimens omnipotentiam Dei. in creando
alias ingeniosas probationes ad adstruendum impossibilem esse existentiam
mundi ab aeterno omitto ne plus iusto immoremur, et quia [illegible]
[illegible] Videri possunt exornatae apud SS. D. M. Fr. Josephum a Sancto
Aquinate. et in praesenti, ubi praellegata ut mos est apud [illegible]
[illegible] terit et explicat. = Et haec sufficiant pro his libris, et pro
tota Physica exponenda in qua exoptavi a communi sententia Angelici
Magistri non discedere, et si in aliquo discessi pro non dicto habeatur, unde
[illegible] est animus retractare, Sicut et si quid contra sensum Ecclesiae
(quod absit) sit a me pronuntiatum, illud ex corde retracto, et omnia
in laudem Omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, cedant
et in honorem Beatissimae Virginis Mariae absque peccati labe conceptae
Sancti Thomae Aquinatis, et omnium caelicolarum, cedant similiter

Finis

Maria IHS Joseph

INDEX

LIBER PRIMUS PHYSIC. 17

Disp. quarta. de principiis entis naalis, in particulari. Et primo de Materia 1a. 54

Disp. sexta de forma Substantiali. 88

Disp. octava. de toto com positio substan tiali = 108.

Pag. Num.

Disp. nona, et ultima de terminis magnitudinis, et parvitatis.

finis. libri Primi

Temporis penuria, & quia ad alia transitum facio, me cogit, ut, more mihi insolito, sequentes libros Physicorum secundo non exponi ad calamum. unde ut illos primo dictavi, & scripsi illos tibi offero. Parce.

Liber Secundus Physicorum. Pag. 1.

Disp. 10 de Natura.

Disp. 11 de Causis.

Disp. 12. de Causis intrinsecis.

Disp. 13 de Causa efficienti.

Disp. 14. de causa finali:

LIBER. 3. PHYSICORVM

Disp. 15 de motu, actione, & passione.

Disp. 18 de Vacuo.

Disp. 19 de Tempore

LIBER. 5. PHYSICORVM.

Disp. 20 de termino motus.

LIBER 6. PHYSICORVM.

Disp. 21. de compositione continui.

Disp. 22 de inceptione, & desitione rerum.

LIBER. 7. PHYSICORUM.

DISP. 23 de principio exthrinseco motus.

LIBER. 8 PHYSICORUM.

Disp. 24. de æternitate mundi.

…isica. de Cardenas

Cleric…